iudiciũ ſenſus fallitᷣ. Et ſic p3 qualiter in iudicio ſenſus
p̃t eẽ falſitas. Sꝫ circa apprehẽſionẽ ſenſus ſciendũ eſt
qꝛ ẽ q̃dam vis apprehẽſiua q̃ apprehẽdit ſpẽm ſenſibilem
ſenſibili reputẽ ſicut ſenſus ꝓprius. q̃dam ꝟo apprehen-
dit eã re abſente ſicut imaginatio. ꝛ iõ ſenſus ſp̄ apprehẽ-
dit vt eſt. niſi ſit ĩpedimentũ in organo vel in medio. ſed
imaginatio vt plurimũ apprehẽdit rem vt nõ eſt. qꝛ ap-
prehendit rẽ vt p̃ſentẽ cũ ſit abſens. ꝛ iõ dͬ phs. iiij. me-

taphice. ꝙ ſenſus non eſt dñs falſitatis ſed fantaſia.
Ad .1. Ad pͥmum ḡ dōm ꝙ in maiori mundo ſupiora nihil accipiunt de inferiorib ſ3 econuerſo. ſ3 in hoie intellectꝰ q̄ eſt ſupioꝛ aliquid accipit a ſenſu. ꝛ ideo nō eſt ſimile Ad alia p3 ſolō de facili ex eis q̄ ſupra dicta ſunt

# Duodecimo querit̃.

.1. Utrꝫ falſitas ſit in intellectu Et videtur ꝙ nō. qꝛ intellectus h3 duas opatōes. ſ. vnam qua format quidditates in qua nō eſt falſum. vt dꝛ phs in 3° de aia. Alia qua cōponit ꝛ diuidit. ꝛ in hac etiā non eſt falſum. vt p3 p Auguſti. in libro de ꝟa rel. q̄ ſic dꝛ. nec quiſꝗ intelligit falſa. ergo falſitas nō eſt in intellectu.
2° ¶ Prete. Augꝰ. i libro .lxxxiij. q. queſtiōe triceſima. oīs q̄ fallit̃ illud in quo fallit̃ nō intelligit. ḡ intellectus ſp eſt verus. ḡ in intellectu nō p̄t eē falſitas.
3° ¶ Preterea Algazel dꝛ aut intelligimꝰ aliqd ſicut ē aut nō intelligimꝰ. ſ3 q̄cūꝗ intelligit rē ſicut eſt. vere intelligit. ḡ intellectꝰ ſp eſt verus. ḡ nō eſt in eo falſitas ¶ S3 ꝯtra ē quod phs dꝛ in 3° de aīa ꝙ vbi eſt cōpoſitio intellectuū. ibi iā3 verꝫ ꝛ falſum eſt. ḡ falſitas inuenit̃ in intellectu.
R̃° ¶ R̃° dōm ꝙ nomen intellectus ſumit̃ ex hoc ꝙ intima rei cognoſcit. ē eīn intelligere q̄ſi intus legere. ſenſus eīn ꝛ imaginatio ſola exterioꝛa cognoſcūt. ſolus aūt intellectꝰ ad eſſentiā rei ꝑtingit. ſed vlterius intellectus ex eſſentijs rerꝫ appꝛehenſis diuerſimode negociat̃ ratiocinando et inqrendo. Nomen ergo intellectus duplr̄ accipi p̄t. vno mō ſm̄ hoc qđ ſe h3 ad hoc tantū a quo pͥmo nomē impoſitū fuit. ꝛ ſic ꝓꝑie dicimus intelligere cū appꝛehendimus q̄dditates rerꝫ. vel cū3 intelligimus illa q̄ ſtatim nota ſunt intellectui notis rerꝫ q̄dditatib. ſicut ſunt pꝛima pͥncipia q̄ cognoſcimus cū terminos cognoſcimꝰ. vn̄ et intellectus habitus pͥncipiorꝫ dꝛ. q̄dditas aūt rei eſt ꝓꝑiū obiectū intellectus. vn̄ ſicut ſenſus ſenſibiliū ꝓpꝛiorꝫ ſp eſt verus. ita ꝛ intellectus in cognoſcēdo qđ q̄d
Nota vt dꝛ in 3° de aīa. ſed tn̄ p accn̄s p̄ōt ibi falſitas accidere inquantū videlic3 intellectꝰ falſo cōponit ꝛ diuidit Qđ ꝯtingit duplr̄. vel inquātum definitōem vnius alteri attribuit. vt ſi aīal rōnale moꝛtale ꝯciperet q̄ſi definitōem aſini. vel inquantū ꝯiungit ptes definitōis ad inuicem q̄ ꝯiungi nō pn̄t. vt ſi ꝯciperet q̄ſi definitōem aſini aīal irrōnale imoꝛtale. hec eīn ē falſa aliq̄ dꝛ aīal irrōnale ē imoꝛtale. ꝛ ſic definitio nō p̄t eē falſa niſi inquātū iplicat affirmatōem falſam. hic aūt duplex modus falſitatis tangit̃ in q̄nto metaph. ſilr̄ nec in pͥmis pͥncipijs intellectꝰ vllo mō decipit̃. Un̄ p3 ꝙ ſi intellectus accipiat̃ ſm̄ illā actionem a qua nomē intellectus iponit̃ nō eſt in intellectu falſitas. Alioͦ p̄t accipi intellectꝰ cōiter ſm̄ ꝙ ad oēs
R̃ 3° ad obiecta p p3 ex dict opatōes ſe extēdit. ꝛ ſic cōpꝛehendit opinionē ꝛ rōcinationem. ꝛ ſic in intellectu ē falſitas. nūꝗ3 tn̄ ſi recta reſolutō fiat in pͥma pͥncipia. Et ſic p3 reſponſio ad obiecta.

Materia ſcđa de ſcia dei.

## Utrū in deo ſit

ſcia. Scđo vtrū deꝰ cognoſcat et ſciat ſeipm̄. Terꝰ vtrꝫ deꝰ cognoſcat alia a ſe. Quarto. vtrꝫ de rebus deꝰ habeat ꝓꝑiā cognitōe3 et determinatā. Quinto. vtrꝫ deus cognoſcat ſingularia. Sexto. vtrꝫ itellectꝰ humanus cognoſcat ſingularia. Septimo. vtrꝫ deꝰ cognoſcat ſingulare nūc eē vl̄ nō eē. Octauo. vtrꝫ deꝰ cognoſcat nō entia ꝛ q̄ nō ſunt nec fuerunt nec erūt. Nono. vtrꝫ deꝰ ſciat infinita. Decimo q̄rit̃ incidēt̃. vtrꝫ deꝰ poſſit facere infinita. Undecimo. vtrꝫ ſcia equoce pdicet̃ de deo ꝛ de nobis. Duodecimo. vtrꝫ deꝰ ſciat ſingularia futura ꝯtingētia. Decimotercio. vtrꝫ ſcia dei variabil̄ ſit. Decioq̄rto. vtrꝫ ſcia dei ſit cā rerꝫ. Decioq̄nto. vtrꝫ deꝰ ſciat mala

# Queſtio ē de ſcīa dei

Et pͥmo q̄rit̃. vtrū in deo ſit ſcia. Et videt̃ ꝙ nō. id eīn qđ ſe h3 ex additōe ad aliud in ſimpliciſſimo inueniri nō p̄t. ſ3 deꝰ ē ſimpliciſſimus. cū3 ḡ ſcia ſe habeat ex additōe ad eſſentiam. qꝛ viuere addit ſup eē. ꝛ ſcia ſup viuere. videt̃ ꝙ ſcia in deo nō ſit. .1.
¶ S3 diceres ꝙ ſcia in deo ſup eſſentiā nō addit. ſ3 noie ſcie alia pfectio oſtendit̃ in ipo q̄3 noie eēntie. S3 ꝯtra. pfectio 2°
e nomē rei. ſ3 eīn vna res in deo ē eſſentia ꝛ ſcia ḡ eade3 pfectio oſtendit̃ noie eēntie ꝛ ſcie. ¶ Preterea nullum nomē p̄t dici de deo qđ nō ſignificat totā pfectōnem ipius. qꝛ 3°
ſi nō ſignificat totā nihil ipius ſignificat. cū in deo nō inueniat̃ ps ꝛ ſic ei attribui nō p̄t. ſ3 nomē ſcie nō repſentat totā pfectōnem diuinā. qꝛ deꝰ ē ſup oē nomē qđ noiat̃. vt dꝛ in libro de cauſis. ḡ ſcia deo attribui nō p̄t. 4
¶ Preterea. ſcia eſt habitꝰ ꝯcluſionis. itellectꝰ ꝟo habitꝰ pͥncipiorꝫ. ſicut p3 p phm̄. vi. ethi. ſ3 deꝰ nō cognoſcit aliqd p modū ꝯcluſionis. qꝛ ſic diſcurreret a pͥncipijs in ꝯcluſiones eiꝰ itellectus qđ etiā ab angel̄ dyo. remouet. 7. c. de di. no. ergo ſcia nō ē in deo. ¶ Prete. oē qđ ſcit̃. ſcit̃ p aliqd magꝭ no 5
tum. ſ3 deo nō ē aliqd magis vel minꝰ notū. ḡ ſcia in deo eē nō p̄t. ¶ Prete. Algazel dꝛ ꝙ ſcia ē ſigillatio ſcibil̄ in intellectu ſcientis. ſ3 ſigillatio oīno a deo remouet̃. tū3 qꝛ 6
importat receptōem. tū qꝛ iportat cōpōem. ḡ deo ſcia attribui nō p̄t. ¶ Prete. nihil qđ ſonat in impfectōem deo d3 attribui. ſcia ſonat in impfectōe3. qꝛ ſignificat̃ vt habitus 7
vel actꝰ pͥmus ꝛ ꝯſiderare vt ſcđs. vt dꝛ in 2° de aīa. actus aūt pͥmus ē ipfectꝰ reſpectu ſcđi. cū ſit in potētia reſpectu eiuſdē. ḡ ſcia in deo ineniri nō p̄t. ¶ Sed diceres ꝙ in deo nō ē ſcia niſi in actu S3 ꝯtra ſcia dei cā ē rerꝫ 8
ſ3 ſcia ſi deo attribuat̃ ab eterno in deo fuit. ſi ḡ ſcia i deo nō fuit niſi in actu ab eterno res pduxit in eē. qđ falſu3 ē
¶ Preterea. in q̄cūꝗ inuenit̃ aliqd reſpondēs ei quod nos ꝯcipimus ex noie ſcie in intellectu ſcimus de eo non 9
ſolū qꝛ ē. ſ3 qđ ē. qꝛ ſcia aliqd ē. ſ3 in deo nō poſſumꝰ ſcire qđ ē. ſ3 qꝛ ē tn̄. vt dꝛ Dam̄. ḡ ꝯceptōi itellectꝰ quā expꝛimit nomē ſcie nihil reſpōdet in deo. ergo ſcia nō ē in eo
¶ Prete. Augꝰ. dꝛ ꝙ deꝰ q̄ ſubterfugit oēm formā itellectum nr̄o pūiꝰ eē nō p̄t. ſ3 ſcia ē q̄dā forma quā itellectꝰ ꝯcipit. ḡ hāc formā deꝰ ſubterfugit. nō ḡ ſcia ē in deo 10
¶ Preterea. intelligere ē ſimplicius q̄3 ſcire ꝛ dignīꝰ. ſ3 ſicut dꝛ in libro de cauſis. cū dicimꝰ deū intelligentē vel intelligentiā nō noiamus eū noie ꝓꝑio. ſ3 nomie cauſati ſui pͥmi. ḡ multo foꝛtius nomē ſcie deo cōpetere non p̄t. 11.
¶ Prete. q̄litas maioꝛē cōpōem iportat q̄3 q̄ntitas. qꝛ q̄litas nō inheret ſube niſi mediante q̄ntitate. ſ3 deo nō attribuimꝰ aliqd qđ ſit in genere q̄ntitat ꝓpter ſuā ſimplicitatē. oē aūt q̄ntū h3 ptes. ḡ cū ſcia ſit in genere q̄litat nullo mō d3 ei attribui. 12
S3 ꝯtra ē qđ dꝛ roma. xi. o altitudo diuiciarꝫ ꝛc. ¶ Prete. Scđm anſelmū i monol̄. oē qđ ſimplr̄ i oīni meliꝰ ē eē q̄3 nō eē deo ē attribuēdū. ſ3 ſcia ē hmōi. ḡ ē deo attribuenda. ¶ Prete. ad ſciam non Cōtra

reqͥrunť niſi tria. ſ. potētia actiua cognoſcentis q̄ de rebꝫ iudicat. res cognita ⁊ vnio vtriuſq̧. ſʒ in deo eſt ſumma potētia actiua. ⁊ ſua eēntia eſt ſumme cognoſcibilis. ⁊ ꝑ ꝯñs ē ibi vnio vtriuſq̧. g̃ deus eſt ſumme ſciens. ꝓbatio medie. vt đꝫ in libro de intelligētijs. ¶ Pͥterea. Subſtantia ē lux. ſʒ lux maxime hʒ virtutē actiuā. q̄đ pʒ ex hoc ꝙ ſeipm̄ diffundit ⁊ multiplicat. ē igiť maxime cognoſcibilis. vñ ⁊ alia manifeſtat. g̃ iſta ſub̃a pͥma q̄ deus ē. ⁊ hʒ

Rſ° potentiā actiuā ad cognoſcendum ⁊ eſt cognoſcibilis.

¶ Rſ° ꝙ ab oībus ſcia deo attribuiť diuerſimode tñ.

Pͥ^a opi° Quidā eīm ſuo itellectu modū create ſcie trāſcēdere nō valētes crediderūt ꝙ ſcīa ſit in deo quaſi aliqua diſpoſitio addita eēntie ei⁹. ſicut ⁊ in nobis eſt. Q̄đ oīno erro-

Reproba° neū eſt ⁊ abſurdū. hoc eīm poſito deus ſumme ſimplex nō eēt. eēt eīm in eo cōpoſitio ſub̃e ⁊ accñtis. nec iterꝝ ipe de⁹ eēt ſuū eē. qꝛ vt đt Boeti⁹ in libro de ebdo. q̄đ ē ꝑticipare aliq̄ mō p̄t. ſʒ eē ipm̄ nullo mō aliq̄ ꝑticipat vel ꝑticipare p̄t. ſi g̃ deus ꝑticiperet ſciam̄ q̄ſi diſpōnem adiunctaʒ ipe nō eēt ſuū eē. ⁊ ita ab alio eē haberet. q̄đ eēt ſibi cauſa

Sc̄da opi° eſſendi. ⁊ ſic nō eēt de⁹. Et iō alij dixerūt ꝙ ꝑ h̄ ꝙ deo ſciam attribuimus vel aliq̄đ hmōi nihil in eo ponimus. ſʒ ſ̄caīnus ipm̄ eē cām ſcie in rebꝫ creatꝫ vt ex hoc dicať

Reprobať 2^a opinio deus ſciens. qꝛ ſciam creaturis infundit. Sʒ q̄uis hoc poſſit eſſe aliq̄ rō veritatis huius ꝓpōnis. q̄ đꝫ. deus eſt ſciens. qꝛ ſciam cauſat. vt Anſel. ⁊ Origeñ. dicere videtur. Nō tñ p̄t eē tota rō veritatꝫ ꝓpter duo. pͥmo. qꝛ eadē rōne de deo p̄dicari poſſet quicq̄đ in rebꝫ cauſať vt diceretur moueri. qꝛ cauſat motū in rebꝫ q̄đ tñ nō đꝫ. Sc̄do qꝛ ea q̄ dicunť de cauſis ⁊ cauſatis nō ex hoc cauſis ineſſe dicunť ꝓpter cauſata. ſʒ potius cauſatis inſunt ꝓpter hoc ꝙ inueniunť in cauſis. ſicut ignis ex hoc ꝙ eſt calidus caliditatē influit aeri ⁊ nō ecōuerſo. ⁊ ſilr̃ deus ex h̄

Tercia opi° ꝙ verā ſciam hʒ. ſciam nobis īfundit ⁊ nō ecōuerſo. Et iō alij dixerunt ꝙ ſcia ⁊ hmōi deo attribuunť ꝑ quādam ſilitudinis ꝓportōem. ſicut attribuiť ei ira vel miā aut huiuſmodi cetere paſſiones. đꝫ eīm de⁹ iratus inq̄ꝫtū facit effectū ſilem irato. qꝛ punit q̄đ eſt effectus ire in nobis q̄ꝫuis in deo paſſio ire nō poſſit eē. Silr̃ āt ꝙ de⁹ đꝫ ſciens. qꝛ effectū facit ſilem effectui ſcientis. ſicut eīm oꝑa ſcientis ꝓcedūt ex determinatꝫ p̄ncipijs ad determinatas fines. ita oꝑa nature q̄ diuinit⁹ fiūt. vt pʒ in 2° ph̄i. Et ſm̄

Reprobať 3^a opinio hanc opinionē ſcia attribueteť deo metaphorice ſicut ⁊ ira ⁊c̄. hmōi. q̄đ dictꝫ Dyoni. ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ repugnat.

Quarta opinio ⁊ v̄a q̄ ē bt̄i Thome Et iō aliter đm̄ ē ꝙ ſcia deo attributa ſ̄cat aliq̄đ q̄đ in deo eſt. ⁊ ſilr̃ vita ⁊ eēntia ⁊c̄. hmōi. nec diffñt q̄ꝫtū ad rē ſ̄catā. ſʒ ſolū quantū ad modū intelligendi. eadē eīm res penitus in deo ē eēntia ⁊ vita. ⁊ quicq̄đ hmōi de ipo đꝫ. Sʒ intellect⁹ noſter diuerſas ꝯceptōes hʒ de deo. intelligens in eo vitā ſciam ⁊ hmōi. nec tñ ille ꝯceptōnes ſunt falſe. ꝯceptio eīm intellectus noſtri ſ̄m̄ hoc v̄a eſt. ꝓut rep̄ſentat ꝑ quandā aſſimilatōnem rē intellectā. alias eīm falſa eēt ſi nihil ſubeſſet in re. intellectus aūt noſter nō h̄ mō p̄t repñtare ꝑ aſſimilatōem diuinā eēntiā ſic repñtat creaturas. cū eīm itelligit aliquā creaturā ꝯcipit formam quādā q̄ ē ſilitudo rei ſm̄ totā ꝑfectōem ipius. ⁊ ſic definit res itellectas. Sʒ qꝛ de⁹ intellectū noſtꝝ excedit in infinitū. nō p̄t forma ꝑ intellectū noſtꝝ ꝯcepta repñtare diuinā eēntiā cōplere ſʒ hʒ aliquā modicā imitatōem eius. ſicut etiā videm⁹ in rebꝫ q̄ ſunt extra aīam ꝙ q̄libet res imitať aliq̄ mō deū. ſʒ ip̄fecte. vñ ⁊ diuerſe res diuerſimode deū imitanť. ⁊ ſm̄ diuerſas formas repñtant vnam ſimplicē dei formā. qꝛ in ſua forma ꝑfecte vniť quicquid ꝑfectōis diſtinctim ⁊ multiplr̃ in creaturꝫ inueniť. ſicut ⁊ oēs ꝓprietates numeroꝝ in vnitate q̄dāmō p̄exiſtunt. ⁊ oēs poteſtates miniſtroꝝ in regno aliq̄ mō vniunť i poteſtate regis. ſʒ ſi eēt aliq̄ res ꝑfecte repſentans deū non eēt niſi vna tantū. qꝛ vno mō repñtaret et ſ̄m̄ vnaʒ formā et iō nō eſt ibi niſi vnus filius q̄ eſt ꝑfecta imago patris. Silr̃ etiā intellect⁹ noſter ſm̄ diuerſas ꝯceptōes repſentat diuinā ꝑfectōem. qꝛ vnaq̄q̧ ip̄fecta ē. ſi eīm ꝑfecta eēt vna tm̄ eēt. ſicut ē vnū tm̄ v̄bū intellectus diuini. ſunt g̃ plures ꝯceptōes in nr̄o intellectu repñtantes diuinam eſſentiā. vñ diuina eēntia vnicuiq̧ illaꝝ reſpondet ſicut res ſue imagini imꝑfecte. ⁊ ſic omnes ille conceptiones intellectus ſunt vere. q̄uis ſint plures de re vna. ⁊ qꝛ nomina nō ſ̄cant res niſi mediante intellectu. vt đꝫ p° peri hermen. iō iponit plura noīa vni rei ſm̄ diuerſos modos intelligēdi vel ſm̄ diuerſas rōnes. q̄đ idē eſt. q̄bꝫ tñ oībꝫ

aliq̄đ r̄ndet in re. ¶ Ad pͥmū g̃ đm̄ ꝙ ſcīa nō ſe hʒ ex Ad 1.
additōe ad ens. niſi ſm̄ ꝙ intellectus accipit diſtinctim ſciam alicuius ⁊ eſſentiā ei⁹. additio eīm diſtinctōeʒ preſuppoñit. vñ cū in deo ſm̄ rē nō diſtiguať ſcīa ⁊ eēntia vt ex dictꝫ pʒ. niſi ſm̄ modū itelligēdi. nec ſcia hʒ ſe in eo ex
additōe ad eēntiā ei⁹. niſi ſ̄m̄ modū itelligēdi. ¶ Ad ſecūdū đꝫ ꝙ nō p̄t vere dici ꝙ ſcia in deo ſ̄cet aliā ꝑfectōeʒ Ad 2.
q̄ꝫ eēntia. ſʒ qꝛ ſ̄caſ ꝑ modū alteri⁹ ꝑfectōis ſm̄ ꝙ intel-
lectus noſter ex diuerſis ꝯceptōnibꝫ q̄s de deo hʒ. p̄dicta noīa iponit. ¶ Ad terciū đꝫ ꝙ cū noīa ſint ſigna itellectuū ſm̄ hoc ſe habʒ aliq̄đ noīe ad totalitatē alicuius Ad 3.
rei ſ̄candā ſm̄ ꝙ ſe hʒ intellectus in intelligēdo. intellectus aūt noſter totū deū intelligere p̄t. ſʒ nō totalr̃. totū q̄đē. qꝛ neceſſariū ē vt de ipo aut totū intelligať aut nihil cū in eo nō ſit ꝑs ⁊ totū. ſʒ dico nō totalr̃. qꝛ nō ꝑfecte cognoſcit ipm̄ ſm̄ ꝙ ipe ē in ſui natura cognoſcibilis. ſicut ille q̄ hanc ꝯcluſionē ꝙ dyameter ē aſſymeť coſte cognoſcit ꝓbabiliť ex hoc. ſ. ꝙ ab oībꝫ đꝫ ita. nō tñ cognoſcit eaʒ totalr̃. qꝛ nō ꝑuenit ad ꝑfectum modū cognitōnis quo cognoſcibilis eſt q̄uis cognoſcat totam nullā ꝑtem ei⁹ ignorans. Silr̃ g̃ ⁊ noīa q̄ de deo dicunť ipm̄ totū. ſʒ nō
totaliter ſ̄cant. ¶ Ad quartū đm̄ ꝙ qꝛ illud q̄đ in deo Ad 4
eſt abſq̧ oī ip̄fectōe in creaturꝫ cū aliq̄ defectu inueniať ꝓpter hoc opoꝛtet vt ſi aliq̄đ in creaturis inuentū deo at-
tribuať ſeꝑemus totū q̄đ ad ip̄fectōem ꝑtinet vt ſolum Nota
maneat hoc q̄đ ꝑfectōnis ē. qꝛ ſ̄m̄ hoc eīm creatura deum imitať. dico g̃ ꝙ ſcia q̄ inueniť in nobis aliq̄đ hʒ ꝑfectionis ⁊ aliq̄đ imꝑfectōis. ad ꝑfectōem eius ꝑtinet certitudo ipius. qꝛ q̄đ ſciť certitudinalr̃ ſcitur. ſʒ ad imꝑfectōeʒ ꝑtinet diſcurſus intellectus a p̄ncipijs in ꝯcluſiones. q̄rum ē ſcia. hic eīm diſcurſus nō ꝯtingit niſi ſm̄ ꝙ intellectus cognoſcens p̄ncipia cognoſcit in potētia tm̄ cōcluſiones. ſi eīm actu cognoſceret nō ē ibi diſcurſus cū motus nō ſit niſi exitus de potentia ad actū. đꝫ g̃ in deo ſcia rōe certitudinis de rebꝫ cognitis. nō aūt ratōne diſcurſus p̄dici q̄ etiā nec in angelis inueniť vt Dyoniſi⁹ đt.
¶ Ad q̄ntum đm̄ ꝙ q̄uis deo nō ſit aliq̄đ magis et Ad 5
minus notū ſi ꝯſidereť modus cognoſcentꝫ. qꝛ oīa videt eodē intuitu. tñ ſi ꝯſidereť modus rei cognite deus cognoſcit q̄dam eſſe magis cognoſcibilia in ſeipis. ⁊ q̄daʒ minus. ſicut inter oīa maxime eſt cognoſcibilis ſua eſſentia ꝑ quam quidē oīa cognoſcit non aliquo diſcurſu cū ſimul videndo ⁊ intelligendo eſſentiam ſuam omnia videat. vnde ⁊ inquātum ad iſtum exitum qui poteſt attendi in diuina cognitōne ex parte cognitorum etiā ſaluatur in deo rō ſcientie p̄cipue. ipe eīm p̄ciſe oīa ꝑ cauſam

Ad 6 cognoſcit. ¶ Ad ſextum dōm ꝙ verbū illud Algazel
intelligendum eſt de ſcientia noſtra que in nobis acqui-
ritur per hoc ꝙ res imprimit ſimilitudines ſuas in ani-
mas noſtras. ſed in cognitōne dei eſt econuerſo. quia ab
eius intellectu effluunt forme in oēs creaturas. vnde
ſicut ſcīa in nobis eſt ſigillatio rerum in aīabus noſtris
ita econuerſo forme rerum nō ſunt niſi quedam ſigilla-
Ad 7 tio diuine ſcientie in reb. ¶ Ad ſeptimū dōm ē ꝙ ſcīa
ꝙ ponit in deo nō ponit ꝑ modū habit⁹. ſed magis ꝑ mo
Ad 8 dū actus. qꝛ ipe ſꝑ actu oīa cognoſcit. ¶ Ad octauū dōꝫ
ꝙ a cauſa agente nō ꝓcedit effectus niſi ſm conditōneꝫ
et ideo oīs effectus qui ꝓcedit ꝑ aliquam ſcientiam ſe
quitur determinatōem ſcientie que limitat conditōnes
eius. ⁊ iō res quaꝝ ſcientia dei eſt cauſa nō ꝓcedunt niſi
quando a deo determinatū eſt vt ꝓcedant. ⁊ ideo nō op
tet vt res ſint ab eterno ꝗuis ſcientia dei fuerit ab eter-
Ad 9 no in actu. ¶ Ad nonum dōm ꝙ tunc intellectus dicit
ſcire de aliquo quid eſt quando definit ipm. id eſt quan
do concipit aliquam formam de ipa re que per oīa ipi
rei reſpondet. iam aūt ex dictis patet ꝙ quicquid intelle
ctus noſter de deo concipit eſt deficiens a repſentatōne
eius. ⁊ ideo qd quid eſt ipius dei ſemꝑ nobis occultum
remanet. ⁊ hec eſt ſumma cognitio quam de ipo in ſtatu
vie habere poſſumus. vt cognoſcam⁹ deum eſſe ſupra
oē id qd cogitamus de eo. vt patet ꝑ Dyoni. i. ca. de
Ad 10 myſtica theologia. ¶ Ad decimum dōm ꝙ de⁹ dicit
oēm intellectus noſtri formam ſubterfugere nō quin ali-
qua forma noſtri intellectus ipm aliquo modo repſntat
Ad 11. ſed quia nulla eum repſentat perfecte. ¶ Ad vndecimū
dōm ꝙ ratio quam ſignificat nomē eſt definitio. vt dicit
in quarto metaphi. ⁊ ideo illud eſt nomen ꝓprie alicuius
rei cuius ſignificatū eſt eius definitio. ⁊ quia vt dictū eſt
nulla ratio ſignificata ꝑ ipm nomen definit ipm deū. nul
lum nomen a nobis impoſitum eſt ꝓprie nomen eius. ſꝫ
eſt ꝓprie nomē creature que definitur ratōne ſignificata
per nomen. ⁊ tamē iſta nomina que ſunt creaturarū no-
mina deo attribuuntur ſm ꝙ in creaturis aliqua ſimili
Ad 12 tudo eius repſentatur. ¶ Ad duodecimū dōm. ꝙ ſcien
tia que deo attribuitur nō eſt qualitas. ⁊ pma qualitas
quātitati aduenīens eſt qualitas corporalis non quali-
tas ſpiritualis ſicut eſt ſcientia.

## Ecūda querit. vtr

1. deus cognoſcat vel ſciat ſeipm. Et videtur
ꝙ non. ſciens eīm refertur ad ſcitum ſm ſuā
ſcientiam. ſed ſicut dē Boetius in libro de trini. eſſentia
in diuinis continet vnitatem. relatio multiplicat trinita
tem. ſcꝫ ꝑſonaꝝ. ergo oporꝫ ꝙ in deo ſcitum ſit diſtinctū
ꝑſonaliter a ſciente. ſed diſtinctio ꝑſonarum in diuinis
nō patitur reciprocam loquutōem. nō eīm pater dī ſe ge-
nuiſſe. quia genuit filium. ergo in deo concedi nō debet
2 ꝙ cognoſcat ſeipm. ¶ Preterea In libro de cauſis dicit
oīs ſciens eſſentiā ſuā eſt rediens ad eēntiam ſuā reditō
ne cōpleta. ſꝫ de⁹ nō redit ad eēntiā ſuā cū nūꝗ ab eſſen
tia ſua egrediat. nec poſſit eē reditus vbi non pceſſit diſ-
ceſſus. ergo deus nō cognoſcit eēntiā ſuā. ⁊ ita neſcit ſeipm.
¶ Preterea. Scīa eſt aſſimilatio ſcientis ad rē ſcitā. ſꝫ
3 nihil ē ſile ſibiipi. qꝛ ſilitudo nō ſibiipi ē. vt dē Hila. ergo de
4 us nō cognoſcit ſeipm. ¶ Prete. Scīa nō ē niſi de vli. ſꝫ
deus nō ē vle. qꝛ vle oē eſt ꝑ abſtractōem. a deo aūt cuꝫ
ſit ſimpliciſſimus nō pt fieri abſtractio. ergo deus non co-
gnoſcit ſeipm. ¶ Prete. Si deus ſciret ſe intelligeret ſe. 5
cū intelligere ſit ſimplicius ꝗ ſcire. ⁊ ꝓpter hoc deo ma-
gis attribuendū. ſed deus nō intelligit ſe. ergo nec ſcit ſe. ꝓ
batio medie Aug⁹. dī in li. lxxxiij. q. q. 16. oē qd ſe in-
telligit cōphendit ſe. nihil aūt pt cōphendi niſi finitū. vt
6 pꝫ ꝑ Auguſti. ex eodē loco. ergo de⁹ nō itelligit ſe. ¶ Pre
terea Augu⁹. ſic argumētat ibidē. nec intellectus noſter
infinit⁹ eē vult ꝗuis poſſit. qꝛ notus eē ſibi vult. ex quo
habet ꝙ illud qd vult ſe noſſe nō vult ſe eē infinitū. ſꝫ de⁹
vult ſe eē infinitū cum ſit infinitus. ſi eīm eēt aliqd qd ſe
eē nō vellet nō eēt ſumme bonus. ergo nō vult ſibi eē notus
ergo nō cognoſcit ſe. Sꝫ diceres ꝙ ꝗuis deus ſit infini-
tus ſimplr ⁊ velit ſe eē infinitū ſimplr. nō tū eſt infinitus
sibi ſed finitus. ⁊ ſic etiā nō vult ſe eſſe infinitū ¶ Sꝫ 7
ꝯtra. vt dī in 3° phicoꝝ. infinitum dī aliqd ſm ꝙ eſt in-
tranſibile. ⁊ finitū ſm ꝙ tranſibile. ſed ſicut ꝓbatū eſt in
ſexto phiſi. infinitū nō pt tranſiri neqꝫ a finito neqꝫ ab in
finito. ergo deus ꝗuis ſit infinitus nō poteſt ſibiipi eſſe fi- 8
nitus. ¶ Prete. Illud quod eſt deo bonum ſimplr ē bo
num. ergo quod eſt deo finitum. ſimplr eſt finitū. ſꝫ de⁹ nō
eſt ſimplr finitus. ergo nec ſibiipi finitus eſt. ¶ Prete. de⁹
nō cognoſcit ſe niſi ſm ꝙ ad ſeipm cōparat. ſi ergo ſibiipi ē 9
finitus cognoſcet ſeipm finite. non eſt aūt finitus. ergo co-
gnoſcit ſe aliter ꝗ ſit. ⁊ ita de ſeipo habebit cognitōeꝫ fal
ſam. ¶ Prete. Inter eos q cognoſcūt deū vnus mag 10
cognoſcit ſm ꝙ modus cognitōis vnius excedit moduꝫ
cognitōnis alterius. ſed deus in infinitū mag ſe cogno
ſcit ꝗ aliqs alius eū cognoſcat. ergo modus quo ſe cognoſcit
eſt infinitus. ergo infinite ſeipm cognoſcit. ⁊ ſic nō eſt ſibi-
ipi finitus. ¶ Prete. Augu⁹. in libro. lxxxiij. q. probat
ꝙ rem aliquā nō poteſt aliquis alio plus intelligere hoc 11.
mō. quiſquis illam rem aliter intelligit ꝗ eſt fallitur. ſed
oīs qui fallitur id in quo fallitur nō intelligit. quiſqs
ergo vllam rem aliter ꝗ eſt intelligit nō eam intelligit.
nō igit pt quicꝗ intelligi niſi vt eſt. ergo cū oīs res ſit vno
mō ab oīb vno mō intelligit. ⁊ iō nullam rem aliqs alio
meli⁹ itelligit. ſi ergo de⁹ ſeipm intelligeret nō plus ſe itelli
geret ꝗ alij itelligāt eū. ⁊ ſic i aliq creatura creatori eq-
retur qd eſt abſurdū ¶ Sed ꝯtra eſt qd dē Dyo. vij. Cōtra
ca. de di. no. ꝙ diuina ſapientia ſeipam cognoſcēs omnia
alia cognoſcit. ergo deus pcipue cognoſcit ſeipm So- Solo
lutio dōm ꝙ cum dī aliquid ſeipm cognoſcere dī illō eē
cognoſcens ⁊ cognitum. vnde ad ꝯſiderandū qualiter de
us ſeipm cognoſcat oporꝫ videre ꝑ quam naturam ali
quid ſit cognoſcens ⁊ cognitum. Sciendum eſt igitur
ꝙ aliqua res inuenitur ꝑfecta dupl. vno modo ſm ꝑfe- Nota.
ctōnem ſui eſſe quod ei cōpetit ſm ꝓpriam ſpeciem. ſed
quia eſſe ſpecificum vnius rei eſt diſtinctum ab eſſe ſpeci
fico alterius rei. ideo in qualibet re creata huiuſmodi ꝑfe
ctioni tantū deeſt de ꝑfectōne ſimplr quantū ꝑfectius in
alijs ſpeciebus inuenitur. vt ſic cuiuſlibet rei ꝑfectio in
ſe conſiderate ſit impfecta. veluti pars perfectōnis to-
tius vniuerſi que ſurgit ex ſingulaꝝ rerum ꝑfectionib
inuicem congregatis Unde vt huic ꝑfectōni aliquod re
medium eſſet inuenitur alius modus ꝑfectōnis in reb
creatis ſm ꝙ ꝑfectio que eſt ꝓpria vnius rei in altera re
inuenitur. ⁊ hec eſt ꝑfectio cognoſcentis inquantum co-
gnoſcens. quia ſm hoc a cognoſcente aliquid cognoſcit
ꝙ ipm cognitum aliquo modo eſt apud cognoſcentem
et ideo in tercio de anima dī anima eſſe omnia quodam
mō. quia nata eſt oīa cognoſcere. ⁊ ſm hūc modū poſſi-
bile eſt vt in vna re totius vniuerſi ꝑfectio exiſtat. vnde

hec eſt vltima ꝑfectio ad quam anima venire poteſt ſm
phos vt in ea deſcribat᷑ tot⁹ ordo vniuerſi ⁊ cauſaꝝ ei⁹
Nota in quo eſſe finē vltimū hois poſuerūt. quod ſm nos erit
in viſione dei. q2 ſm Grego. qd eſt quod nō videant qui
videntē oia vident. ꝑfectio aūt vnius rei in altera re eſſe
nō pt ſm determinatū eſſe qd habebat in illa re. ⁊ ideo
ad hoc ꝙ nata ſit eſſe in altera re oportet eam ꝯſiderari
abſqȝ hijs q̄ nata ſunt eam determinare. ⁊ quia forme ⁊
ꝑfectōnes reꝝ ꝑ materiam determināt᷑ . inde eſt ꝙ ſm
hoc aliqua res eſt cognoſcibilis. ſm ꝙ a materia ſeꝑatur
Vn̄ oportet ꝙ ⁊ id in quo ſuſcipitur talis rei ꝑfectio ſit
immateriale. ſi em̄ eſſet materiale ꝑfectio recepta in eo
eſſet ſm aliquod determinatū eſſe. ⁊ ita non eſſet in eo
ſm ꝙ eſt cognoſcibilis. ſcȝ vt exiſtens ꝑfectio vnius eſt
nata eſſe in altero. Et ideo errauerunt antiq̄ phi qui po
ſuerunt ſile ſili cognoſci volentes ꝑ hoc ꝙ anima que co
gnoſcens eſt oīa ex omnibus materialr̄ ꝯſtitueretur vt
terra terram cognoſceret. aqua aquam. ⁊ ſic de alijs. pu/
tauerunt em̄ ꝙ ꝑfectio rei cognite in cognoſcente eſſe de
beat ſm ꝙ habet eē determinatū in ꝓpria natura. nō aūt re/
cipitur ita forma rei cognite in cognoſcente. vnde ⁊ Cō
menta. dt in 3° de anima ꝙ nō eſt idem modus receptio
nis qua forme recipiuntur in intellectu poſſibili ⁊ in ma
teria p̄ma. quia oportet in intellectu cognoſcente recipi
aliquid immaterialiter. ⁊ ideo videmus ꝙ ſm ordinem
immaterialitatꝭ in rebus ſm hoc in eis natura cognitō
nis inuenitur. plante em̄ ⁊ alia que inſenſibilia ſunt nihil
immaterialr̄ poſſunt recipe. ⁊ ideo oīni p̄uantur cogni/
tione. vt patȝ in ſcđo de anima. Senſus aūt recipit ſpēs
ſine materia. ſȝ tamē cum ꝯditionib⁹ materialib⁹. intelle/
ctus aūt a ꝯditionib⁹ materialib⁹ ſpēs depuratas recipit
Similr̄ etiam ordo eſt in cognoſcibilib⁹. res em̄ materia/
les vt Cōmenta. dt nō ſunt intelligibiles niſi ꝙ nos fa/
cimus eas intelligibiles. ſunt em̄ intelligibiles in poten
tia tm̄. ſed actu intelligibiles efficiuntur ꝑ lumen intelle/
ctus agentis. ſicut ⁊ colores actu viſibiles ꝑ lumen ſolis
Sed res immateriales ſunt intelligibiles ꝑ ſeip̄as. vn̄ ma
gis ſunt note ſm naturam q̄uis minus note nobis . q̄a
igitur deus eſt in fine ſeꝑatōnis a materia cum ab omni
potentialitate immunis penitus. relinq̄tur ꝙ ip̄e ſit maxi/
me cognoſcens ⁊ maxime cognoſcibilis. vnde eius natu/
ra ſub hoc ꝙ habet eſſe realr̄ ſm hoc cōpetit ei ratio co/
gnoſcibilitatis. ⁊ q2 ſm hoc deus eſt ſm ꝙ natura ſua ē
ſibi ſm hoc etiā ⁊ cognoſcit ſm ꝙ natura ſua eſt ſibi ma
xime cognoſcitiua. vn̄ Auic. dt in octauo metaphi. ſic ꝙ
Ad 1. ip̄e intellector eſt ⁊ apprehenſor ſui eo ꝙ ſua q̄ditas eſt
ſpoliata. ſ. a materia rei q̄ ē ip̄emet. ¶ Ad p̄mū ḡ dōȝ ꝙ
trinitas ꝑſonaꝝ multiplicat᷑ in diuinis ꝑ relatōes q̄ rea/
liter ſunt in deo. ſ. relatōes originis. ſȝ relatio q̄ ſcat᷑ cum
dr̄ deus cognoſcit ſeip̄m nō ē realis aliqua relatio. ſȝ rō/
nis tm̄. q̄ncunqȝ em̄ idē ad ſeip̄m refert᷑ nō eſt talis rela/
tio aliq̄d in re. ſȝ in rōne tm̄ eo ꝙ realis exigit duo extre/
Ad 2 ma. ¶ Ad ſcōm dōm ꝙ loquutio hec de qua dr̄ ꝙ ſciēs
ſe ad eēntiā ſuā redit eſt loquutio metaphorica nō em̄ in
intelligendo ē motus vt ꝓbat᷑ in vij. phi. vn̄ nec ꝓprie lo/
quendo eſt ibi receſſus aut reditus. ſȝ ꝓ tanto dr̄ eſſe ibi
ꝓceſſus vel motus inquantū ex vno cognoſcibili ꝑueni
tur ad aliud ⁊ in nobis fit ꝑ quendā diſcurſum ſm ꝙ eſt
exitus ⁊ reditus in aīam noſtram dum cognoſcit ſeip̄aȝ
p̄mo em̄ actus ab ip̄a exiens terminatur ad obiectum et
deinde reflectitur ſupra actum. ⁊ deinde ſupra eſſentiaȝ
et potentiā ſm ꝙ actus cognoſcuntur ꝑ obiecta ⁊ potē/
tie ꝑ actus. ſed in diuina cognitōne nō eſt aliquis diſcur/
ſus vt dictum eſt p̄us ꝙ ꝑ notum in ignotum deueniat
Nihilominus tamē ex parte cognoſcibiliū poteſt quidā
circuitus in eius cognitōne inueniri dum. ſ. cognoſcens
eſſentiam ſuam res alias intuetur in quib⁹ eſſentie ſue
ſilitudinem videt. ⁊ ſic quodāmodo ad eſſentiam ſuam
redit nō quaſi eſſentiam ſuam ex alijs rebus cognoſcat.
ſicut in anima noſtra accidebat. Sed tamē ſciendū ꝙ re/
ditio ad eſſentiam ſuam in libro de cauſis nihil aliud di
citur niſi ſubſiſtentia rei in ſeip̄a. forme em̄ in ſe nō ſubſi/
ſtentes ſunt ſuꝑ aliud effuſe ⁊ nullatenus ad ſeip̄as col
lecte. ſed forme in ſe ſubſiſtentes ita ad res alias effun/
duntur eas ꝑficiendo vel eis influendo ꝙ in ſeip̄is ꝑ ſe
manent. ⁊ ſm hunc modum deus maxime ad eſſentiam
ſuam redit. quia oīmbus ꝓuidens ac ꝑ hoc quodāmo/
do in oīa exiens ⁊ ꝓcedens in ſeip̄o fixus ⁊ immixtus Ad 3.
ꝑmanet. ¶ Ad tercium dōm ꝙ ſimilitudo que eſt rela/
tio realis diſtinctōnem rerum requirit. ſed ei que eſt ra/
tionis relatio tm̄. ſufficit in ſimilibus diſtinctio ratōnis.
¶ Ad quartū dōm ꝙ vniuerſale eſt ꝓ tanto intelligibi Ad 4
le. quia eſt a materia ſeparatum. vnde illa que nō ſunt ꝑ
actum intellectus noſtri a materia ſeꝑata. ſȝ ꝑ ſeip̄a ſunt
ab oīni materia libera maxime cognoſcibilia ſunt. ⁊ ſic de Ad 5
us maxime intelligibilis eſt q̄uis nō ſit vle. ¶ Ad qn̄/
tum dōm ꝙ deus ⁊ ſcit ſe ⁊ cōphendit ſe q̄uis ſimplr̄ lo
quendo infinitus ſit. nō em̄ eſt infinitus p̄uatiue. ſic em̄
rō infiniti ꝯgruit q̄titati. hȝ em̄ ꝑtem poſt ꝑtem in infi/
nitū. vn̄ impoſſibile eſt ſi debeat cognoſci ſm rōnem ſue
infinitatis. niſi vt ſcȝ ꝑs poſt partē cognoſcatur. ⁊ ſic nul
lo modo poterit cōphendi. quia nunqȝ poterit deuenire
ad finem cum finem nō habeat. Sed deus dr̄ infinit⁹ ne
gatiue. quia ſcȝ eius eſſentia ꝑ aliquid nō limitatur. ois
aūt forma in aliquo recepta terminat᷑ ſm modū recipien
tis. vn̄ cū eē diuinū nō ſit in aliquo receptū. q2 ip̄e eſt ſuū
eſſe ⁊ hoc eē nō eſt finitū. ⁊ ꝓ tanto dr̄ eēntia infinita. q2
in quolibet intellectu creato vis cognitiua eſt finita cum
ſit in aliquo recepta nō pt intellectus noſter ꝑuenire ad
cognoſcendū ip̄m ita clare ſicut cognoſcibilis ē. ⁊ ſm h̄
nō pt ip̄m cōphendere. vt ſup̄ dictū ē. ſȝ q2 eodē nō quo
eēntia diuina ē infinita ⁊ vis cognitiua ip̄ius eſt infinita.
ſua cognitio ē tm̄ efficax quāta ē eius eēntia. ⁊ iō ꝑuenit
ad ꝑfectā ſui cognitōem ⁊ ſm hoc cōphendere dicit᷑. non
quia ꝑ cōprehenſionē talem ip̄i cognito finis aliquis ſta
tuatur ſed ꝓpter ꝑfectōnem cognitōnis cui nihil deeſt
¶ Ad ſextum dicendū ꝙ cum intellectus noſter ſit fini/ Ad 6
tus ſm naturam ſuam. ideo nō pt aliqd infinitū cōphē
dere vel intelligere ꝑfecte. ⁊ ideo ſuppoſita iſta ei⁹ natura
ꝓcedit ratio Auguſti. ſed natura intellectus diuini eſt Ad 7
alia ⁊ propter hoc ratio nō ſequitur. ¶ Ad ſeptimum
dōm ꝙ ſi fiat vis in verbo ꝓprie loquēdo deus nec alijs
nec ſibi finitus eſt. ſed ꝓ tanto dr̄ finitus ſibi. q2 hoc mō
a ſeip̄o cognoſcit᷑. ſicut aliq̄d finitū ab intellectu finito. ſi
cut em̄ intellectus finit⁹ pt ꝑuenire ad finē cognitōis in
re finita. ita intellectus ei⁹ ꝑuenit ad finē cognitōnis ſui
ip̄ius. Illa tm̄ rō infiniti q̄ dr̄ intrāſibile ē īfiniti p̄uatiue
accepti de q̄ nihil ad ꝓpoſitū. ¶ Ad octauū dōm ꝙ in Ad 8
oib⁹ illis q̄ deſignāt in his quātitatē q̄ ad ꝑfectōem ꝑti/
net ſeq̄tur ſi aliq̄d cōꝑatū deo ſit tale ꝙ ſimplr̄ ſit tale. ſi/
cut ſi deo cōparatum eſt magnū ꝙ ſit ſimplr̄ magnum. ſed
in illis que ꝑtinent ad imꝑfectōnem nō ſeq̄tur . non em̄
ſeq̄tur ꝙ ſi deo aliquid cōꝑatum ſit ꝑuum ꝙ ſimplr̄ ſit
ꝑuum. q2 oia deo cōꝑata nihil ſunt. ⁊ tn̄ ſimplr̄ nō nihil

ſunt. vñ qđ eſt bonum deo cõpatum ſimpliciter bonum
eſt. ſed qđ eſt finitum in deo non ſequit̃ ſimpliciter finitum
eſſe. quia finitum ad quãdam imperfectionem pertinet
ſed bonum ad perfectionem. in vtriſq; tamẽ aliquid ſim
pliciter eſt tale qđ ſm iudicium diuinum tale inuenitur
Ad 9 ¶ Ad nonum dicenduʒ eſt. ꝙ cum deus dicitur finite
ſeipum cognoſcere hoc dupliciter intelligi poteſt. vno
modo vt modus referatur ad rem cognitam vt ſcʒ co-
gnoſcat ſe eſſe finitum. ꝛ ſm hũc intellectum eſt falſum.
qꝛ ſic cognitio ſua eſſet falſa. Alio modo vt modus refe
ratur ad cognoſcentem. ꝛ ſic adhuc dupliciter poteſt in-
telligi. vno modo vt ly finite nihil aliud ſit ꝙ̃ ꝑfecte. vt
dicatur finite cognoſcere qui peruenit ad finem cogniti
onis. et ſic deus finite ſeipm̃ cognoſcit. Alio modo vt
ly finite ꝑtineãt ad efficaciam cognitionis. ꝛ ſm hoc in-
finite cognoſcit. quia eius ꝯgnitio eſt in infinitum effi-
cax. ex hoc aũt ꝙ ſibiipi eſt finitus modo predicto nõ po
Ad 10 teſt ꝯcludi ꝙ ſm ſe finite cognoſcat niſi eo modo quo
dictum eſt verum eſſe ¶ Ad. x. dicẽdum ꝙ ratio illa ꝓ-
cedit ſm ꝙ ly finite ꝑtinet ad efficaciam ꝯgnitionis. et
ſic planũ eſt ꝙ nõ ꝯgnoſcit ſe finite. ¶ Ad. xi. dicenduʒ
Ad. ii. ꝙ cum aliuʒ alio plus intelligere dicimus dupliciter po
teſt intelligi. vno modo vt ly plus ꝑtineat ad modũ rei
cognite. ꝛ ſic nullus intelligẽtiũ plus alio intelligit de re
intellecta ſm ꝙ ẽ intellecta. quicũq; eñ rei ĩtellecte plus
attribuit vel minus ꝙ̃ natura rei habeat errat ꝛ nõ intel
ligit. Alio modo poteſt referri ad modũ cognoſcentis.
et ſic vnus alio plus intelligit ſm ꝙ vnus alio perſpica-
cius intelligit. ſicut angelus homine ꝛ deus angelo. ꝛ ꝓ-
pter potentiorẽ vim intelligendi. et ſimiliter etiaʒ eſt in-
telligenda illa q̃ ad hoc probãdum aſſumitur. ſcʒ intelli
gere rem aliter ꝙ̃ ſit. quia hoc eſſet intelligere rẽ eſſe ali-
ter ꝙ̃ ſit. quia hoc oportet intelligere rem eſſe aliter ꝙ̃ ſit
ſi eñ ly aliter ſit modus rei cognite. tũc nullus intellect⁹
intelligit rem aliter ꝙ̃ ſit. ſi aũt ſit modus ꝯgnoſcentis
ſic q̄libet itelligẽs rẽ materialr̃ intelligit aliter ꝙ̃ ſit. qꝛ res
q̃ habet eſſe materialiter immaterialiter ſolum intelligit̃

# T Ertio querit̃: vtruʒ

deus ꝯgnoſcat alia a ſe. Et videtur ꝙ non
1. Intellectuũ eñ eſt ꝑfectio intelligẽtis. ſʒ nihil aliud ab
ip̄o poteſt eſſe ꝑfectio eius. qꝛ ſic eſſet aliq̃d eo nobilius.
ergo nihil aliud ab ip̄o p̄t eſſe intellectũ ab eo. Sed di-
ceres ꝙ res vel creatura ſm ꝙ eſt ꝯgnita a deo eſt vnuʒ
2 cũ ipſo. ¶ Sed ꝯtra. Creatura nõ eſt vna cum deo niſi
ſm ꝙ eſt in eo. ſi ergo de⁹ nõ cognoſcit creaturã niſi ſm
ꝙ eſt in eo. ꝛ ita nõ ꝯgnoſcit eam ſm ꝙ eſt in ꝓpria na-
3 tura. ¶ Preterea Si intellectus diuinus cognoſcit crea
turã. aut ꝯgnoſcit ipſam ꝑ eſſentiam ſuã aut ꝑ aliqđ aliđ
extrinſecũ. ſi ꝑ aliud extrinſecũ mediũ. cũ om̄e mediuʒ q̃
ꝯgnoſcitur ſit forma vel ꝑfectio ꝯgnoſcentis. qꝛ eſt for-
ma ip̄ius inq̃ntum eſt cognoſcens. vt patet in ſpecie lapi
dis in pupilla. ſequeret̃ ꝙ aliquid extrinſecũ a deo eſſet
ꝑfectio eius. qđ abſurdũ eſt. Si aũt ꝯgnoſcit creaturaʒ
ꝑ eſſentiam ſuam. cũ eſſentia ſua ſit aliud a creatura. ſeq̃-
retur ꝙ ex vno ꝯgnoſcet aliud. ſed omnis intellectus ex
vno ꝯgnoſcens aliud eſt intellectus diſcurrẽs ꝛ ratioci
nans. ḡ in intellectu diuino eſt diſcurſus. ꝛ ſic erit imꝑfe
4 ctus. qđ eſt abſurdũ ¶ Pre. Mediũ ꝑ qđ res ꝯgnoſcit̃
debet eẽ ꝓportionatũ ei qđ ꝑ ip̄m cognoſcit̃. ſʒ eſſentia di
uina nõ eſt ꝓportionata ip̄i creature cũ in infinitũ ip̄aʒ ex
cedit. Infiniti aũt ad finitũ nulla eſt ꝓportio. ḡ deus co-
gnoſcendo eſſentiam ſuã nõ p̄ot cognoſcere creaturam.
¶ Preterea Phus in. ij. metaphiſice ꝓbat. ꝙ deus tãtũ 5
ſeipſum cognoſcit. ſed tãtũ idẽ eſt qđ nõ cũ alio. ḡ nõ co-
gnoſcit alia a ſe. ¶ Prete. Si cognoſcit alia a ſe cũ ꝯgno 6
ſcit ſeipſum. aut ergo eadẽ rõne ꝯgnoſcet ſeipſum ꝛ alia.
aut alia ꝛ alia. ſi eadẽ cũ ſeipſum per eſſentiã ſuã ꝯgno-
ſcit. ſequit̃ ꝙ et res alias ꝑ eſſentiã eaꝝ cognoſcat. quod
eſſe nõ poteſt. Si aũt alia ꝛ alia ratione cũ cognitio co-
gnoſcentis ſequat̃ rõnem q̃ cognoſcit̃. ꝯtingit ꝙ in diui
na cognitione inuenit̃ multiplicitas ꝛ diuerſitas. qđ repu
gnat diuine ſimplicitati. ḡ nullo⁹ deus creaturã ꝯgno-
ſcit. ¶ Prete. Magis diſtat creatura a deo ꝙ̃ diſtat ꝑ- 7
ſona patris a natura diuinitatis. ſʒ deus nõ eodẽ modo
ꝯgnoſcit ſe eſſe deum ꝛ ſe eſſe patreʒ. qꝛ in hoc qđ ꝯgno
ſcit ſe patrem includit̃ notio patris que non includit̃ cuʒ
dicitur ꝯgnoſcit ſe eſſe deũ. ergo multo fortius ſi creatu
ram cognoſcit alia rõne ſeipſuʒ ꝯgnoſcit. et alia rõne co-
gnoſcit creaturã qđ eſt abſurdũ vt probatũ eſt ¶ Prete. 8
Eadẽ ſunt principia eſſendi et ꝯgnoſcẽdi. ſʒ nõ eodẽ mõ
pater eſt pater ꝛ deus. vt dicit Auguſti. ergo non eodem
modo ꝯgnoſcit pater ſe eſſe patrem ꝛ ſe eſſe deuʒ. ꝛ mul
to fortius nõ eodem modo cognoſcit ſe ꝛ creaturam ſi
creaturaʒ cognoſcit ¶ Pre. Scia eſt aſſimilatio ſcientis
ad ſcitum. ſed inter deũ ꝛ creaturã eſt modica aſſimila- 9
tio cum ſit ibi maxima diſtãtia. ergo deus modicã ꝯgni
tionem vel nullam de creaturis habet. ¶ Prete. Quic 10
quid ꝯgnoſcit deus intuetur. ſed deus vt dicit Auguſ.
in libro. lxxxiij. q. nihil extra ſe intuetur. ḡ nec q̃cq̃ extra
ſe cognoſcit. ¶ Prete. Eadẽ eſt cõparatio creature ad 11
deũ q̃ pũcti ad lineaʒ. vnde Trimegiſtus dixit. ꝙ deus
eſt ſphera intellectualis cuius eſt centrũ vbiq; circũferẽ
tia vero nuſq̃. per centrũ intelligens creaturam vt Ala
nus exponit. ſed linee nihil deperit de ei⁹ q̃titate ſi pun-
ctum ab ea ſeparetur. ergo ꝛ nihil deperit perfectioni di-
uine ſi ꝯgnitio creature ei ſubtrahatur. ſʒ q̃cquid eſt in
eo ad eius perfectionem ꝑtinet cum nihil accidentaliter
ſit in eo. ergo ip̄e de creaturis ꝯgnitionem non habet
¶ Preterea. Quicquid deus cognoſcit ab eterno ꝯgno 12
ſcit. eo ꝙ ſua ſcientia non variat̃. ſed quicquid cognoſcit
eſt ens. qꝛ cognitio eius nõ eſt niſi entis. ḡ q̃cq̃d cogno-
ſcit de⁹ ab eterno fuit. ſʒ nulla creatura fuit ab eterno. er
go nullam creaturam cognoſcit. ¶ Preterea. Om̄e qđ 13
ꝑficit̃ aliq̃ alio hʒ i ſe potẽtiã paſſiuã reſpectu illi⁹ qꝛ ꝑfe
ctio eſt q̄ſi forma ꝑfecti. ſʒ de⁹ nõ hʒ in ſe potẽtiã paſſiuã
hec eñ eſt p̄ncipiũ trãſmutatiõis q̃ a deo eſt ꝓcul. ḡ nec
ꝑficit̃ aliq̃ alio a ſe. ſʒ ꝑfectio ꝯgnoſcẽtis depẽdet a ꝯgno
ſcibili. qꝛ ꝑfectio ꝯgnoſcentis eſt in hoc ꝙ actu cognoſcit
qđ nõ eſt niſi ſm ꝙ ꝯgnoſcibile eſt idẽ qđ ꝯgnoſcens. ḡ
de⁹ nõ ꝯgnoſcit aliud a ſe ¶ Pre. Vt dr̃. iij. meta. mo- 14
tor ẽ p̄or moto ſm naturã. ſʒ ſicut ſenſibile ẽ mouẽs ſen-
ſuʒ vt ibidẽ dr̃. ita intelligibile mouet intellectũ. ſi ḡ de⁹
intelligeret aliq̃d aliud a ſe. ſeq̄ret̃ ꝙ aliq̃d eẽt p̄us eo qđ
abſurdũ eſt ¶ Pre. Om̄e intellectũ facit aliquã delecta 15
tionẽ in intelligẽte. vñ in p̄mo metaph. oẽs hoĩes natu-
raliter ſcire deſiderant. Huius ſignũ eſt ſenſuũ delecta
tio ſm ꝙ q̃dã libri hñt. ſi ḡ deus aliq̃d aliud a ſeip̄o co-
gnoſceret illđ aliud ãt eſſet cã delectatõis in ip̄o qđ ẽ ab-
ſurdũ ¶ Pre. nihil ꝯgnoſcit̃ niſi ꝑ naturã entis. ſʒ crea- 16
tura mag̃ hʒ de nõ eẽ ꝙ̃ de eẽ. vtʒ ꝑ Amb. ꝛ multa ſctõꝝ
dicta. ḡ creatura eſt deo mag⁹ icognita ꝙ̃ nota. ¶ Pre. 17
nihil app̄hẽdit̃ niſi ſm ꝙ hʒ rõnem veri. ſic nihil appetit̃

ꝙ eē ſimplr̄ ⁊ abſolute dictū de ſolo diuino eſſe intelligit ſicut ⁊ bonū rōe cuiꝰ dr̄ Math. ix. Nemo bonꝰ niſi ſolꝰ deus. vñ quātū creatura accedit ad deū. tantū hȝ de eē. quantū vero ab eo recedit. tantū hȝ de noneſſe. et quia nō accedit ad deū niſi ſcḋm ꝙ eſſe finitū ꝑticipat. diſtat aūt in infinitū. iō dr̄ ꝙ plus hȝ de nōeē ꝙ̄ de eē. ⁊ tñ illud eē

Ad 17 qḋ hȝ cū a deo ſit a deo cognoſcit. ¶ Et ſilr̄ dōm ad decimūſeptimū. ꝙ creatura nō hȝ veritatē niſi ſcḋm ꝙ accedit ad ꝓmā veritatē. ſcḋm vero ꝙ ab ea recedit falſitatē

Ad 18 hȝ. ¶ Ad decimūoctauū dōm ꝙ aliqḋ cōparatur deo dupl'r. vnoº ſcḋm cōmēſuratōem. ⁊ ſic creatura deo cōparata inuenit quaſi nihil. vel ſcḋm ꝯuerſionē ad deū a quo facta eſt ⁊ eſſe recepit. ⁊ ſic hoc ſolūmō eē hȝ quo cōparat ad deū. ⁊ ſic etiā a deo cognoſcibilis ē. ¶ Ad decimūno-

Ad 19 num dōm ꝙ ꝓbū illud intelligendū ē de intellectu noſtro q̄ a reb' ſciam accepit. gradatim enī res a ſua materialitate ad īmaterialitatē intellectus deducit. ſ. mediāte īmaterialitate ſenſus. ⁊ iō oportet vt quod eſt in itellectu noſtro. ꝑus in ſenſu fuerit. qḋ in itellectu diuino locum nō hȝ. ¶ Ad viceſimū dōm ꝙ ꝗuis agens natu-

Ad 20 rale vt Auic. dr̄ nō ſit cā niſi fiendi rei tantū. cuiꝰ ſignū eſt ꝙ eo deſtructo nō ceſſat eē rei. ſed fieri ſolū. agens tñ diuinū qḋ eſt influens eſſe reb' eſt oībus reb' cā eſſendi ꝗuis reꝝ ꝯſtitutōem nō intret. ⁊ tñ eſt ſilitudo ꝑncipiorum eſſentialiū q̄ intrant rei ꝯſtitutōem. ⁊ iō nō ſolū cognoſcit fieri rei. ſȝ eē eius ⁊ ꝑncipia eēntialia ipius.

# Quarto q̄rit. vtrum

1. deus de reb' habeat ꝓpriā cognitōem ⁊ determinatā. Et videt ꝙ nō. qȝ ſicut dr̄ Boetius vl'e ē dū intelligit. ſingulare dū ſentit. ſȝ in deo nō eſt

2 cognitio ſenſitiua. ſȝ intellectiua tm̄. ḡ deꝰ nō hȝ niſi vlez cognitōem de reb'. ¶ Prete. ſi deꝰ cognoſcit creaturas aut cognoſcit eas pluribꝰ aut vno. ſi pluribꝰ. ḡ eiꝰ ſcia eſt pluriſicata ex pte cognoſcentis. qȝ id qḋ cognoſcit in cognoſcēte ē. ſi aūt vno ⁊ ꝑ vnū de multꝭ nō pt̄ haberi ꝓpria cognitio ⁊ diſtincta. videt ꝙ deꝰ nō habeat ꝓpriā cogni-

3 tionē de reb'. ¶ Prete. ſicut deꝰ ē cā reꝝ eo ꝙ eis eē influit. ita ignis ē cā calidoꝝ eo ꝙ eis calorē influit. ſȝ ſi ignis ſeipm̄ cognoſceret cognoſcēdo calorē ſuū nō cognoſceret alia. niſi inquātū ſunt calida. ḡ deus cognoſcendo eēntiā ſuā nō cognoſcit alia. niſi inꝗtū ſunt entia. ſȝ iſtḋ nō ē habere ꝓpriā cognitōem de reb'. ſȝ maxime vlem. ḡ

4 deꝰ nō hȝ ꝓpriā cognitōem de reb'. ¶ Prete. ꝓpria cognitio de re aliq̄ haberi non pt̄. niſi ꝑ ſpēm q̄ nihil plus vel minꝰ ꝯtineat ꝙ̄ in re ſit. ſicut enī viridis color ipfecte cognoſceret ꝑ ſpēm deficiētē ab ipo. ſcȝ nigri. ita ipfecte cognoſceret ꝑ ſpēm ſuꝑexcedentē. ſcȝ albi in q̄ ꝑfectiſſime natura coloris inenit. vñ ⁊ albedo ē mēſura oīm colorum. vt dr̄ in x. metaphi. ſȝ quātum eēntia diuina ſupat creaturā tantū creatura deficit a deo. cū ḡ eēntia diuina nullo mō ꝓprie ⁊ cōplete poſſit cognoſci mediāte creatura. nec creatura ꝓprie poſſit cognoſci mediante eēntia di-

5 uina. ſȝ deus nō cognoſcit creaturā niſi ꝑ eēntiā ſuam. ḡ nō hȝ ꝓpriā cognitōem de creaturꝭ. ¶ Prete. oē mediū qḋ facit ꝓpriā cognitōem de re pt̄ aſſumi vt medium demonſtratōis ad ꝯcludēdū illud. ſȝ eēntia diuina non hoc mō ſe hȝ ad creaturā. alias creature eſſent q̄cunqȝ fuit

6 eſſentia diuina. ḡ deꝰ cognoſcēs creaturas ꝑ eēntiā ſuā nō hȝ ꝓpriā cognitōem de reb'. ¶ Prete. ſi deꝰ cognoſcit creaturā: aut cognoſcit eā in ꝓpria natura. aut i ydea. ſi in ꝓpria natura tūc ꝓpria natura creature ē mediū quo deꝰ cognoſcit creaturā. ſȝ mediū cognoſcēdi ē ꝑfectio cognoſcētis. ḡ natura creature erit ꝑfectio diuini itellectꝰ qḋ ē abſurdū. Si ꝟo in ydea cognoſcit creaturā cū ydea ſit magꝭ remota a re ꝙ̄ eēntialia vel accūtalia rei minorem cognitōem habebit de re ꝙ̄ illa q̄ ē ꝑ eēntialia ⁊ accidentalia rei. ſȝ oīs ꝓpria cognitio de re habet. vel ꝑ accidētalia vel eēntialia eiꝰ. q̄ etiā accn̄tia magnā ptē ꝯferūt ad cognoſcendū qḋ q̄d eſt. vt dr̄ in ꝓmo de aīa. ḡ deꝰ nō hȝ ꝓpriā cognitōem de reb'. ¶ Prete. ꝑ mediū vl'e non pt̄ haberi ꝓpria cognitio de aliquo ꝑticulari. ſicut ꝑ aīal nō pt̄ haberi ꝓpria cognitio de hoīe. ſȝ eēntia diuina ē mediū maxime vl'e. qȝ ſilr̄ ſiue cōiter ſe hȝ ad oīa cognoſcenda. ḡ deꝰ ꝑ eēntiā ſuā nō pt̄ habere ꝓpriā cognitōnem de 7

creaturis. ¶ Prete. Cognitio diſponit ſcḋm medium cognoſcēdi. ḡ ꝓpria cognitio nō habebit niſi ꝑ ꝓpriū mediū. ſȝ eēntia diuina nō pt̄ eē ꝓpriū mediū cognoſcēdi hāc creaturā. qȝ ſi eēt ꝓpriū mediū cognoſcēdi hāc creaturā iā alterius nō eēt mediū cognoſcēdi. qḋ enī huic ⁊ alteri eſt cōe vtriqȝ ⁊ nō ꝓpriū alteri. ḡ deꝰ ꝑ eēntiā creaturas cognoſcens nō hȝ ꝓpriā cognitōem de eis. ¶ Pret. Dyo. 8

dr̄. vij. ca. de. di. no. ꝙ deꝰ cognoſcit materialia īmaterialiter ⁊ multa vnite ſiue diſtincta indiſtincte. ſȝ talis ē diuina cognitio q̄liter deus res cognoſcit. ḡ deꝰ hȝ indiſtinctā cognitōem de reb'. ⁊ ita nō ꝓprie cognoſcit hoc aut il- 9

lud. ¶ Sȝ ꝯtra nullus pt̄ diſcernere inter illa de q̄b' nō hȝ ꝓpriā cognitōez. ſȝ deus hoc mō creaturas cognoſcit ꝙ inter eas diſcernit. cognoſcit enī hanc nō eē illam alias non daret ſingulis ſcḋm ſuā capacitatē nec redderet vnicuiqȝ ſcḋm opus ſuū iuſte de actib' hoīm iudicando. ḡ deꝰ hȝ ꝓpriā cognitōem de reb'. ¶ Prete. nihil ipfectū ē deo tribuendū. ſed cognitio q̄ cognoſcit aliquid in cōi et nō in ſpeciali eſt imꝑfecta cū ei aliqḋ deſit. ḡ diuina cognitio nō ē in cōi tm̄ de reb'. ſȝ etiā in ſpeciali. ¶ Preterea ſcḋm hoc accideret deū q̄ ē feliciſſimus eē inſipientiſſimum ſi nō cognoſceret hoc de reb' qḋ nos cognoſcimus qḋ etiā ꝓ incōuenienti hȝ phs in libro de aīa ⁊ in 3º metaphi. ¶ Rſo dōm ꝙ ex hoc ipo ꝙ deus res ordinat ad ſuū finem ꝓbari pt̄ ꝙ deus ꝓpriam cognitōem hȝ de rebus. qȝ non pt̄ res aliqua in ꝓpriū finem ordinari per aliquā cognitōnem. niſi cognoſcat ꝓpria eius natura ſcḋm quā habet habitudinē ad finem illum. Qualiter aūt hoc eē poſſit hoc mō ꝯſiderandū eſt. ꝑ cognitōem enī cauſe cognoſcit effectus ſcḋm hoc ꝙ ex ea effectus ꝯſeqtur. vñ ſi ſit aliqua cauſa vniuerſalis cuius actio ad aliquē effectum non determinet niſi mediante aliqua cā ꝑticulari ꝑ cognitōem illius cauſe cōmunis nō habebitur propria cognitio de effectu. ſed ſcietur in cōmuni tm̄. ſicut actio ſolis determinat ad ꝓductōem huius plante mediante vi ſeminatiua q̄ eſt in terra vel in ſemine. vnde ſi ſol cognoſceret ſeipm̄ non haberet ꝓpriam cognitōnem de hac planta. ſed cōmunem tantū. niſi cum hoc cognoſceret ꝓpriam cauſam eius. ideo ad hoc ꝙ habeatur ꝓpria ⁊ ꝑfecta cognitio de aliquo effectu. oportet ꝙ in cognoſcente ꝯgregentur oēs cognitiones cauſaꝝ propriaꝝ ⁊ cōmunium. ⁊ hoc eſt qḋ phus dr̄ in ꝑncipio phiſicoꝝ. tūc cognoſcere dicimur vnūquodqȝ cum cauſas cognoſcimus primas ⁊ principia prima vſqȝ ad elementa. id eſt vſqȝ ad cauſas ꝓximas. vt Cōmentator exponit. Scḋm hoc aūt aliqḋ in diuina cognitōe ponimꝰ ſcḋm ꝙ ipe per eſſentiā ſuā ē cā eiꝰ ſic enī in ipo eſt vt cognoſci poſſit. vñ

Cōtra

Rſo.

cũ ipe sit cã oĩm causaꝝ ꝓpriaꝝ ꝛ cõium ipe ꝑ essentiam suã cognoscit oẽs causas ꝓprias ꝛ cões. qꝛ nihil est in re ꝑ qð determinaṫ natura eiꝰ cõis cuius deus nõ ẽ cã. ꝛ iõ ꝑ quã rõem poniṫ cognoscere cõem reꝝ naturã ꝑ eandẽ poneṫ cognoscere ꝓpriã naturã vniuscuiuscꝫ ꝛ ꝓprias causas. ꝛ hanc rõem assignat Dyoni. vij. ca. de di. no. sic dicens si ẽm vnã cãm deꝰ oĩbꝰ exñtibꝰ eẽ tradidit ẽm eã dẽ soliũ cãꝫ sciet oĩa. ꝛ infra ipe eiũ oĩm cã seipm cognoscẽs vacat alicui si ea q̃ sunt ab ipa ꝛ quoꝝ est cã ignorauerit vacare dr deficere a causalitate alicuius qð ĩi re inueniṫ q̃ dsequereṫ si aliqð eoꝝ q̃ sunt ĩ re ignoraret Et sic pꝫ ex dictis ꝙ oĩa silia q̃ inducunṫ ad manifestandũ ꝙ deus ꝑ se oĩa cognoscat sunt deficiẽtia. sicut qð inducit de puncto qð si se cognosceret diceret ꝙ lineas cognosceret. ꝛ de luce ꝙ cognoscendo se cognosceret colore. nõ eĩn quicqd ẽ in linea pt reduci ad punctũ sicut in cãm. nec quicqd est in colore ad lucẽ. Vñ punctus cognoscens seipm nõ cognosceret lineas nisi in vlĩ. silr nec lux colorẽ. secus ãt est de diuina cognitõne. vt ex dictis pꝫ. ¶ Ad pmũ ergo

Ad .i. dõm ꝙ verbũ illud Boetij ẽ intelligendũ de intellectu nostro. nõ aũt diuino q̃ singularia cognoscere pt vt ifra diceṫ. ꝛ tñ intellectus noster singularia nõ cognoscẽs ꝓpriã hꝫ cognitõem de rebꝰ cognoscens eas ẽm ꝓprias rõnes speci. vñ etiã et si intellectus diuinus singularia nõ cognosceret nihilominꝰ posset de re hac ꝓpriã cognitõem

Ad 2ᵐ habere. ¶ Ad scdm dõm ꝙ deus cognoscit oĩa vno qð ẽ rõ pluriũ .s. eẽntia sua q̃ ẽ silitudo reꝝ oĩm. ꝛ qꝛ essentia sua est ꝓpria rõ vniuscuiuscꝫ rei. iõ de vnoquoqꝫ ꝓpriã co

Nota gnitõem hꝫ. Qualiṫ aũt vnũ eẽ possit multoꝝ ꝓpria rõ et cõis sic ꝯsiderari pt. eẽntia eñ diuina ẽm ħ ẽ rõ alicuius rei ꝙ res illa diuinã essentiã imitaṫ. nulla eñ res diuinã eẽntiã imitaṫ ad plenũ. sic eñ nõ posset eẽ nisi vna imitatio ipius nec eẽntia sua eẽt ẽm modũ istũ nisi vniꝰ ꝓpria rõ. sicut vna sola ẽ imago patris pfecte eũ imitãs scꝫ filius. ħ qꝛ res creata ipfecte imitaṫ diuinã eẽntiã cõtingit eẽ diuersas res diuersimode imitãtes. in quaꝝ tñ natura nõ ẽ aliqd qð nõ deducaṫ a silitudine diuine essentie. ꝛ iõ illð qð ẽ ꝓpriũ vnicuiqꝫ rei hꝫ in diuina eẽntia qð imiteṫ. ꝛ ẽm hoc diuina eẽntia est silitudo rei ꝗtũ ad propriũ ipius eẽ. ꝛ sic ẽ ꝓpria ipius rõ ꝛ eadẽ rõne ẽ ꝓpria rõ alteriꝰ ꝛ oĩm alioꝝ. Est igiṫ cõis oĩm rõ inꝗtũ ipa res ẽ vna quã oĩa imitanṫ. ħ est ꝓpria huius rõ vel illius. ẽm ꝙ res diuersimode eã imitaṫ ꝛ sic ꝓpriã cognitõem diuina eẽntia facit de vnaqꝫ re inꝗtũ ẽ ꝓpria rõ vniuscuiuscꝫ

Ad 3ᵐ ¶ Ad terciũ dõm ꝙ ignis nõ ẽ cã calidoꝝ ꝗtũ ad eẽ id totũ qð in eis inueniṫ sicut dictũ est de eẽntia diuina. ꝛ iõ

Ad 4ᵐ nõ est sile ¶ Ad quartũ dõm ꝙ albedo supabũdat a viridi colore ꝗtũ ad alteꝝ eoꝝ qð ẽ de natura coloris .s. ꝗtum ad luce q̃ ẽ q̃si formale in cõpõne coloris ꝛ ẽm hoc est mẽsura alioꝝ coloꝝ. ħ in colorib9 inueniṫ aliqð aliud qð est q̃si materiale in ipis .s. terminatio dyaphani. ꝛ ẽm ħ albedo nõ ẽ mẽsura alioꝝ coloꝝ. Et sic pꝫ ꝙ in spẽ albedinis nõ ẽ totũ qð in alijs colorib9 inueniṫ. ꝛ iõ ꝑ spẽm albedinis nõ pt haberi ꝓpria cognitio de q̃libet alioꝝ colorum. secus aũt est de eẽntia diuina. Et pterea in eẽntia diuina sunt res alie sicut in cã. alij ãt colores nõ sunt in albedine sicut in cã ¶ Ad qntũ ꝙ demõstratio ẽ spẽs ar

Ad 5ᵐ gumẽtatõis q̃ qdã discursu intellectꝰ pficiṫ. Vñ intelle

Nota ctus diuinꝰ q̃ sine discursu ẽ nõ cognoscit ꝑ eẽntiã suã effectus q̃si demõstrãdo. ꝛ si certiorẽ cognitõnem habeat de rebꝰ ꝑ essentiã suã ꝗ demõstrator ꝑ demõstratõem. si qs eñ eẽntiã eiꝰ cõphenderet certiꝰ ꝑ eã singuloꝝ naturã cognosceret ꝗ ꝑ mediũ demõstratõis ꝯclusio cognoscatur. nõ tñ seqtur ꝙ effectꝰ dei sint ab eterno ꝓpter hoc ꝙ essentia eiꝰ ẽ eterna. qꝛ effectus nõ sunt hoc mõ in eẽntia vt sp in seipis sint. ħ vt qñcꝫ sint. qñ scꝫ diuina sapia determinauit ¶ Ad sextũ dõm ꝙ deus nõ cognoscit res Ad 6ᵐ in ꝓpria natura si ista determinatio referaṫ ad cognitionem ex pte cogniti. si ãt loqmur de cognitõne ex pte cognoscẽtis. sic cognoscit res vt in ydea .i. ꝑ ydeã q̃ ẽ silitudo omnium q̃ sunt in re ꝛ accñtaliũ ꝛ essentialium. ꝗuis ipa non sit accidens rei. necꝫ etiam essentia eius. sicut silitudo rei in intellectu nostro nõ est essentialis vel accidentalis ipius rei. ħ silitudo vel essentie vel accñtis. ¶ Ad septimũ dõm ꝙ eẽntia diuina est vlẽ mediũ. quasi vlis cã. alioꝰ aũt se hꝫ ad faciendã cognitõnem rex cã Ad 7ᵐ vlis ꝛ forma vlis. In forma eñ vlĩ est effectus q̃si in potentia materiali sicut dñe sunt in genere ẽm ꝓportõnem qua forme sunt in materia. vt Porphirius dr. ħ effectꝰ sunt in cã in potẽtia actiua. sicut domus ẽ in mente artificis in poña actiua. Et qꝛ vnũqð ꝗ cognosciṫ ẽm ꝙ ẽ in actu ꝛ nõ ẽm ꝙ est in potẽtia. iõ ꝙ dñe specifice sunt in genere in potentia nõ sufficit ad hoc ꝙ ꝑ formã generis habeaṫ ꝓpria cognitio de illa spẽ. ħ ex hoc ꝙ ꝓpria alicuiꝰ rei sunt in aliq̃ cã actiua sufficit vt ꝑ cãm illã habeaṫ cognitio de illa re. vñ ꝑ ligna ꝛ lapides nõ cognosciṫ domꝰ sicut cognosciṫ ꝑ formã suã q̃ ẽ in artifice. ꝛ qꝛ in deo sunt ꝓprie cognitões vniuscuiuscꝫ rei sicut in causa actiua. iõ ꝗuis sit vlẽ medium potest ꝓpriam cognitõnem facere de vnaquaqꝫ re ¶ Ad octauũ dõm ꝙ essentia diuina ẽ Ad 8ᵐ et cõmune medium ꝛ ꝓprium. sed nõ ẽm idem vt dictũ est. Ad nonũ dõm ꝙ cum dr deus scit distincta indistincte. si lꝫ indistincte determinet cognitõem ex pte cognoscentis. sic veꝝ est. ꝛ sic intelligit Dyoni. qꝛ ipe vnã cognitiõe oĩa distincta cognoscit. Si aũt determinet cognitõnem ex pte cogniti. sic falsa est. deus aũt scit distinctõem vnius rei ab alia ꝛ cognoscit id ꝑ qð vnũ ab alio distinguiṫ. vñ ꝓpriã cognitõnem hꝫ de vnoquocꝫ. Ad 9ᵐ

# Quinto queriṫ vtrũ

deus cognoscat singularia. Et videṫ ꝙ non intellectus. eñ noster singularia nõ cognoscit. qꝛ ẽ a materia separatus. ħ intellectus diuinꝰ ẽ multo magꝭ separatus a materia ꝗ noster. g̃ singularia non cognoscit .i.

Sꝫ diceres ꝙ intellectus noster nõ hꝫ hoc solum ꝙ singularia nõ cognoscat. qꝛ ẽ immaterialis. sed qꝛ abstrahit a rebꝰ cognitõem. ¶ Sꝫ ꝯtra intellectus noster nõ accipit a rebꝰ nisi mediante sensu ꝛ imaginatõne ꝑ ꝑus g̃ a rebꝰ accipiunt sensus ꝛ imaginatio ꝗ intellectus. ꝛ tñ ꝑ sensum ꝛ imaginatõem singularia cognoscuntur. g̃ nõ est alia rõ ꝙ intellectus singularia nõ cognoscit nisi qꝛ cognitõem a rebꝰ accipit 2º

Sꝫ diceres ꝙ intellectus accipit a rebꝰ formã penitꝰ depuratã. nõ ãt sensus ꝛ imaginatio. ¶ Sꝫ ꝯtra depuratio forme in intellectu recepte nõ ẽ rõ q̃re intellectꝰ singularia nõ cognoscit rõne termini a q̃. imo ẽm ħ magꝭ deberet cognoscere. qꝛ ẽm hoc totã assimilatõem suã trahit qð a re recipit. relinqṫ g̃ ꝙ depuratio forme nõ ipedit cognitõem singulariũ nisi ẽm terminũ ad quẽ q̃ ẽ puritas quã in intellectu hꝫ. sed ista puritas forme ẽ tñ ꝓpter immunitatẽ intellectꝰ a materia. g̃ ista ẽ sola rõ q̃re intellectus noster singularia nõ cognoscit. qꝛ ẽ a materia sepatꝰ. ꝛ sic habeṫ ꝓpositũ ꝙ deus singularia nõ cognoscit. quia in deo est maior puritas 3º

ponebat ydeas vt ſcȝ eſſent cauſe generationis et eſſen/
di. ydee videntur eſſe ſubſtantiarum tantum

Ad 1. ¶ Ad ṗmū ḡ dōm ꝙ ſicut dictū ē ydea nō ē in deo ſolū
ṗmorum effectuuȝ ſȝ etiā ſecūdorū. vnde q̄ȝuis accidētia
primorū effectuū habeant eſſe ꝑ ſubſtantiā non excludiť
Ad 2 quin habeāt ydeas. ¶ Ad. ij. dōm. ꝙ accidēs dupliciter
poteſt accipi. vno modo in abſtracto. ⁊ ſic cōſiderať ſm
ꝓpriam rationē. ſic enim aſſignam⁹ in accidētib⁹ genus
et ſpeciē. ⁊ hoc modo ſubiectum nō ponitur in diffinitio
ne accidētis. vt genus. ſȝ vt differentia. vt cū diciť. ſymi/
tas eſt curuitas naſi. Alio modo pōt accipi. vt in ꝯcre/
to. ⁊ ſic accipiūtur ſm ꝙ ſunt vnū ꝑ accidēs cum ſubie/
cto. vnde ſic nō aſſignatur eis. nec genus nec ſpēs. et ita
Ad 3. verū eſt ꝙ ſubiectū ponitur in definitōne accidentis vt
genus ¶ Ad iij. dōm. ꝙ q̄ȝuis accidēs nō ſit participās
tamē eſt ipſa participatio. ⁊ ſic patȝ ꝙ etiam ei reſpondet
Ad 4 ydea in deo vel ſimilitudo ¶ Ad. iiij. pȝ reſpōſio ex dc̄is

# Octauo queriť. vtruȝ

1. ſingularia habeant ydeam in deo Et videť ꝙ
nō. q꞉ ſingularia ſunt infinita in potētia ſȝ in deo eſt non
ſolum ydea eius qđ eſt. ſȝ etiā ei⁹ qđ eſſe pt̄. ſi ergo eſſet
ſingulariū ydea in deo eēnt ydee infinite. qđ videť abſur
2 dum. cū nō poſſint eſſe actu infinita ¶ P꞉e. Si ſingula/
ria habēt ydeam in deo. aut eſt eadē ydea ſingularium et
ſpēi. aut alia ⁊ alia. nō alia ⁊ alia. tūc eñ vnius rei multe
ydee eſſent in deo. q꞉ ydea ſpēi eſt ⁊ etiā ydea ſingularis
ſi aūt eſt vna et eadē cū in ydea ſpēi oīa ſingularia que
ſunt eadē ſpē ꝯueniāt. tūc oīm ſingulariū nō erit niſi vna
ydea tm̄. ⁊ ſic ſingularia nō habebūt ydeā diſtinctam in
3 deo ¶ Preter. Multa ſingulariū caſu accidūt. ſed talia
nō ſunt ṗdiffinita. ergo cū ydea req̄rat ṗdiffinitionē. vt
ex dictis patȝ videť ꝙ nō oīa ſingularia habeant ydeā
4 in deo ¶ P꞉ete. Quedā ſingularia ſunt ex duab⁹ ſpecie
bus cōmixta. ſicut mulus ex aſina ⁊ equo. ſi ergo talia
habeant ydeam videť ꝙ vnicuiqȝ eoꝝ reſpōdeat duplex
ydea. ⁊ hoc videtur abſurdū cū incōueniens ſit ponere
multitudinē in cauſa ⁊ vnitatē in effectu.

Cōtra ¶ Sȝ ꝯtra ydee ſtȝ in deo ad ꝯgnoſcēdū ⁊ ad operādū
ſȝ de⁹ eſt ꝯgnitor ⁊ operator oīm ſingularium. ḡ in ipſo
ſunt ydee eorum ¶ Prete. Idee ordinanť ad eſſe rerum
ſed ſingularia verius habent eē q̄ȝ vniuerſalia cū vniuer
ſalia nō ſubſiſtant niſi in ſingularib⁹. ergo ſingularia ma
gis debent habere ydeam q̄ȝ vniuerſalia.

Rſ°. ¶ Rñ° dōȝ. ꝙ plato nō poſuit ydeas ſingulariū ſȝ ſpēꝝ
Opi. pla. tm̄ Cui⁹ duplex fuit ratio. vna q꞉ ſm ipm̄ ydee nō erāt
factiue materie ſȝ forme tm̄ in his inferiorib⁹. ſingularis
aūt principiū eſt materia. ſm formā vero vnūqđqȝ ſingu
lariū collocať in ſpē. ⁊ iō ydea nō reſpōdet ſingulari inq̄n
tum ſingulare. ſȝ rōne ſpēi tm̄ Alia rō potuit eē q꞉ ydea
non eſt niſi eorū q̄ per ſe ſunt intenta. vt ex dictis patet.
Intentio aūt nature eſt ṗncipaliter ad ſpēm ꝯſeruādaȝ
vñ q̄ȝuis generatio terminetur ad hūc hoīem. tñ intētio
nature eſt ꝙ generet hoīem. ⁊ ꝓpter hoc vt dt phs in. x.
de aīalib⁹ ꝙ in accidētib⁹ ſpēꝝ ſunt aſſignande cauſe fina
les. nō aūt in accñtib⁹ ſingulariū. ſȝ efficiētes et materia/
les tantū. et ideo ydea non rūdet ſingulari ſȝ ſpēi Et ea/
dem ratōne Plato nō ponebat ydeas generum. q꞉ intē/
tio nature nō terminať ad ꝓductionē forme generis ſed
ſolum forme ſpēi. Nos aūt ponim⁹ deū eē cauſam ſingu Opi. vera
laris. ⁊ q̄ȝtum ad formā ⁊ q̄ȝtum ad materiam. Poni/
mus etiam ꝙ ꝑ diuinā ꝓuidētiam ṗdiffiniunť oīa ſin/
gularia. et ideo oportet nos ſingulariū ponere ydeas
¶ Ad. primū. dōm ꝙ ydee non plurificanť niſi ſm di/ Ad. 1.
uerſos reſpectus ad res. nō eſt aūt incōueniēs relatōnes
ratōnis in infinitum in intellectu multiplicari. vt Auič. Ad 2
dicit. ¶ Ad ſcdm dōm. ꝙ ſi loquamur de ydea ꝓprie ſm
ꝙ eſt rei eo modō quo eſt in eſſe ꝓducibilis. ſic vna ydeā re
ſpondet vni ſingulari ſpēi ⁊ generi indiuiduatȝ in ipſo ſin
gulari. eo ꝙ ſortes hō ⁊ aīal nō diſtinguunť ſm eſſe. ſi āt
accipiamus ydeam cōiter ꝓ ſimilitudine vl' rōne. ſic cuȝ
diuerſa ſit cōſideratio ſortis vt ſortes eſt ⁊ vt hō eſt ⁊ vt
animal eſt. reſpondebūt ei plures ydee vel ſimilitudines
¶ Ad. iij. dōm ꝙ q̄ȝuis aliquid ſit a caſu reſpectu ꝓxi/ Ad 3
mi agentis. nihil tñ eſt a caſu reſpectu agētis q̄ oīa pre
cognoſcit ¶ Ad. iiij. dōm. ꝙ mulus habet ſpēm mediaȝ Ad 4
inter equū ⁊ aſinā. vnde nō ē in duab⁹ ſpēb⁹. ſȝ in vna tā/
tum q̄ eſt effecta ꝑ ꝯmixtionē ſeminū inq̄ȝtū virtus acti
ua maris non potuit ꝓducere materiam femine ad ter/
minos ꝓprie ſpēi ꝑfecte ꝓpter materie extraneitatem. ſed
produxit ad aliquid propinquū ſue ſpēi. ⁊ ideo eadē ra/
tione aſſignatur ydea mulo ⁊ equo

# Queſtio. iiij. de verbo

Primo. vtrū v̄bū dicať ꝓprie in diuinis. Scdo
vtrū v̄bū in diuinis dicať eēntialr' vl' ꝑſonalr' Tercio vtꝝ
v̄bū ſpūiſcto ꝯueniat. Quarto vtrū pať dicat creaturā
v̄bo. Quinto vtrū hoc nomē verbū importet reſpectū
ad creaturā Sexto. vtrū res ſint veri⁹ in v̄bo q̄ȝ in ſeipis
Septimo. vtrū v̄bū ſit eoꝝ q̄ nec ſtȝ nec fuerūt nec erunt
Octauo. verum oē qđ factū eſt ſit vita in verbo

¶ Materia quarta de verbo.

# Queſtio ē de verbo

Et ṗmo q̄riť. vtrū v̄bū ꝓprie dicať in
diuinis. Et videť ꝙ nō. eſt eñ duplex 1.
v̄bū. ſcȝ interius ⁊ exterius. Exteri⁹ āt
de deo ꝓprie nō pt̄ dici. cū ſit corꝑale ⁊ trā
ſiens Silr' nec v̄bū interi⁹ qđ diffiniēs
Dam̄. dt in v. li. ſermo interius diſpoſitus eſt mot⁹ aīe
in excogitando ſine aliq̄ enūciatōne. In deo aūt nō pōt
poni nec motus nec cogitatio q̄ diſcurſu q̄dāmō ꝑficiť. ḡ
videť ꝙ v̄bū nullo modo ꝓprie dicať in diuinis. ¶ Pre.
Aug⁹. in. iij. de trini. ꝓbat ꝙ verbū qđ ē ipius mētis eſt 2.
ex eo ꝙ etiā eius os aliqđ eſſe dr̄. vt patȝ Mathei. xv. q̄
ꝓcedūt de ore hoīs coinq̄nant hoīes. qđ de ore cordis
intelligēdū eſſe oſtenditur ex his que ſequūtur. q̄ aūt ꝓ
cedūt de ore exeunt de corde. ſed os nō dicitur niſi me/
taphorice in ſpiritualibus rebus. ergo nec verbum.
¶ Prete. Verbū oſtenditur eſſe mediū inter deū ⁊ crea

ꝑuras ex hoc ꝙ Joan. primo dicit. omnia ꝑ ipſum facta
ſunt. ⁊ ex hoc ipo ꝓbat Augu. ꝙ verbū nō eſt creatura.
ergo eadē ratione poteſt probari ꝙ ṽbuꝫ nō ſit creator.
ergo ṽbum nihil ponit qđ ſit in deo ¶ Prete. medium
equaliter diſtat ab extremis. ſi ergo ṽbū medium eſt in
4 ter patrem dicentē ⁊ creaturam que dicit. oportet ꝙ ver
bum per eſſentiam diſtinguatur a patre. cū ꝑ eſſentiam
a creaturis diſtinguatur. ſed in diuinis nō eſt aliqđ di/
ſtinctum ꝑ eſſentiam. ergo ṽbū nō ꝓprie ponitur in deo.
¶ Prete. Quicqđ non ꝯuenit filio niſi ſm ꝙ eſt incar/
5 natus hoc nō ꝓprie dicit in diuinis. ſicut eſſe hoiem ⁊ am
bulare vel aliquid hmōi. ſꝫ ratio verbi nō ꝯuenit filio ni/
ſi ſm ꝙ eſt incarnatus. qꝛ ratio verbi eſt ex hoc ꝙ mani/
feſtat dicentē. filius aūt nō manifeſtat patrē niſi ſm ꝙ eſt
incarnatus. ſicut nec verbū noſtrū manifeſtat intellectū
noſtrū niſi ſm ꝙ eſt voci vnitū. ergo verbū nō ꝓprie dici/
tur in diuinis ¶ Prete. Si verbū ꝓprie diceretur in diui
6 nis idem eſſet verbū qđ fuit ab eterno apud patrē ⁊ qđ
eſt ex tēpore incarnatū. ſicut dicimus ꝙ eſt idē filius. ſed
hoc vt videt dici nō poteſt. qꝛ verbū incarnatuꝫ ꝯparat
verbo vocis. verbū apud patrē exiſtēs verbo mentis. vt
patet ꝑ Auguſtinū in libro de trinita. nō eſt aūt idē ver
bum cū voce ꝓlatum ⁊ verbū in corde exiſtēs. ḡ non vi/
detur ꝙ verbū qđ ab eterno dicit apud patrē fuiſſe ꝓprie
7. ad eſſentiam diuinā ꝑtineat ¶ Prete. Quāto effect⁹ eſt
poſterior tanto magis habet rōem ſigni. ſicut vinū eſt cā
finalis dolij ⁊ vlterius circuli q̄ appendit ad doliū deſi/
gnādum. vn̄ circulus habet maxime rōnem ſigni. ſꝫ ṽbū
qđ eſt in voce eſt effectus poſtremus ab intellectu ꝓgre
diens. ḡ ei magis ꝯuenit rō ſigni q̄ ꝯceptui mētis. ⁊ ſi/
militer etiā rō ṽbi qđ a manifeſtatōe imponitur. omne
aūt qđ ꝑus eſt in corporalibꝫ q̄ in ſpūalibꝫ nō ꝓprie dici
tur de deo. ergo verbū nō proprie dr̄ de ipo ¶ Preterea.
8 Unūqđq3 nomē illud p̄cipue ſignificat a quo imponit.
ſed hoc nomē verbū vel imponit a verberatiōe aeris vel
a boatu ſm ꝙ ṽbū nihil aliud eſt q̄ vex boans. ḡ hoc ē
qđ p̄cipue ſcatur hoc nomine verbi. ſed hoc nullo mō
ꝯuenit deo niſi metaphorice. ergo verbū improprie dici
tur in diuinis ¶ Prete. Verbū alicu⁹ dicētis videt eſſe
9 ſimilitudo rei dicte in dicēte. ſꝫ pater intelligēs ſe nō intel
ligit ꝑ ſimilitudinē ſꝫ ꝑ eēntiā. ergo videt ꝙ hoc ꝙ intue
tur ſe nō generet aliquod verbū ſui. ſꝫ nō eſt aliud dice
re ſummo ſpiritui q̄ excogitando intueri. vt Anſel. dicit
ergo verbum nō ꝓprie eſſe dicitur in diuinis ¶ Prete.
10 Omē qđ dr̄ de deo ad ſimilitudinē creature nō dicit de
deo ꝓprie ſꝫ metaphorice. ſꝫ verbū in diuinis dr̄ ad ſimi
litudinē ṽbi qđ eſt in nobis. vt Auguſti. dicit. ergo vi/
det ꝙ metaphorice. ⁊ nō ꝓprie in diuinis dicat ¶ Prete.
.11. Baſilius dr̄. ꝙ deus dicit verbū ſm ꝙ ab eo oīa ꝓferū
tur. ſapiētia qua oīa ꝯgnoſcuntur. lux qua oīa mani
feſtant. ſed ꝓferre non ꝓprie dicitur in deo. q2 ꝓlatio ad
12 vocē ꝑtinet. ḡ non ꝓprie dicit in diuinis ¶ Prete. Sicut
ſe habet ṽbū vocis ad ṽbū incarnatū. ita ṽbū mētis ad
ṽbum eternū. vt ꝑ Auguſti. patꝫ. ſꝫ verbū vocis nō di/
cit de ṽbo incarnato niſi metaphorice. ḡ nec ṽbū mētis
Cōtra dicitur de verbo eterno niſi metaphorice ¶ Sꝫ ꝯtra.
Auguſti. dicit in ix. de trinita. verbū qđ inſinuare inten
dimus cum amore noticia eſt. ſed noticia ⁊ amor proprie
dicuntur in diuinis. ergo ⁊ verbū. ¶ Prete. Auguſtin⁹
in xv. de trini. dicit ꝙ ṽbum qđ foris ſonat ſignū eſt ver
bi quod intus latet. cui magis ṽbi ꝯperit nomē. nam il
lud qđ ꝓfertur carnis ore vox verbi eſt. ṽbū quia ⁊ ipm
dicitur ꝓpter illud a quo vt foris appareat aſſumptuꝫ eſt
Ex quo patꝫ ꝙ nomē verbi magis ꝓprie dicit de verbo
ſpirituali q̄ corporali. ſꝫ omē illud qđ magis ꝓprie inue/
nitur in ſpiritualibus q̄ in corporalibꝫ propriiſſime com
petit deo. ergo verbum propriiſſime in deo dicitur.
¶ Preterea. Richardus de ſancto victo. dicit ꝙ verbuꝫ
eſt manifeſtatiuū ſenſus alicuius ſapiētis. ſꝫ filius mani
feſtat veriſſime ſenſum patris. ḡ nomē verbi ꝓprie in deo
dicitur. ¶ Prete. Verbum ſm Auguſti. xv. de trinita.
Nihil eſt aliud q̄ cogitatio formata. ſꝫ diuina conſidera
tio nunq̄ꝫ eſt formās ſed ſemꝑ eſt formata. quia ſemper
eſt in ſuo actu. ḡ propriiſſime verbum in diuinis dicitur
¶ Prete. Inter modos vnius id qđ eſt ſimpliciſſimū
ꝓmo ⁊ maxime ꝓprie dicitur vnū. ergo ⁊ ſimiliter in ver
bo qđ eſt maxime ſimplex ꝓpriiſſime dicit verbū. ſed ver
bum quod eſt in deo eſt ſimpliciſſimū. ergo proprie dici
tur verbū ¶ Prete. Scđm grāmaticos hec pars oratio
nis q̄ verbum dicitur. ideo ſibi commune nomen appro
priat quia eſt perfectio totius orationis quaſi precipua
pars oratiōis. ⁊ quia per verbū manifeſtantur alie par/
tes orationis ſm ꝙ in verbo intelligitur nomen. ſꝫ ver/
bum diuinum eſt perfectiſſimū inter omnes res ⁊ etiam
eſt manifeſtatiuum rei. ergo ꝓpriiſſime verbum dicitur.
¶ Reſponſio dicēm. ꝙ noīa imponūtur ſm ꝙ cognitio/ Rs°.
nem de rebꝫ accipimus. et quia ea que ſunt poſteriora in
natura ſunt vt plurimū prius nota nobis. inde eſt ꝙ fre
quēter ſm nominis impoſitionem aliquādo nomē ꝑus
in aliquo duorum inuenitur in quorum altero res ſigni/
ficata ꝑ nomen prius exiſtit. ſicut patꝫ de nominibꝫ que
dicuntur de deo ⁊ creaturis. vt ens et bonum ⁊ huiuſ/
modi. que prius fuerunt creaturis impoſita. et ex his
ad diuinam predicationem tranſlata. q̄uis ens ⁊ bonuꝫ
et huiuſmodi per prius inueniantur in deo. Et ideo q2
verbum exterius cum ſit ſenſibile eſt magis notum no/
bis q̄ꝫ interius ſcđm nominis impoſitionem. per ꝑus
vocale verbū dicitur verbum q̄ꝫ verbū interius. q̄uis
verbum interius naturaliter ſit prius vtpote exterioris
cā et efficiēs ⁊ finalis. finalis qđē. quia verbū vocale ad
h̄ a nobis exprimit vt interi⁹ nobis manifeſtet. vn̄ opor
tet ꝙ ṽbū interius ſit illud qđ ſignificat ꝑ ṽbū exterius
verbum autē quod exterius profertur ſignificat id quod
intellectum eſt. non ipm intelligere. neq3 hoc intellectum
quod eſt habitus vel potentia niſi quatenus ⁊ hec in/
tellecta ſunt. vnde verbū interius eſt ipm interius intel
lectum. Efficiēs aūt quia verbū prolatum exterius cū
ſit ſignificatiuum ad placitum eius principium ē volun
tas ſicut ⁊ ceterorū artificiatorū. ⁊ ideo ſicut aliorū artifi
ciatorū preexiſtit in mente artificis ymago quedam exte
rioris artificij. ita in mente ꝓferētis verbū interius pre/
exiſtit. ſicut qđdam exēplar exterioris verbi. ⁊ ideo ſicut
in artifice tria ꝯſideramus. ſcꝫ finem artificij. ⁊ exēplar
ipſius. ⁊ artificiatum ipſum iam productum. ⁊ ita etiam
in loquēte triplex verbū inuenitur. ſcꝫ illud qđ ꝑ intel/
lectum ꝯcipitur ad quod ſignificandū verbuꝫ exterius
ꝓfertur. ⁊ hoc eſt verbū cordis ſine voce ꝓlatū Item ex
emplar exterioris verbi ⁊ hoc dicitur ṽbum interius qđ
habet imaginationē vocis. ⁊ verbum exterius expreſſuꝫ
quod dicitur verbum vocis. ⁊ ſicut in artifice precedit
intētio finis. ⁊ deinde ſequit excogitatio forme artifici/
ati et vltimo artificiatum in eſſe producitur. ita et ver/
bum cordis in loquente eſt prius verbo quod habet
imaginationem vocis et poſtremum eſt verbum vocis

Verbū igiť vocis qꝛ corpoꝛalr̄ expletur de deo dici nō
poteſt niſi metaphorice. put ſcꝫ q̄ñ̄ creature a deo ꝓdu/
cte. ꝟbū eius dicuntur. aut motus ipſaꝝ. in q̄ntum deſi/
gnāt intellectuꝫ diuinū ſicut effectus cām. Vñ eadē ra
tōne nec verbū qd̓ habet imaginationē vocis poterit di
ci de deo ꝓp̄ꝛie ſed metaphorice tm̄. vt ſi dicať. ꝟbuꝫ dei
ydee rerū faciendaꝝ. ſꝫ ꝟbum cordis qd̓ nihil eſt aliud
q̄ꝫ illud qd̓ actu ꝯſiderať ꝑ intellectū ꝓp̄ꝛie de deo. dꝛ. qd̓
eſt oīno remotū a coꝛpoꝛeitate ⁊ materialitate ⁊ oīm de/
fectu. ⁊ hmōi ꝓp̄ꝛie dicunť de deo. ſicut ſcia ⁊ ſcitū. intelli
Ad i. gere ⁊ intellectū ¶ Ad p̄mū ꝗ dōm. ꝙ cū ꝟbū interius
ſit illud quod intellectum eſt nec hoc ſit in nobis. niſi ſm
ꝙ actu intelligunť ꝟbum interius ſp̄ requirit intellectū
in actu ſuo qui eſt intelligere. ipa aūt actio intellectꝰ mo
tus dicit. nō quidē actus ĭpfecti. vt deſcribiť in. iij phic.
ſꝫ motus pfecti q̄ eſt opatio. vt dꝛ in tercio de aīa. Et iō
Damaſ. dicit ꝟbū interius eſſe motum mētis. vt tamē
accipiať motus ꝓ eo ad qd̓ motus terminať. id eſt ope/
ratio ꝓ operato. ſicut intelligere ꝓ intellecto. nec hoc re/
q̄ritur ad rōnem verbi ꝙ actus intellectus q̄ terminať
ad ꝟbū interius fiat cū aliquo diſcurſu quē videť cogita
tio impoꝛtare. ſꝫ ſufficit q̄litercūqꝫ aliq̄d actu intelligať.
qꝛ tamē apud nos vt frequētius ꝑ diſcurſum interiꝰ ali/
quid dicimus. ꝓpter hoc Damaſ. ⁊ Anſel. diffinientes
Ad 2 ꝟbū vtūtur cogitatōne loco conſideratōnis ¶ Ad ſcdm
dōm. ꝙ argumētū Auguſ. nō ꝓcedit a ſimili ſed a mino
ri. minus eī videť ꝙ in coꝛde os dici debeat q̄ꝫ verbuꝫ
et ideo ratio nō ꝓcedit ¶ Ad. iij. dōm. ꝙ mediū pt̄ acci
Ad 3. pi dupłr. vno mō vt mediū iter duo extrema motꝰ. ſicut
pallidū eſt mediū inter albū ⁊ nigrū in motu denigrati
onis vel albefactōnis. Alio modo inter agens ⁊ patiēs
ſicut inſtrumentū artificis eſt mediū inter ipm ⁊ artificia
tuꝫ. ⁊ ſilr̄ oīe illud quo agit. ⁊ hoc modo filius eſt me/
dius inter patrem creantē ⁊ creaturā factā ꝑ verbū. non
autē inter deū creantē ⁊ creaturā. qꝛ ipm ꝟbū eſt etiam
deus creans. vnde ſicut ꝟbū nō eſt creatura. ita nō ē pa
ter et tm̄ etiā p̄ter hoc rō nō ſequereť. dicimꝰ eīm ꝙ pa/
ter creat ꝑ ſapientiam ſuam eſſentialiter dictā. vt ſic ſapi
entia ſua dici poſſit mediū inter deū ⁊ creaturā. et tm̄ ipa
ſapientia eſt deus Auguſti. etiā ꝑ hoc nō probat ꝟbum
eſſe creaturā. qꝛ eſt mediū. ſed qꝛ eſt vlťs creature cā In
quolibet eīm motu fit reductio ad aliqd̓ p̄mū qd̓ nō mo/
uetur ſm motū illū. ſicut alterabilia oīa reducūtur in pri
mum alterās nō alteratū. ⁊ ita etiā illud in qd̓ reducunť
Ad 4 creata oīa opoꝛtet eē increatū ¶ Ad. iiij. dōm. ꝙ me
diū qd̓ accipiť inter terminos motꝰ aliqū accipiť ſm eq̄
lem diſtātiā terminoꝝ. aliqū aūt nō. ſꝫ mediū qd̓ eſt inter
agens ⁊ patiens ſi ſit quidē mediū vt inſtrumētū. qn̄qꝫ
eſt ꝓpinquius p̄mo agenti qn̄qꝫ vltimo patienti ⁊ qn̄qꝫ
ſe habet ſm eque diſtātiā ad vtrūqꝫ ſicut patet in agente
cuius actio ad patiens ꝑuenit pluribꝫ inſtrumētis. ſed
mediū qd̓ eſt foꝛma q̄ agēs agit ſemꝑ eſt ꝓpinquiꝰ agē/
ti. qꝛ eſt in ipſo ſm veritatē rei. nō aūt in patiente niſi ſm
ſuā ſilitudinē. ⁊ hoc modo ꝟbū dꝛ eē mediū inter patrē
et creaturā. vnde nō opoꝛtet ꝙ equaliter diſtet a patre
Ad 5 et creatura ¶ Ad. v. dōm ꝙ q̄uis apud nos manifeſta/
tio que eſt ad alterū nō fiat niſi per verbū vocale. tm̄ ma
nifeſtatio ad ſeipm. fit etiam ꝑ ꝟbum coꝛdis. ⁊ hec ma/
nifeſtatio aliā p̄cedit. ⁊ ideo etiam ꝟbū interius ꝑ p̄us
dicit. Silr̄ etiā ꝑ ꝟbū incarnatū pater omnibꝫ mani/
feſtatus eſt ſꝫ ꝑ verbū ab eterno genitū eum manifeſta/
uit ſibiipi. ⁊ ideo non ꝯuenit ſibi nomē verbi ſm hoc tā/
tum ꝙ incarnatus eſt. ¶ Ad. vi. dōm ꝙ verbum incar/ Ad 6
natum habet aliq̄d ſimile cū ꝟbo vocis ⁊ aliquid diſſimi
le. hoc quidē ſimile eſt in vtroqꝫ ratōne cuius vnū alteri
ꝯparať. qꝛ ſicut vox manifeſtat ꝟbū interius ita per car
nem manifeſtatū eſt verbū eternū. Sed q̄tū ad h̄ diſſi/
mile. q̄a ipa caro aſſumpta a ꝟbo ab eterno nō dꝛ verbū
ſꝫ ipa vox q̄ ſumitur ad manifeſtationem ꝟbi interioꝛis
ꝟbum dꝛ. ⁊ ideo ꝟbū vocis eſt aliud a verbo coꝛdis ſed
verbū incarnatū eſt illud idē quod verbū eternū. ſicut et
verbū ſcatum ꝑ vocē eſt idē ꝙ verbū coꝛdis ¶ Ad. vij. Ad 7
dicendū. ꝙ rō ſigni ꝑ p̄ius ꝯuenit effectui q̄ꝫ cauſe quā
do cauſa eſt effectui cauſa eēndi. nō aūt ſignificādi. ſicut
in exēplo ꝓpoſito accidit. ſed quādo effectus habet a cā
non ſolū ꝙ ſit. ſed etiam ꝙ ſignificet. tunc ſicut cauſa eſt
pꝛioꝛ q̄ꝫ effectus in eſſendo. ita in ſcando. ⁊ ideo verbuꝫ
interius ꝑ p̄ius habet rōnes ſignificationis ⁊ manife/
ſtatōnis q̄ꝫ ꝟbū exterius. qꝛ verbū exterius non inſtitui
tur ad ſcādū niſi ꝑ interius ꝟbū. ¶ Ad. viij. dōm. ꝙ no Ad 8
men dicit ab aliquo imponi dupliciter aut ex pte imponē
tis nomē. aut ex pte rei cui nomē imponitur. ex pte auteꝫ
rei nomē dicit ab illo imponi ꝑ qd̓ ꝯpletur ratio rei quā
nomē ſcat. ⁊ hec eſt drīa ſpecifica illius rei. ⁊ hoc eſt qd̓
p̄ncipaliter ſcať ꝑ nomē. ſꝫ qꝛ drīe eſſentiales ſunt no/
bis igñote. qn̄qꝫ vtimur accn̄tibꝫ vel effectibꝫ loco earꝫ
vt in. viij. metaph. dꝛ. et ſm hoc noiamus rem. ⁊ ſic illud
qd̓ loco drīe eēntialis ſumiť ē a quo imponiť nomē. Et
ex pte iponētis. ſicut lapis imponiť ab effectu q̄ ē ledere
pedē. ⁊ hoc nō opoꝛꝫ p̄ncipalr̄ eſſe ſcatū ꝑ nomē ſꝫ illud
loco cuꝰ hoc ponitur. Silr̄ dico ꝙ nomē ꝟbi imponiť a
ꝟberatōe vl̄a boatu ex pte iponētis nō ex pte rei ¶ Ad
ix. dōm. ꝙ q̄ꝫtum ad rōnem ꝟbi ptinet nō differt vtruꝫ Ad 9
aliquid intelligať ꝑ ſilitudinē vel eēntiam. ꝯſtat eīm ꝙ ex
terius ꝟbū ſcat oīe illud qd̓ intelligi pt̄ ſiue ꝑ eſſentiā
ſiue ꝑ ſilitudinē intelligatur. ⁊ ideo oīe intellectū ſiue ꝑ
ſilitudinē ſiue ꝑ eēntiā intelligatur pt̄ ꝟbū interius dici.
¶ Ad. x. dōm. ꝙ de his q̄ dicuntur de deo ⁊ creaturis. q̄ Ad 10
dam ſunt quoꝝ res ſignificate ꝑ p̄us inueniūtur in deo
q̄ꝫ in creaturis q̄uis noīa p̄us fuerūt creaturis impoſi
ta. ⁊ talia dicūtur ꝓp̄ꝛie de deo vt bonitas ⁊ ſapientia. ⁊
hmōi. Quedā vero ſunt quoꝝ res ſignificate deo non
ꝯueniūt ſꝫ aliquid ſimile illis rebꝫ. ⁊ hmōi dicunť meta/
phoꝛice de deo. ſicut dicimus deū leonē vel ambulanteꝫ.
Dico ergo ꝙ ꝟbū in diuinis dicit ad ſimilitudinē noſtri
verbi rōne nominis impoſitionis. nō ꝓpter ordinem rei.
vñ nō opoꝛtet ꝙ metaphoꝛice dicatur ¶ Ad. xi. dōm. ꝙ
ꝓlatio ꝑtinet ad rōnem q̄ntū ad id a quo iponiť nomen Ad 11.
ex pte imponētis. non aūt ex pte rei. ⁊ ideo q̄uis ꝓla
tio metaphoꝛice dicať in diuinis. nō ſequiť ꝙ ꝟbū meta
phoꝛice dicatur. ſicut eīm Dam̄. dicit ꝙ hoc nomē deus
dꝛ ab ethin qd̓ eſt ardere. ⁊ tamē q̄uis ardere dicať me
taphoꝛice de deo. nō tm̄ hoc nomē deus ¶ Ad xij. dōm. Ad 12.
ꝙ verbum incarnatum comparatur verbo vocis ꝓ/
pter q̄ndam ſimilitudinē tantū. vt patet ex dictis. ⁊ ideo
verbum incarnatum non poteſt dici verbum vocis niſi
metaphoꝛice. ſed verbum eternū comparatur ꝟbo coꝛ/
dis ſm verā rōneꝫ ꝟbi interioꝛis. et iō ꝟbū dꝛ vtrobiqꝫ

## Ecūdo queriť. vtruꝫ

verbū in diuinis dicať eēntialr̄ vel ꝑſonaliter.
Et videtur ꝙ eēntialiter poſſet dici. qꝛ nomē ꝟbi a ma
nifeſtatōne iponiť. vt dcm̄ ē. ſꝫ eēntia diuina ꝑ ſeipſam .i.

poteſt manifeſtari. ergo ei ꝟbū ꝯpetit ꝑ ſe. et ita verbuꝫ
eſſentialiter dicitur ¶ Pꝛete. ſignificatū per nomē eſt ipa
2 deffinitio. vt in. iiij. metaph. dꝛ. ſꝫ ꝟbū ſm Auguſti. in. ix
de trinita. eſt noticia cū amoꝛe. ⁊ ſm Anſel. in monol. di
cere ſummo ſpiritui nihil aliud eſt ꝙ̄ cogitando intueri.
In vtraq; aūt definitōne nihil ponit᷑ niſi eſſentialiter di
3 ctum. ḡ verbū eſſentialiter dꝛ ¶ Preterea Quicq̄d dꝛ eſt
verbū. ſed pater dicit nō ſolū ſeipm. ſed etiam filiū et ſpi
ritū ſanctū. vt Anſelmus dt in libro p̄dicto. ergo verbū
4 cōe tribus perſonis eſt. ergo eſſentialiter dicit᷑. ¶ Pꝛete.
Quilibet dicēs eſt hoc verbuꝫ qd̄ dicit. vt Auguſti. dt
vij. de trinita. ſꝫ ſicut dicit Anſel. in monol. Sicut pater
eſt intelligens ⁊ filius intelligens et ſpūſſanctus intelli
gens. nō tamē tres intelligentes ſꝫ vnus intelligens. ita
pater eſt dicēs ⁊ filius eſt dicens ⁊ ſpūſſanctus eſt dicēs
et tamen non ſunt tres dicentes ſed vnus dicens. et cui
libet eoꝝ reſpondet ꝟbū. ſed nihil eſt cōe trib9 niſi eſſen
5 tia. ḡ verbum eſſentialiter dꝛ in diuinis ¶ Preterea In
intellectu non differūt dicere ⁊ intelligere. ſed ꝟbū in di
uinis ſumit᷑ ad ſilitudinē ꝟbi qd̄ eſt in intellectu. ḡ nihil
aliud eſt in deo dicere ꝙ̄ intelligere. ḡ verbū nihil eſt ali
ud ꝙ̄ intellectū. ſꝫ intellectū in diuinis eſſentialiter dꝛ. ḡ
et verbū ¶ Preterea Verbū diuinū vt Auguſti. dt eſt
6 potentia operatiua patris. ſꝫ potētia operatiua eſſentia
liter dꝛ in diuinis. ergo ⁊ verbū eſſentialiter dicitur.
7 ¶ Pꝛete. Sicut amoꝛ iportat emanationē affectus. ita
ꝟbū emanationē intellectus. ſed amoꝛ in diuinis eſſen
8 tialiter dicit᷑ ergo et verbum ¶ Pꝛete Id qd̄ pt intelli
gi in diuinis nō intellecta diſtinctōne ꝑſonaꝝ nō dꝛ ꝑſo
naliter. ſꝫ ꝟbū eſt hmōi. qꝛ etiam illi q̄ negant diſtinctio
nem perſonarū ponūt ꝙ deus dicit ſeipm. ḡ verbū non
Cōtra dicit᷑ ꝑſonaliter in deo ¶ In cōtrariū eſt qd̄ dt Augu.
in. vi. de trini. ꝙ ſolus filius dꝛ verbū. nō aūt ſil᷑ pater ⁊ fi
lius ꝟbū dicūt᷑. ſꝫ oīne qd̄ eēntialr dꝛ cōiter vtriq; ꝯue
nit. ḡ verbū nō dꝛ eſſentialiter. ¶ Pꝛete. Ioh. pmo dꝛ
ꝟbū erat apud deū. ſed ly apud cū ſit ꝓpoſitio trāſitiua
iportat diſtinctōnē. ḡ ꝟbū a deo diſtinguit᷑ ſꝫ nihil diſtin
guit᷑ in diuinis. qd̄ dicit᷑ eſſentialr. ḡ verbū nō dicit᷑ eēn
tialiter ¶ Pꝛete. Oīne illud qd̄ in diuinis importat re
lationem perſone ad perſonam dicit᷑ ꝑſonaliter nō eſſen
tialiter. ſꝫ ꝟbū eſt hmōi. ḡ ⁊c̄. ¶ Pꝛete. Ad hoc eſt etiā
autoꝛitas Richar. de ſcō victoꝛe qui dicit in libro ſuo
de trinita. ſolum filium verbum dici.
¶ Reſpōſio dōm. ꝙ ꝟbū ſm ꝙ in diuinis metaphoꝛice
Rſo. dꝛ put ipa creatura dꝛ ꝟbū manifeſtās deū. ꝓcul dubio
ad totā ꝑtinet trinitatem Nūc aūt q̄rimus de verbo ſm
ꝙ ꝓpꝛie dꝛ in diuinis. queſtio aūt iſta in ſuperficie videt᷑
eē planiſſima. ꝓpter hoc ꝙ ꝟbū originē quādā importat
ſm quā in diuinis ꝑſone diſtinguūtur. ſꝫ ſi interius cō
ſiderata difficilioꝛ inuenitur. eo ꝙ q̄dam inuenimus que
originē iportant nō ſm rem. ſꝫ ſm rōnem tantū. ſicut hoc
nomē operatio q̄ ꝓcul dubio importat aliq̄d ꝓcedens
ab operante. et tū ille ꝓceſſus nō eſt niſi ſm rōnem tantū
Unde operatio in diuinis nō ꝑſonaliter. ſꝫ eſſentialiter
dicitur. qꝛ in deo non differt eſſentia ꝟtus ⁊ operatio. vñ
nō ſtatim fit euidens. vtrū hoc nomē verbū ꝓceſſuꝫ rea
lem importat. ſicut hoc nomē filius. vel rōnis tantū. ſicut
hoc nomē operatio. et ita vtrū eſſentialiter vel perſonali
Nota ter dicat᷑ ¶ Unde ad huius noticiā ſciēdū eſt. ꝙ ꝟbuꝫ
intellectus noſtri ſm cuius ſimilitudinē loqui poſſum9
de verbo dei. eſt illud ad quod operatio intellectus no
ſtri terminatur. qd̄ eſt ipſum intellectum. qd̄ dicit᷑ conce
ptio intellectus. ſiue ſit ꝯceptio ſignificabilis ꝑ vocē in
cōplexam vt accidit qñ intellect9 format q̄dditates re
rum. ſiue ꝑ vocem ꝯplexam. qd̄ accidit qñ intellect9 cō
ponit ⁊ diuidit. oīne aūt intellectum in nobis eſt aliquid
realiter ꝓgrediens ab altero. vel ſicut ꝓgrediūtur a pn
cipijs ꝯceptiones ꝯcluſionū. vel ſicut ꝯceptiōes q̄ddita
tum rerū poſterioꝝ a q̄dditatib9 rerū prioꝝ. vel ſaltem
ſicut ꝯceptio actualis ꝓgredit᷑ ab habituali ꝯgnitiōe. et
hoc vniuerſaliter verū eſt de oīni qd̄ a nobis intelligitur
ſiue ꝑ eſſentiam intelligat᷑. ſiue ꝑ ſimilitudinē. ipa eīn cō
ceptio eſt effectus actus intelligēdi. vnde etiam quādo
mens intelligit ſeipſam. eius conceptio nō eſt ipa mens
ſed aliquid expꝛeſſum a noticia mentis. ideo intelligit ſe
ſicut alia. vt dicit᷑. iij. de anima. Ita ergo ꝟbū intellectuꝫ
in nobis duo habet de ſua rōne. ſcꝫ ꝙ ſit intellectū. ⁊ ꝙ ē
ab alio expꝛeſſum. Si ergo ſcd̄m vtriuſq; ſimilitudinem
ꝟbū dicatur in diuinis. tūc nō ſolū importabit᷑ ꝑ nomen
ꝟbi ꝓceſſus rōnis. ſed etiā rei. Si aūt ſm ſimilitudineꝫ
alterius tantū. ſcꝫ ꝙ eſt intellectum. ſic hoc nomē ꝟbuꝫ
in diuinis nō importabit ꝓceſſum realem. ſed rōnis tan
tum. ſicut ⁊ hoc nomē intellectum. Sed hoc nō erit ſm
ꝓpꝛiā verbi acceptōnem. qꝛ ſi aliq̄d eoꝝ q̄ ſunt de rōne
alicuius auferat᷑ iam nō erit ꝓpꝛia acceptio Unde ſi ꝟbū
ꝓpꝛie accipiat᷑ in diuinis nō dꝛ niſi ꝑſonaliter. ſi aūt accipi
atur cōiter poterit etiā dici eēntialr. ſed tū qꝛ noīb9 vten
dum eſt vt plures ſm phm. vſus maxime eſt emulādus
in ſignificationib9 nominum. et quia omnes ſancti vtunt᷑
cōiter noīe verbi. put ꝑſonaliter dꝛ. ideo hoc magis dicē
dum ꝙ ꝑſonaliter dicatur
¶ Ad pmū ergo dōm. ꝙ ꝟbū de rōne ſui nō ſolū habet Ad. 1.
manifeſtationē. ſꝫ realē ꝓceſſum vnius ab alio. et qꝛ eſſen
tia non ꝓgredit᷑ realiter a ſeipa. ꝗuis manifeſtet ſeipam
nō poteſt eſſentia verbū dici. niſi rōne idētitatis eſſentie
ad ꝑſonaꝫ. ſicut ⁊ dꝛ pater et filius ¶ Ad ſcd̄m dōm. ꝙ Ad 2
noticia q̄ ponit᷑ in definitōne verbi eſt intelligēda noticia
expꝛ̄ſſa ab alio. q̄ eſt in nobis noticia actualis. ꝗuis autē
noticia vel ſapientia eſſentialiter dicat᷑ in diuinis. tū ſapi
entia genita nō dicit᷑ niſi ꝑſonaliter Silr etiā qd̄ Anſel
mus dicit ꝙ dicere eſt cogitando intueri. eſt intelligendū
ſi ꝓpꝛie dicere accipiat᷑ pro intuitu ꝯgnitionis ſm ꝙ per
ipm aliq̄d ꝓgreditur ſcꝫ cogitatū ipm ¶ Ad. iij. dōm. ꝙ Ad 3
ꝯceptio intellectus eſt media inter intellectū ⁊ rem intel
lectam. qꝛ ea mediāte operatio intellectus ptingit ad rē
et ideo ꝯceptio intellectus nō ſolū eſt id qd̄ intellectū eſt
ſed etiam eſt id in quo res intelligit᷑. et ſic id qd̄ intelligit᷑
poſſit dici ⁊ cōceptio intellect9 ⁊ ipa res. et ſilr id qd̄
dꝛ pōt dici res ipa. q̄ dicit᷑ ꝑ ꝟbuꝫ ⁊ ipm ꝟbū. vt etiam
in verbo exterioꝛi ptꝫ. qꝛ ⁊ ipm nomē dꝛ ⁊ res ſignifica
ta ꝑ nomē dicit᷑ ipo noīe Dico ergo ꝙ pater dicit᷑ nō ſicut
ꝟbū ſꝫ ſicut res dicta ꝑ ꝟbū. Et ſilr ſpūſſanctus. qꝛ fili9
manifeſtat totā trinitatem. vñ pater dicit vno verbo ſuo
oēs tres ꝑſonas ¶ Ad iiij. dōm. ꝙ in hoc videt᷑ ꝯtrana Ad 4
ri Anſelm9 ſibi ipi. dicit eīn ꝙ ꝟbū nō dicit᷑ niſi ꝑſonali
ter ⁊ ꝯuenit ſoli filio. ſed dicere ꝯuenit trib9 ꝑſonis. dice
re autē nihil eſt aliud ꝙ̄ ex ſe emittere verbū. Similiter
etiam verbo Anſel. cōtrariatur verbum Auguſti. in vij.
de trinita. vbi dicit. ꝙ nō ſingulis in trinitate eſt dicens
ſed pater verbo ſuo. vnde ſicut verbum propꝛie dictum
non dicitur niſi perſonaliter in diuinis ⁊ conuenit ſoli fi
lio. ita et dicere ſoli patri ꝯuenit. ſed Anſelmus accipit
dicere communiter pꝛo intelligere. et verbum propꝛie ⁊
potuiſſet facere econuerſo ſi ei placuiſſet.

¶ Ad quintū dōm ꝙ in nobis dicere nō ſolū ſignifi/
Ad 5 cat intelligere ſed intelligere cum hoc ꝙ eſt ex ſe exprime
re aliquam ↄceptionem, nec aliter poſſumus intelligere
niſi huiōi ↄceptōem exprimendo. et ideo oīe intelligere
in nobis ꝓprie loquendo eſt dicere. Sed deus poteſt in/
telligere ſine hoc ꝙ aliquid ſm rem ex ipſo ꝓcedat. ſed
ſm rōnem. qꝛ in eo idem eſt intelligens ⁊ intellectum ⁊
intelligere. qḋ in nobis non accidit. ⁊ ideo nō oīe intelli
Ad 6 gere in deo ꝓprie loquendo dꝛ dicere ¶ Ad ſextū dōm
ꝙ ſicut verbū nō dicitur notitia patris niſi notitia genita
ex patre. ita ⁊ dꝛ virtus operatiua patris. qꝛ eſt virtꝰ ꝓ
cedens a patre virtute. virtus aūt ꝓcedens a patre vir
Ad 7 tute pſonaliter dꝛ. ⁊ ſiliter potentia operatiua ꝓcedens
a patre ¶ Ad ſeptimū dōm. ꝙ dupliciter aliquid pt ꝓcede/
re ab altero. Uno mō ſicut actio ab agente. vel operatio
ab operante. Alio mō ſicut operatū ab opante. ꝓceſſus
eñ opationis ab opante nō diſtinguit rem ꝑ ſe exiſtentē
ab alia ꝑ ſe exiſtente. ſed diſtinguit ꝑfectiōem a ꝑfecto. qꝛ
opatio eſt ꝑfectio operantis. ſed ꝓceſſus operati diſtin/
guit vnam rem ab alia. In diuinis aūt nō pt eſſe ſm rē
diſtinctio ꝑfectiōis a ꝑfectibili. inueniūtur tñ in deo res
ab inuicem diſtincte. ſcȝ tres pſone. et ideo ꝓceſſus q̄ ſi/
gnificatur in diuinis. vt opatōnis ab opante. non eſt niſi
rōnis tm̄. Sed ꝓceſſus qui ſcatur vt rei a ꝑncipio pt re
aliter in deo inueniri. Hec aūt eſt drīa inter intellectū
et volūtatem. qꝛ opatio volūtatis terminatur ad res in q̄/
bus eſt bonū ⁊ malū. ſed operatio intellectus terminatur
in mente in qua eſt verū ⁊ falſum. vt dꝛ ſexto metaph. et
ideo volūtas non hȝ aliquid ꝓgrediens a ſeipſa qḋ in ea
ſit niſi ꝑ modū operatōis. ſed intellectus habet in ſeipſo
aliqḋ ꝓgrediēs ab eo nō ſolū ꝑ modū opationis. ſed etiā
ꝑ modum rei opate. ⁊ ideo ſignificatur verbū vt res ꝓce/
dens. ſed amor vt opatio ꝓcedens. vñ amor nō ita ſe ha
Ad 8 bet ad hoc vt dicatur pſonaliter ſicut verbū ¶ Ad octauū
dōm. ꝙ nō intellecta diſtinctōe pſonarum nō ꝓprie deus
dicit ſeipſum. nec ꝓprie hoc a quibuſdā intelligitur q̄ di/
So. in ſtinctōem pſonarū in deo nō ponūt.
ſtācia. ¶ Ad ea vero que in ↄtrariū obijciūtur poſſet de fa
Ad .j. cili reſpōderi ſi quis vellet ↄtrariū ſuſtinere. ¶ Ad hoc
vero qḋ obijcitur de verbis Auguſti. poſſȝ dici ꝙ auguſti.
Ad 2 accipit verbū ſm ꝙ importat realem originē ¶ Ad ſecū
dū poſſet dici. ꝙ ſi hec ꝑpoſitio. apud. importat diſtincti/
onem. hec tamen diſtinctio nō importatur in nomine verbi.
Uñ ex hoc ꝙ verbum dꝛ eſſe apud patrem non pt ↄcludi
ꝙ verbū pſonaliter dicatur. qꝛ etiam dicitur deus de deo. ⁊
Ad 3 deus apud deum ¶ Ad tercium poſſet dici ꝙ relatio il/
Ad 4 la nominis eſt tm̄ ¶ Ad q̄rtū dōm ſicut ad ꝑmū.

## Ertio queritur. vtꝝ

.j. verbū ſpūiſancto ↄueniat. Et videtur ꝙ ſic. ſicut
eñ dꝛ Baſilius in tercio ſermone de ſpūſancto. ſicut ſe hȝ
filius ad patrem. eodē modo ſe habet ſpūſſanctus ad fi
lium. et ꝓpter hoc dꝛ q̄dem verbū filius. verbum aūt filij
2 ſpūſſanctꝰ. ḡ ſpūſſctūs dꝛ verbū ¶ Pre. Hebre. pᵒ. dꝛ
de filio cū ſit ſplendor glorie ⁊ figura ſubſtantie eius por/
tans omnia verbo virtutis ſue. ergo filius habet verbum
a ſe ꝓcedens quo oīa portantur. ſed in diuinis nō ꝓce/
dit a filio niſi ſpūſſanctus. ergo ſpūſſanctus dꝛ verbum.
3 ¶ Pre. Uerbū vt dꝛ Auguſti. ix. de trini. eſt notitia cū
amore. ſed ſicut notitia appropriatur filio. ita amor ſpūſan
4 cto. ergo ſicut verbū ↄuenit filio. ita ⁊ ſpūiſancto ¶ Pre.
Hebre. ꝑmo. ſup illud portans oīa verbo virtutis ſue
dicit gloſa ꝙ verbū accipitur ibi pro imperio. ſed imperiū ac
cipitur inter ſigna volūtatis. cū ḡ ſpūſſctūs ꝑ modū volū/
5 tatis ꝓcedat videtur ꝙ verbū poſſit dici ¶ Pre. verbū de ſui
rōne manifeſtatiōē importat. ſed ſicut filius manifeſtat
patrem. ita ſpūſſanctus patrem ⁊ filiū. vt dꝛ Joh. xvi. ꝙ
ſpūſſanctus docet omnē veritatē. ergo ſpūſſanctus debet Cōtra
dici verbū ¶ Sed ↄtra eſt qḋ Augꝰ. dꝛ. xvi. de trini.
ꝙ filius eo dꝛ verbum quo filius. ſed filius dꝛ filius eo ꝙ ge
nitus. ergo ⁊ verbū dꝛ eo ꝙ genitus. ſed ſpūſſanctus non
eſt genitus. ergo nō eſt verbū.
¶ Rñſio dōm. ꝙ vſus horum nominū ſcȝ verbum et R°
imago aliter ē apud nos ⁊ ſanctos noſtros. ⁊ aliter apud
antiquos doctores grecoꝝ. illi eñ vſi ſunt noīe verbi ⁊ ima
ginis pro omni eo qḋ in diuinis ꝓcedit. vñ indifferenter
ſpiritūſanctū verbū ⁊ imaginē appellant. Sed nos ⁊ ſan
cti noſtri in vſu nominū horum emulamur ↄſuetudinē
ſacre canonice ſcripture. que aut vix aut nūq̄ verbum aut
imaginē ponit niſi pro filio. ⁊ de imagine quidē ad ꝑſentē
queſtionē nō ꝑtinet. ſed de verbo ſatis rōnabilis vſus no
ſter apparet. Uerbū eñ quādā manifeſtatōem importat
manifeſtatio aūt ꝑ ſe nō inuenitur niſi in intellectu. ſi eñ ali
quid qḋ eſt extra intellectū manifeſtare dicatur. hoc non eſt
niſi ſm ꝙ ex ipſo aliqḋ in intellectu relinquitur. proximū er/
go manifeſtās eſt in intellectu. ſed remotū etiā poteſt eē
extra eū. ⁊ ideo nomen verbi ꝓprie dꝛ de eo qḋ ꝓcedit ab in
tellectu. qḋ vero ab intellectu nō ꝓcedit nō pt verbū di/
ci niſi metaphorice. in q̄tū ſcȝ ē in aliquo manifeſtans Di
co ergo ꝙ in diuinis ſolus filius ꝓcedit ꝑ viam intellectꝰ
qꝛ ꝓcedit ab vno. ſpūs aūt ſanctus. qꝛ ꝓcedit a duobꝰ ꝓ
cedit ꝑ viam volūtatis. ⁊ ideo ſpūſſanctus nō pt dici ver
bum niſi metaphorice. ſm ꝙ oīe manifeſtans dꝛ verbū. et
hoc mō exponēda eſt auctoritas Baſilij Et ſic pȝ rñſio Ad. j.
ad ꝑmū. ¶ Ad ſecūdū dōm. ꝙ verbū ſm Baſiliū acci/ Ad 2
pitur ibi ꝓ ſpūſancto. ⁊ ſic dōm eſt ſicut ad ꝑmum. Uel
pt dici ſm glo. ꝙ verbū accipitur pro imperio filij. qḋ meta
phorice dꝛ verbū. qꝛ verbo ↄſueuimus imperare ¶ Ad ter Ad 3
ciū dōm. ꝙ notitia eſt de rōne verbi quaſi importās eſſen
tiam verbi. ſed amor eſt de rōne verbi. nō quaſi ꝑtinēs ad
eius eſſentiam. ſed quaſi ↄcomitans ipm. vt ipſa aucto
ritas inducta oſtendit. ⁊ ideo nō pt ↄcludi ꝙ ſpūſſanctus
ſit verbū. ſed qḋ ꝓcedit ex verbo ¶ Ad. iiij. dōm. ꝙ verbū Ad 4
manifeſtat nō ſolum qḋ eſt in intellectu. ſed etiā qḋ eſt in
volūtate ſm ꝙ ipa volūtas eſt etiā intellecta. ⁊ ideo im
perium cūuis ſit ſignū volūtatis. tñ poteſt dici verbum et Ad 5
ad intellectum pertinet ¶ Ad quintū dōm. ꝙ iam patȝ
ſolutio ex dictis

## Uarto queritur. vtrū

pater dicat creaturam verbo. Et videtur ꝙ nō. qꝛ .j.
cum dicitur pater dꝛ ſe. nihil ſignificatur ibi niſi dicens ⁊ dictū
et ex vtraq̄ parte ſcatur pater tm̄. cū ergo pater nō ꝓ/
ducat ex ſe verbum niſi ſm ꝙ dꝛ ſe. videtur ꝙ ꝑ verbū qḋ 2
a patre ꝓcedit nō dicatur creatura. ¶ Pre. Uerbum
quo vnūq̄dq̄ dꝛ eſt ſimilitudo illius. ſed verbū nō poteſt
dici ſimilitudo creature. vt Anſel. ꝓbat in monolo. quia
vel verbum ꝑfecte ↄueniret cū creaturis. ⁊ ſic eſſet mutabi/
le ſicut ⁊ creature ⁊ periret in eo ſumma immutabilitas
Uel nō ſumme ↄueniret. ⁊ ſic nō eēt in eo ſumma veritas
qꝛ ſilitudo tanto verior eſt quāto magis ↄuenit cum eo
cuius eſt ſilitudo. ergo filius nō eſt verbū quo creatura

5 dicit ¶ Preterea. Verbū creaturarū in deo dicit hoc mō ſi
cut verbū artificiatorum in artifice. ſed ꝟbum artificiato
rum in artifice nō eſt niſi diſpoſitio de artificiatis. ergo ⁊
verbū creaturarū in deo nō eſt niſi diſpoſitio de creaturis
ſed diſpoſitio de creaturis in deo eſſentialiter dr̄ ⁊ nō ꝑſo
naliter. ergo ꝟbū quo creature dicūtur nō eſt ꝟbum qđ
4 ꝑſonaliter dr̄ ¶ Pre. Verbū oīe ad id qđ ꝑ ꝟbum dici
tur habet ſilitudinem vel exemplaris vel imaginis. Exē
plaris quidem qñ ꝟbum eſt cauſa rei. ſicut accidit in intel
lectu practico. Imaginis qñ cauſat a re. ſicut accidit in no
ſtro intellectu ſpeculatiuo. Sed in deo nō pt̄ eſſe verbū
creature qđ ſit creature imago. ergo oportꝫ ꝙ ꝟbum cre
ature in deo ſit creature exemplar. ſed exemplar creature
in deo eſt ydea. ergo ꝟbum creature in deo nō eſt aliud ꝗ̄
ydea. Idea aūt nō dr̄ in diuinis ꝑſonaliter ſed eſſentiali
ter. ergo verbū ꝑſonaliter dictuꝫ in diuinis quo pater di
cit ſeipſum nō eſt ꝟbum quo dicūtur creature ¶ Prete.
5 Magis differūt creature a deo ꝗ̄ ab aliqua alia creatu
ra. ſed diuerſaꝝ creaturaꝝ ſunt plures ydee in deo. ergo
6 non eſt idem verbū quo pater ſe ⁊ creaturā dt ¶ Pre.
Scđm Auguſti. eo dr̄ imago quo ꝟbum. ſed filius non
eſt imago creature ſed ſolius patris. ergo filiꝰ nō eſt ver
7 bum creature ¶ Pre. Oē ꝟbū ꝓcedit ab eo cuius eſt
ꝟbū. ſed filius nō ꝓcedit a creatura. ꝑ nō eſt verbū quo
creatura dicatur.

Cōtra ¶ Sed ꝯtra. Anſel. dt ꝙ pater dicendo ſe dt omneꝫ
creaturam. ſed ꝟbū quo ſe dicit eſt filius. ꝑ ꝟbum qđ eſt
filius dt omnē creaturā ¶ Pre. Augꝰ. ſic exponit dictū
dixit ⁊ factū eſt. i. verbū genuit in quo erat vt fieret. ergo
ꝟbo qđ eſt filius dixit omnē creaturā ¶ Pre. Eadeꝫ eſt
ꝯuerſio artificis ad artem ⁊ ad artificiatū. ſed ipſe deus
eſt ars eterna a qua creature producūtur. ſicut artificiata
ꝗ̄dam. ergo pater eadē ꝯuerſione cōuertit ad ſe ⁊ ad oēs
creaturas. ⁊ ita dicendo ſe dt omēs creaturas ¶ Prete.
Oē qđ eſt poſterius reducit ad id qđ eſt pͥus in aliquo
genere ſicut ad cām. ſed creature dicūtur de deo. ergo re
ducūtur ad pͥmū qđ a deo dr̄. ſed ipſe pͥmo ſeipſum dicit.
ergo per hoc ꝙ dicit ſe. dicit omēs creaturas. ⁊ ſic idem
quod prius

Rŉ ¶ Rūſio dōm. ꝙ filius ꝓcedit a patre ⁊ ꝑ modū na
ture inquātum ꝓcedit vt filius. ⁊ ꝑ modū intellectus inꝗ̄
tum ꝓcedit vt ꝟbum. vterqꝫ aūt ꝓceſſionis modus inue
nitur apud nos. ꝗ̄uis nō ꝗ̄tū ad idem. nihil' eīn eſt apud
nos qđ ꝑ modū intellectus ⁊ nature ꝓcedat ab alio. qꝛ in
telligere ⁊ eſſe nō ſunt idem apud nos ſicut apud deum.
vterqꝫ aūt modus ꝓceſſionis hꝫ diſſilitudinē ſm ꝙ in no
bis ⁊ in deo inuenit. filius eīn hoīs qui a patre hoīe ꝑ vi
am nature ꝓcedit. nō habet in ſe totam ſubām patris. ſꝫ
partem ſubſtātie eius recipit. filius autem dei inquātum ꝑ
naturā ꝓcedit a patre totam in ſe naturā patris recipit
vt ſint nature vnius numero pater ⁊ filius Et ſiliter dif
ferentia inuenit in ꝓceſſu qui eſt per viam intellectus. ver
bū eīn qđ in nobis exꝓimit ꝑ actualem ꝯſideratōem ꝗ̄ſi
exortum ex aliqua principioꝝ ꝯſideratōne vel ſaltem co
gnitione habituali nō totū in ſe recipit qđ eſt in eo a quo
oritur. Nō eīn quicqđ tenemus habituali cognitōne hoc
exꝓmit intellectus in vnius ꝟbi ꝯceptiōe. ſed aliquid ciꝰ
ſiliter in ꝯſideratōe vnius cōcluſionis nō exꝓmitur oīe
illud qđ erat virtutis in pͥncipijs. ſed in deo ad hoc ꝙ ver
bum eius ꝑfectum ſit. oportꝫ ꝙ ꝟbū eius exꝓmat quic
quid ꝯtinetur in eo ex quo oritur. ⁊ pͥcipue cuꝫ deus vno
intuitu omīa videat indiuiſim Sic igit oꝑtꝫ ꝙ quicqđ in
ſcientia patris ꝯtinet totū hoc ꝑ vnū ipſius exꝓimat ver
bum. et hoc mō quo in ſcīa ꝯtinetur. vt ſit verbū ſuo pͥn
cipio correſpondens ꝑ ꝟbum ⁊ ſcientiam ipſius exprimit
ipm patrē pͥncipaliter ⁊ ꝯſequenter omīa alia que cogno
ſcit pater cognoſcendo ſeipm. Et ſic filius ex hoc ipſo qđ
eſt verbū ꝑfecte exprimens patrē exꝓimit omneꝫ creatu
ram. Et hic ordo oſtendit in verbis Anſelmi. qui dixit
ꝙ dicendo ſe dixit omnē creaturā Ad .1.
¶ Ad pͥmū ergo dōm. ꝙ cū dicit pater dicit ſe. in hac
dictōe etiam includit omnis creatura. inquātum ſcꝫ pater
ſua ſcientia ꝯtinet oēm creaturā velut exēplar totius cre
ature ¶ Ad ſcđm dōm. ꝙ Anſel. accipit ſtricte nomen Ad 2
ſilitudinis. ſicut ⁊ dyoniſius in .ij. caplo de di. no. vbi dt
ꝙ in eque ordinatis ad inuicē recipimus ſilitudinis reci
procatōem. vt ſcꝫ vnū dicat alteri ſimile ⁊ econuerſo. ⁊ in
his que ſe habēt ꝑ moduꝫ cauſe ⁊ cauſati nō inuenit ꝓprie
loquendo reciprocatio ſilitudinis. Dicimus eīn ꝙ ima
go Herculis ſimulat Herculi ſed nō ecōuerſo. vñ qꝛ ver
bum diuinū nō eſt factū ad imitatōem creature vt ꝟbuꝫ
noſtrū. ſed potius ecōuerſo. ideo Anſel. vult ꝙ ꝟbū nō ſit
ſilitudo creature ſed econuerſo. Si ergo largo mō ſilitu
dinem accipiamus. ſic poſſumus dicere ꝙ ꝟbum eſt ſilitu
do creature nō quaſi imago eiꝰ ſed quaſi exemplar [illegible]
[illegible]
[illegible] ſumma veritas. qꝛ eſt imutabile creaturis
exiſtentibꝫ mutabilibꝫ. qꝛ nō exigit ad veritatē ꝟbi ſilitu
do ad rem que ꝑ ꝟbū dr̄ ſm ꝯformitatem nature ſed ſm
repſentatōem. vt in qſtione de ſcientia dei dictum eſt Ad 3
¶ Ad terciū dōm. ꝙ diſpoſitio creaturaꝝ nō dr̄ ꝟbum
ꝓprie loquendo niſi ſm ꝙ eſt ab altero ꝓgrediens. ſed diſ
poſitio genita dicitur ꝑſonaliter ſicut ⁊ ſapientia genita.
ꝗ̄uis diſpoſitio ſimplr̄ ſumpta eſſentialis dicat ¶ Ad Ad 4
quartū dōm. ꝙ ꝟbum differt ab ydea. ydea nominat for
mā exemplarē abſolute. ſed verbū creature in deo nomi
nat formam exemplarē ab alio deductam. ⁊ ideo ydea in Ad 5
deo ad eſſentiam ꝑtinet. ſed verbum ad ꝑſonam ¶ Ad
quintū dōm ꝙ ꝗ̄uis deus maxime diſtet a creatura con
ſiderata ꝓprietate nature. tñ deus eſt creature exemplar
nō aūt vna creatura eſt exemplar alterius. ⁊ ideo verbo
quo exprimitur deus. exꝓimitur oīs creatura. nō auteꝫ
ydea qua exꝓmitur creatura vna exꝓmitur alia Ex quo
etiam apparet alia differētia inter ydeam ⁊ ꝟbū. qꝛ ydea
directe reſpicit creaturā. ⁊ ideo pluriū creaturaruꝫ ſunt
plures ydee. ſed verbū reſpicit deū qui pͥmo ꝑ verbū exꝓ
mitur. ⁊ ex ꝯſequenti creaturam. et qꝛ creature ſm ꝙ in Ad 6
deo ſunt vnum ſunt. ideo creaturarum omniū eſt vnum
verbū ¶ Ad ſextū dōm. ꝙ cū dt Augꝰ. ꝙ filius eo dicit
verbū quo imago intelligit ꝗ̄tum ad ꝓprietatē ꝑſonaleꝫ
filij q̄ eſt eadem ſm rem. ſiue ſm eam dicat filius ſiue ver
bum ſiue imago. ſed ꝗ̄tum ad modū ſignādi nō eſt eadeꝫ
rō triū nominū pͥdictoꝝ. verbū eīn nō ſolum importat rō
nem originis ⁊ imitatōis. ſed etiam manifeſtatōis. ⁊ hoc
mō verbū eſt aliquo mō creature. inquātum ſcꝫ ꝑ verbuꝫ
creatura manifeſtat ¶ Ad ſeptimū dōm. ꝙ verbū eſt ali Ad 7
cuiꝰ multiplr̄. Vno mō vt dicētis. ⁊ ſic ꝓcedit ab eo cu
ius eſt ꝟbū. Alio mō vt manifeſtati ꝑ ꝟbū. ⁊ ſic nō oportet
ꝙ ꝓcedat ab eo cuiꝰ eſt. niſi qñ ſcīa ex qua ꝓcedit eſt cau
ſata a rebꝫ. qđ in deo nō accidit. ⁊ ideo rō nō ſeqtur

## Quinto querit. Vtrū
hoc nomen verbū importet reſpectū ad creatu

.j. ram. Et videtˀ ꝙ nō. oīe eīm nomen qđ importat reſpe
ctū ad creaturā dr̄ de deo ex tp̄e vt creator ⁊ dn̄s. ſꝫ ver
bū de deo ab eterno dr̄. ergo nō importat reſpectū ad creatu/
2 ram ¶ Pre. Oīe relatiuū vel eſt relatiuū ſm eſſe vel
ſm dici. ſed ꝟbū nō referṫ ad creaturā ſm eſſe. qꝛ ſic depē
deret a creatura. Nec iterū ſm dici. qꝛ oporteret ꝙ in ali
quo caſu ad creaturā referreretˀ. qđ non inuenitˀ. maxime
eīm inuenitˀ referri ꝑ genitiuū caſum. vt cū dr̄ ꝟbū eſt crea
ture. qđ Anſel. in monolo. negat. ergo ꝟbū non importat
3 reſpectū ad creaturā ¶ Pre. Oīe nomen importās re/
ſpectū ad creaturā nō p̄t intelligi niſi intelligendo ꝙ crea
tura ſit actu vel in potentia. qꝛ qui intelligit vnū relatiuo/
rum oportꝫ ꝙ intelligat reliquū. ſed nō intelligendo ali/
quam creaturam eſſe vel futurā eſſe. adhuc ꝟbum intelli
gitˀ in deo ſm ꝙ pater dr̄ ſeipſum. ergo ꝟbum nō impor/
4 tat reſpectū ad creaturas ¶ Pre. Reſpectus dei ad cre
aturā non p̄t eſſe niſi ſicut cauſe ad effectū. ſed ſicut habetˀ
ex dictis Dyo. v. ca. de di. no. oīe nomen ꝯnotans effe/
ctum in creatura ꝯmune eſt toti trinitati. verbū aūt nō
eſt hmōi. ergo nō importat reſpectū quēdam ad creatu/
ram ¶ Pre. Deus nō intelligitˀ referri ad creaturā niſi
5 ꝑ ſapientiā bonitatē ⁊ potentiā. ſed oīa illa nō dicūtur
de ꝟbo niſi ꝑ appropriatōem. cū ergo verbū nō ſit appro/
priatum ſed ꝓprium. videtˀ ꝙ verbū non importet reſpe/
6 ctum ad creaturā ¶ Pre. Nō ꝯuis ſit diſpoſitor rerū.
nō tn̄ in hoīs noīe importatˀ reſpectus ad res diſpoſitas
ergo ꝯuis ꝑ verbū oīa diſponantˀ. nō tn̄ nomen verbi
reſpectū ad creaturas diſpoſitas importat. ¶ Prete.
7 Verbū relatiue dr̄ ſicut ⁊ filius. ſed tota relatio filij ter/
minatˀ ad patrē. nec eſt eīm filius niſi patris. ergo ſimiliter to
ta relatio ꝟbi. ergo verbū nō importat reſpectū ad crea/
8 turam ¶ Pre. Sꝫ phm in. v. metaph. oīe relatiuū dr̄
ad vnū tm̄. alˀs relatiuū haberet duo eſſe. cū eſſe relatiui
ſit ad aliud ſe habere. ſed ꝟbū relatiue dr̄ ad patrem. non
6 ergo relatiue ad creaturā ¶ Pre. Si vnū nomen impo
natˀ diuerſis ſm ſpēm equoce eis conueniet. ſicut canis la
trabili ⁊ marino. ⁊ ſuperpoſitio ⁊ ſuppoſitio ſunt diuerſe
ſpēs relatōis. ſi ergo vnū nomen importet vtrāqꝫ relatio
nem. oportebit nomē illud eſſe equocū. ſed relatio verbi
ad creaturā nō eſt niſi ſuperpoſitōnis. relatio autē ꝟbi ad
patrē eſt quaſi ſuppōnis. nō ꝓpter inequalitatē dignitatꝭ
ſed ꝓpter pncipij autoritatē. ergo ꝟbū qđ importat re/
lationem ad patrē nō importet relatōem ad creaturā ni/
ſi equoce dicatur

¶ Sed ꝯtra ē qđ Augˀ. dr̄ in libro. lxxxiij. q. ſic dicēs
Inſtātie In pncipio erat ꝟbū. qđ grece logos dr̄ latine verbum.
.j. Et rōnem ſcat. ſi hic loco melius verbū interpretamur
vt melius ſcetur nō ſolum ad patrē reſpectus. ſed ad illa
etiam q̄ ꝑ ꝟbum facta ſunt operatiua potentia. Ex hoc
2 pꝫ ꝓpoſitum ¶ Pre. Sup illud p̄s. ſemel loquutus eſt
deus. dicit gloſa. ſemel. i. ꝟbum eternaliter genuit in quo
oīa diſpoſuit. ſed diſpoſitio dr̄ reſpectū ad diſpoſita. er
go ꝟbū relatiue dr̄ ad creaturas ¶ Pre. Oīe ꝟbū im/
3 portat reſpectū ad id qđ ꝑ verbū dr̄. ſed ſicut dr̄ Anſel.
deus dicendo ſe dixit omnē creaturā. ergo ꝟbū importat re
ſpectū nō ſolū ad patrē ſed ad creaturā ¶ Pre. Filius ex
4 hoc ꝙ eſt filius ꝑfecte repſentat patrē ſm illud qđ eſt ei
intrinſecū. ſed ꝟbum ex ſuo noīe addit manifeſtatōnem
nō p̄t aūt alia eſſe manifeſtatio niſi ſicut manifeſtatˀ pater
ꝑ creaturas. que eſt quaſi manifeſtatio ad exterius. ergo
ꝟbū importat reſpectū ad creaturam. ¶ Pre. Sicut dr̄
5 Dyoni. vij. ca. de di. no. deus laudatˀ vt rō vel verbū. qꝛ
eſt ſapientie ⁊ rōnis largitor. Et ſic pꝫ ꝙ ꝟbum de deo di
ctū importat rōnem cauſe. ſed cā dr̄ ad effectū. ergo ꝟbū im/
portat reſpectū ad creaturas ¶ Pre. Intellectˀ practi/ 6
cus referṫ ad ea que operata ſunt ꝑ ipſum. ſed ꝟbū diui/
nū eſt ꝟbū intellectus practici. qꝛ eſt operatiuū verbū vt
Dama. dr̄. ergo verbū dr̄ reſpectū ad creaturam.

¶ Rñſio. ꝙ quēcūqꝫ aliqua duo ſic ſe hñt ad inuicē ꝙ Rñ°
vnū dependet ad alterū. ſed nō econuerſo. in eo ꝙ depen/
det ab altero eſt realis relatio. ſed in eo ad qđ dependet
nō eſt realis ſꝫ rōnis tm̄. put ſcꝫ nō p̄t intelligi aliq̄d re/
ferri ad alterū. quin in eo intelligatˀ etiā reſpectus oppoſi
tus ex pte alterius. vt pꝫ de ſciā q̄ dependet ad ſcibile ⁊
nō ecōuerſo. Vn̄ cū creature oēs a deo dependeāt. ſꝫ nō
ecōuerſo. in creaturis ſunt relatōes reales qb̄ referūtur
ad deū. ſed in deo ſunt relatiōes oppoſite ſm rōnem tm̄.
et qꝛ noīa ſigna ſunt intellectuū. inde ē ꝙ aliq̄ noīa de deo
dicūtur q̄ importāt reſpectū ad creaturā. cū tn̄ ille reſpe/
ctus ſit rōnis tm̄. vt dictū eſt. Relatōes aūt reales in deo
ſunt ille tantūmodo qb̄ ꝑſone ad inuicē diſtinguūtur. in
relatiuis aūt noīb̄ inuenimus ꝙ q̄dā noīa imponūtur
ad ſcandū reſpectus ipos. ſicut hoc nomē ſilitudo. que/
dam ꝟo ad ſcandū aliq̄d ad qđ ſeq̄tur reſpectus. ſicut hꝫ
nomen ſcia imponitˀ ad ſcandū q̄litatē quādā. quā ſequi
tur q̄dam reſpectus. ⁊ hāc diuerſitatē inuenimus in noī/
bus relatiuis de deo dictis. ⁊ q̄ ab eterno et q̄ ex tp̄e de
deo dicūtur. hoc eīm nomē pater qđ ab eterno de deo dr̄
et ſiliter hoc nomē dn̄s qđ dr̄ de deo ex tp̄e. imponitˀ ad ſi
gnificādū ipſos reſpectus Sed hoc nomē creator. qđ de
deo dr̄ ex tp̄e. imponitˀ ad ſcandū actōem diuinā quā cō
ſeq̄tur reſpectus quidā. Siliter etiā hoc nomē verbum
imponitˀ ad ſcandū aliq̄d abſolute cū aliquo reſpectu ad
iuncto. nō eīm ꝟbū idem eſt ꝙ ſapientia genita. vt dr̄ Au
guſtinˀ. nec ob hoc impeditˀ quin ꝟbū ꝑſonaliter dicatˀ. qꝛ
ſicut pater ꝑſonaliter dr̄. ita ⁊ deus generās vel deus ge
nitˀ. Cōtingit aūt vt aliqua res abſoluta ad plura poſ/
ſit habere reſpectū. Et inde eſt ꝙ nomen illud qđ impo/
nitˀ ad ſcandū aliq̄d abſolutū ad qđ ſeq̄tur aliq̄s reſpectˀ
p̄t relatiue ad plura dici ſm ꝙ ſcia dr̄ in ꝙtum eſt ſcia re/
latiue ad ſcibile. ſed in ꝙtum eſt accn̄s qđdā vel forma re
ferṫ ad ſcientē. ita etiā hoc nomen ꝟbū hꝫ reſpectū ⁊ ad
dicentē ⁊ ad id qđ ꝑ ꝟbum dr̄. Ad qđ p̄t dici dupli. vno
mō ſm ꝯuenientiā noīs. ⁊ ſic ꝟbū dr̄ ad dictū. Alio mō
ad rem cui ꝯuenit rō dicti. et qꝛ pater principaliter dr̄ ſe
generādo verbū ſuū. ⁊ ex ꝯſequēti dr̄ creaturas. ideo pn
cipaliter ⁊ q̄ſi ꝑ ſe ꝟbum referṫ ad patrē. ſed ex ꝯſequenti
et q̄ſi ꝑ accn̄s ꝟbū refertur ad creaturā. accidit eīm verbo
ꝙ ꝑ ipm creatura dicatˀ

¶ Ad pmū ergo dō m. ꝙ rō illa tenet in illis q̄ impor Ad .j.
tant actualem reſpectū ad creaturā. nō aūt in illis q̄ im/
portāt reſpectū habitualē. Et dr̄ reſpectus habitualis
qui nō req̄rit creaturā ſimul eſſe in actu. ⁊ tales ſunt om
nes reſpectus qui ꝯſequūtur actus aīe. qꝛ volūtas ⁊ in/
tellectus eſſe p̄t etiā de eo qđ nō eſt actu exiſtens. verbū
aūt importat ꝓceſſionē intellectus. ⁊ ideo rō non ſeq̄tur
¶ Ad ſcđm dōm. ꝙ ꝟbū nō dr̄ relatiue ad creaturā ſm Ad 2
eſſe. quaſi relatio ad creaturā ſit in deo realis. ſed ſm di/
dici dr̄. Nec etiā eſt remotū quin dicatˀ in aliquo caſu. poſ/
ſumus eīm dicere ꝙ eſt ꝟbū creature .i. de creatura non a
creatura. in quo ſenſu Anſel. negat. Et p̄terea ſi nō refer
retˀ ſm aliquē caſum ſufficeret quocūqꝫ mō referretˀ. vtpu
ta vt referretˀ ꝑ prepōnem adiūctā caſuali. ꝙ dicatˀ ꝙ ver
bum eſt ad creaturā ſcꝫ ꝯſtituendam ¶ Ad terciū dōm Ad 3

ꝙ rō illa ꝓcedit de illis noib⁹ q̄ ꝑ ſe importāt reſpectū ad
creaturā. verbū aūt nō eſt hmōi. vt ex dictis pȝ. ⁊ ideo rō
Ad 4 illa nō ſeqtur. ¶ Ad. iiij. dōm ꝙ ex illa parte qua hoc no
men v̄bū dt aliqd abſolutū hȝ habitudinem cauſalitatis
ad creaturā. ſed ex reſpectu realis originis quem impoꝛ
tat efficiē pſonale. ex quo ad creaturaȝ habitudinē nō hȝ
Ad 5 Et ꝑ hoc pȝ rn̄ſio ad quintū. ¶ Ad ſextū dōm ꝙ v̄buȝ
Ad 6 nō ſoluȝ eſt illud ꝑ qđ fit diſpoſitio. ſed eſt ipſa diſpoſitio
patris de reb⁹ creandis. ⁊ ideo aliquo mō ad creaturā re
fertur ¶ Ad ſeptimū dōm ꝙ filius importat tm̄ relatio
Ad 7 nē alicuius ad ꝑncipiū a quo oꝛit. ſed v̄bū importat rela
tionem ad ꝑncipiū a quo dr. ⁊ ad id qđ eſt q̄ſi terminus
ſcȝ id qđ ſm̄ v̄bum manifeſtat. qđ qdem ꝑncipaliter eſt
pater. ſed ex ↄſequenti eſt creatura q̄ nullo mō p̄t eſſe di
uine pſone ꝑncipium. ⁊ ideo filius nullo mō importat re
ſpectū ad creaturam ſicut v̄bū ¶ Ad octauū dōm ꝙ rō
Ad 8 illa ꝓcedit de illis noib⁹ que imponūtur ad ſignandū ipos
reſpectus. non eñ p̄t eſſe ꝙ vnus reſpectus terminet ad
multa niſi ſm̄ ꝙ illa multa aliquo mō vniūtur. Et ſiliter
Ad 9 dōm eſt ad nonū ¶ Rn̄ſiones aūt que ſunt ad oppo
So. in ſitum ↄcludūt ꝙ aliquo mō ad creaturā referat verbum
ſtāciaȝ nō aūt ꝙ hanc relatōem ꝑ ſe importat ⁊ quaſi ꝑncipalr.
et in hoc ſenſu ↄcedende ſunt

## Exto querit. utrum

.j. res veri⁹ ſint in v̄bo q̄ȝ in ſeipſis Et videt ꝙ nō
ſint veri⁹ in v̄bo. veri⁹ eſt eñ aliqd vbi ē ꝑ ſuā eēntiaȝ q̄ȝ
vbi ē ꝑ ſuā ſilitudinē. ſȝ in v̄bo res nō ſt̄ niſi ꝑ ſuā ſilitudi
nē. in ſe aūt ſunt ꝑ ſuā eſſenciā. g̃ verius ſunt in ſeipſis q̄ȝ in
verbo Sed diceres. ꝙ ꝓ tanto ſunt verius vel nobili
us in v̄bo. q2 ibi nobilius hn̄t eſſe ¶ Contra. res mate
2 riales nobilius hn̄t eſſe in aīa noſtra q̄ȝ in ſeipſa. vt etiam
Aug⁹. dt in libro de trini. ⁊ tñ verius eſt in ſeipa q̄ȝ in aīa
noſtra. g̃ eadē rōne verius eſt in ſe q̄ȝ in v̄bo ſit ¶ Pre.
Verius eſt id qđ eſt in actu q̄ȝ id qđ eſt in potētia. ſȝ res
3 in ſeipſa eſt in actu. in v̄bo aūt tm̄ in potentia. ſicut artifi
4 ciatum in artifice. g̃ verius eſt res in ſe q̄ȝ in v̄bo ¶ Pre
Vltima rei pfectio eſt ſua opatio. ſed res in ſeipſis exiſtē
tes hn̄t ꝓprias opationes quas nō hn̄t vt ſunt in verbo
5 ergo verius ſunt in ſeipſis q̄ȝ in v̄bo ¶ Pre. Illa ſunt cō
parabilia ſolū q̄ ſunt vnius rōnis. ſed eſſe rei in ſeipſa nō
eſt vnius rōnis cū eſſe qđ hȝ in v̄bo. g̃ ad minus nō p̄t di
ci ꝙ verius ſit in v̄bo q̄ȝ in ſeipſa

¶ Sed ↄtra. creatura in creatoꝛe eſt creatrix eſſentia.
Inſtātie vt Anſel. dt. ſed eſſe increatū eſt verius q̄ȝ creatuȝ. g̃ res
.j. verius hn̄t eſſe in v̄bo q̄ȝ in ſeipſis. ¶ Pre. Sicut Plato
2 poſuit ydeas rerū eſſe extra mentē diuinam. ita ⁊ nos in
mente diuina ponimus eas. ſed ſm̄ Platonē verius erat
hō ſeparatus q̄ȝ hō materialis. vnde hominē ſeparatum ꝑ
ſe hoiem noiabat. g̃ ſm̄ poſitōnem fidei verius ſunt res
3 in v̄bo q̄ȝ ſunt in ſeipſis ¶ Pre. Illud qđ eſt veriſſimū
in vnoquoq̄ȝ genere eſt menſura totius generis. ſed ſilitu
dines rerū in v̄bo exiſtentes ſunt menſure v̄itatis in reb⁹
oīb⁹. q2 ſm̄ hoc res aliqua dr vera ſm̄ ꝙ imitat exēplar
ſuū qđ eſt in v̄bo. g̃ res verius ſunt in v̄bo q̄ȝ in ſeipſis

¶ Rn̄ſio dōm ꝙ ſicut dt Dyo. in. ij. ca. de di. no. cau
Rn̄ſio ſata deficiūt ab imitatōe ſuaꝝ cauſaꝝ q̄ eis ſupcollocant.
et ꝓpter illam diſtantiā cauſe a cauſato aliqd vere p̄dicat
de cauſato qđ nō p̄dicat de cauſa. ſicut pȝ ꝙ delectatiōes
nō dicimus delectari. q̄uis ſint nobis cā delectandi. qđ
qdem nō contingit niſi q2 modus cauſaꝝ eſt ſublimioꝛ q̄ȝ
ea q̄ de effectib⁹ predicant. et hoc inuenimus in oīb⁹ cau
ſis equocꝫ agentib⁹. ſicut ſol non p̄t dici calidus q̄uis ab
eo alia calefiant. qđ eſt ꝓpter ipſius ſolis eminentiā ad ea
que calida dicūtur. Cum g̃ querit. vtꝝ res verius ſint
in ſeipſis q̄ȝ in v̄bo. Diſtinguēdū eſt. q2 ly verius p̄t deſi
gnare vel veritatē rei. vel veritatem p̄dicatōnis. Si deſi
gnet veritatē rei. ſic ꝓcul dubio maioꝛ eſt veritas rerū in
v̄bo q̄ȝ in ſeipſis. Si aūt deſignet veritas p̄dicatiōis. ſic
eſt ecōuerſo. verius eñ p̄dicat hō de re q̄ eſt in ꝓpria natu
ra. q̄ȝ de ea ſm̄ ꝙ eſt in v̄bo. nec hoc eſt ꝓpter defectū v̄bi
ſed ꝓpter ſupeminentiā ipſius. vt dictū eſt Ad .j.
¶ Ad pmū g̃ dōm ꝙ ſi intelligat de v̄itate p̄dicatio
nis ſimplr verū eſt ꝙ verius eſt aliquid vbi eſt ꝑ eſſentiā
q̄ȝ vbi eſt ꝑ ſilitudinē. ſed ſi intelligat de veritate rei. tunc
verius eſt ꝑ ſilitudinē que eſt cā rei. minus aūt vere vbi
ꝑ ſilitudinē cauſatam a re ¶ Ad ſecūdum dōm. ꝙ ſilitu Ad 2
do rei que eſt in aīa noſtra nō eſt cā rei ſicut ſilitudo rerum
in v̄bo. ⁊ ideo nō eſt ſile ¶ Ad tercium dōm. ꝙ potentia Ad 3
actiua perfectioꝛ eſt q̄ȝ ſit actus qui eſt eius effectus. ⁊ ħ
mō creature dicunt eſſe in potentia in v̄bo ¶ Ad q̄rtuȝ Ad 4
dōm. ꝙ q̄uis creature in v̄bo nō habeāt ꝓprias opatōes
hn̄t tñ opatōes nobiliores. inq̄tum ſunt effectiue rerum
et opationū ipaꝝ ¶ Ad q̄ntū dōm ꝙ q̄uis nō ſint vni⁹ Ad 5
rōnis eſſe creaturaꝝ in v̄bo ⁊ in ſeipſis ſm̄ vniuocatiōem
ſunt tñ aliquo mō vnius rōnis ſm̄ analogiam.
¶ Ad illud v̄o qđ in ↄtrariū obijcit dōm. ꝙ rō illa Sōᵒ in
ꝓcedit de rōne rei. nō aūt de veritate p̄dicatōis. ¶ Ad ſtantiaꝝ
ſcđm dōm ꝙ Plato in hoc rephendit ꝙ poſuit formas Ad .j.
naturales ſm̄ ꝓpriam rōnem eſſe p̄ter materiā. ac ſi mate Ad 2
ria accn̄taliter ſe haberet ad ſpecies naturales. ⁊ ſm̄ hoc
res ⁊ ſpēs naturales vere p̄dicari poſſent de his q̄ ſunt ſi
ne materia. nos aūt hoc nō ponimus. ⁊ ideo non eſt ſile.
¶ Ad terciū dōm ſicut ad pmum Ad 3

## Eptimo querit. vtꝝ

verbū ſit coꝝ que nec ſunt nec fuerūt nec erūt.
Videt ꝙ ſic. v̄bū eñ importat aliqd ꝓgrediens ab in .j.
tellectu. ſed intellectus diuinus eſt etiā de his q̄ nec ſunt
nec fuerūt nec erūt. vt in q̄ſtiōe de ſcia dei dictū ē. g̃ v̄bū
de his eſſe poteſt ¶ Pre. Sȝ᷑ Augu᷑. vi. libro de trini. 2
filius eſt ars patris plena rōnum viuentiuȝ. ſed ſicut dicit
Aug⁹. in libro. lxxxiij. q. rō etſi ꝑ illā nihil fiat recte rō dr.
ergo v̄bum etiā eſt coꝝ que nec fuerūt nec erūt nec facta 3
ſunt ¶ Pre. Verbū nō eēt pfectū niſi cōtineret in ſe oīa
que ſunt in ſcientia dicentis. ſed in ſcia patris dicentis ſt̄
ea q̄ nunq̄ȝ erūt nec facta ſunt. g̃ ⁊ iſta erūt in verbo
¶ Sed ↄtra eſt qđ Anſel. dt in monol. ei⁹ qđ nec eſt Inſtātie
nec fuit nec erit nullū v̄bum eſſe poteſt ¶ Pre. Hoc ad .j.
virtutē dicentis ptinet ꝙ quicqd dt fiat. ſed deus eſt po 2
tentiſſimus. g̃ v̄bū eius nō eſt de aliquo qđ nō aliqū fiat
Rn̄ſio dōm. ꝙ aliqd p̄t eſſe dupl'r in v̄bo. vno mō ſi Rn̄ſio
cut id qđ v̄bū cognoſcit vel qđ in verbo cognoſci p̄t. ⁊ ſic
in v̄bo eſt etiā illud qđ nec eſt nec fuit nec futurū eſt. q2 ħ
cognoſcit v̄bū ſicut ⁊ pater. ⁊ in v̄bo etiam cognoſci pt ſi
cut ⁊ in patre. Alio mō dr eſſe aliqd in v̄bo ſicut id qđ ꝑ
ipſum v̄bū dr. oīe aūt qđ aliquo v̄bo dr ordinat quodā
mō ad executōem. q2 v̄bo inſtigamus alios ad agendum
et ordinamus alios ad exequendū id qđ in mente ↄcipi
mus. Vñ etiā dicere dei diſpoſitio eius eſt. vt pȝ ꝑ gloſaȝ
ſup illud p̄s. ſemel loquut⁹ eſt de⁹. Vñ ſic de⁹ nō diſpo
nit niſi ea q̄ ſunt vel fuerūt vel erūt. ita nec dt vnde ver

buũ eſt horũ tm̃ ſicut ⁊ ipſo ꝝ dictoꝝ. ſcīa aũt ⁊ res ⁊ rõ
So. in et ydea nõ importãt ordinẽ ad executiõem. ⁊ ideo nõ eſt
ſtãtiaꝝ ſit̃e de eis ⁊ de verbo. Et ꝑ hoc pꝫ r̃ſio ad oĩa obiecta

## Ctauo queritur. vtrũ

.i. oĩne qđ factum eſt ſit vita in ꝟbo. Et videtur ꝙ
nõ. qꝛ ſm̃ hoc verbũ eſt cã rerũ. qꝛ res ſtꝫ in ipo. ſi ergo res
in ꝟbo ſunt vita. ꝟbum cauſat res ꝑ modũ vite. ſed ex hoc
ꝙ cauſat res ꝑ modum bonitatis. ſequitur ꝙ oĩa ſint in
deo bona. ergo ex hoc ꝙ cauſat res ꝑ modũ vite. ſeqretur
2 ꝙ oĩa ſint viua. qđ falſum eſt. ergo ⁊ pͥmum ¶ Pr̃e. Res
ſtꝫ in ꝟbo ſicut artificiata apud artificẽ. ſed artificiata in
artifice nõ ſunt vita. nõ eñ ipſius artificis vita ſunt q̇ vi
uebat etiã anteꝗ̃ artificiata in ipſo eſſent. neqꝫ artificia⸗
toꝝ que vita carent. ergo nec creature in ꝟbo ſunt vita.
3 ¶ Pr̃e. Efficientia vite magis appropriatur in ſacra ſcri⸗
ptura ſpũiſancto ꝗ̃ ꝟbo. vt pꝫ Jo. vi. ſpũs eſt q̇ viuificat
et in pluribꝫ alijs locis. ſed ꝟbũ nõ dr̃ de ſpũſancto ſꝫ de
4 filio tm̃. vt ex dictis pꝫ. ergo nec ꝯueniẽter dr̃ ꝙ res in verbo
ſint vita. ¶ Pr̃e. Lux intellectualis eſt pͥncipiũ vite. ſꝫ
Cõtra res in ꝟbo ſunt lux. ergo videtur ꝙ in eo nõ ſint vita
¶ Sed ꝯtra eſt qđ dr̃ Joh. pͥº. qđ factũ eſt in ipſo ⁊c̃.
¶ Pr̃e. Sꝫm̃ phm̃ in. viij. phy. motus celi dicitur vita que
dã oĩbꝫ natura exiſtẽtibꝫ. ſed magis influit ꝟbũ in crea
turas ꝗ̃ motus celi in naturã. ergo res ſm̃ ꝙ ſunt in verbo
debent dici vita.
R̄ſo ¶ R̄ñſio dđm ꝙ res ſm̃ ꝙ ſunt in ꝟbo ꝯſiderari pñt
dupl̃r. Uno mõ ꝑ ꝯpatõem ad ꝟbũ. Alio mõ ꝑ ꝯpata⸗
tionẽ ad res in ꝓpria natura exiſtentes. et vtroqꝫ mõ ſili
tudo creature in ꝟbo eſt vita. Illud eñ viuere ꝓprie dici⸗
mus qđ in ſeipõ hꝫ pͥncipiũ motus vel opationis cuiuſcũ
qꝫ. Ex hoc eñ ſunt dicta pͥmo aliqua viuere. qꝛ viſa ſunt
in ſeipis habere aliq̇d ea mouens ſm̃ quẽcũqꝫ motũ. Et
hinc ꝓceſſit nomen vite ad oĩa q̄ in ſeipſis habẽt opati
onis ꝓprie pͥncipiũ. Unñ ⁊ ex hoc ꝙ aliq̇ intelligũt vel ſen⸗
tiũt vel volũt viuere dicũtur. nõ ſolũ ex hoc ꝙ ſm̃ locum
mouentur vel ſm̃ augmentum. Illud ergo eſſe qđ hꝫ res ꝓut
eſt mouens ſeipſam ad aliquã opatõnem dr̃ ꝓprie vita rei
qꝛ viuere viuentis eſt eſſe. vt in. ij. de aĩa dr̃. In nobis au
tẽ nulla opatio ad quã nos mouemur eſt eſſe noſtrũ. Unñ
intelligere noſtrũ nõ eſt vita noſtra ꝓprie loquẽdo. niſi ſm̃
ꝙ viuere accipitur ꝓ ope qđ eſt ſignũ vite. Et ſilr̃ nec ſi⸗
militudo intellecta in nobis eſt vita noſtra. ſed intellige⸗
re ꝟbi eſt ſuũ eſſe. ⁊ ſilr̃ ſilitudo ipſius. vñ ſilitudo cre
ature in ꝟbo eſt vita eius. ⁊ ſilr̃ ſilitudo creature eſt q̊
dãmodo ipſa creatura ꝑ modũ illũ quo dr̃ ꝙ aĩa eſt quo⸗
dãmodo oĩa. Unñ ex hoc ꝙ ſilitudo in ꝟbo eſt ꝓductiua
et motiua creature in ꝓpria natura exiſtentis quodãmõ
ꝯtingit vt creatura ſeipam moueat ⁊ ad eſſe ꝓducat. in
ꝗ̃tum ſcꝫ ꝓducitur in eſſe ⁊ mouetur a ſua ſilitudine in ꝟbo
exiſtente. ⁊ ita ſilitudo creature in ꝟbo eſt quodãmõ cre⸗
ature vita
Ad .i. ¶ Ad pͥmũ ergo dđm. ꝙ hoc ꝙ creatura in ꝟbo exiſtẽs
dr̃ vita nõ ꝑtinet ad rõnem ꝓpriam creature. ſed ad mo⸗
dũ quo eſt in ꝟbo. Unñ cũ nõ ſit eodẽ mõ in ſeipa. nõ ſeq̇⸗
tur ꝙ in ſeipã viuat. ꝗ̃uis in ꝟbo ſit vita. ſicut non eſt in
ſeipſa immaterialis. ꝗ̃uis ſit in ꝟbo immaterialis. ſed enti
tas ⁊ bonitas ⁊ hmõi ꝑtinet ad ꝓpriam rõnem creature.
et ideo ſicut ſm̃ ꝙ ſunt in verbo ſunt bona. ita etiã ſm̃ ꝙ
Ad 2 ſunt in ꝓpria natura. ¶ Ad ſecundũ dđm. ꝙ ſilitudines
rerũ in artifice nõ poſſunt proprie dici vita. quia non ſunt

ipſum eſſe artificis viuentis. nec etiã ipſa eius opatio. ſi⸗
cut in deo accidit. ⁊ tñ Aug⁹. dt̃ ꝙ archa in mente arti⸗
ficis eſt vita viuentis. ſed hoc eſt ſm̃ ꝙ in mente artificis.
hꝫ eſſe intelligibile. qđ ad gen⁹ vite ꝑtinet. ¶ Ad terciũ Ad 3
dđm. ꝙ vita ſpũiſancto attribuitur ſm̃ ꝙ deus dr̃ vita reꝝ
ꝓut ipſe eſt in oĩbꝫ rebꝫ mouens eas. vt ſic mõ quodaꝫ
oẽs res a pͥncipio intrinſeco mote videantur. ſꝫ vita appro⸗
priatur verbo ſm̃ ꝙ res ſunt in deo. vt ex dictis pꝫ ¶ Ad Ad 4
quartũ dđm ꝙ ſilitudines rerꝫ in verbo ſicut ſunt rebꝫ
cauſa exiſtendi. ita ſunt rebꝫ cã cognoſcendi inꝗ̃tũ ſcꝫ im
primũtur intellectualibꝫ mentibus. vt res ſic cognite eſſe
poſſint. ⁊ ideo ſicut res dicuntur vita ꝓut ſunt pͥncipia
exiſtẽdi. ita dicuntur lux ꝓut etiã ſtꝫ pͥncipia cognoſcẽdi

¶ Materia. v. de Prouidentia.

## Ueſtio quĩta de ꝓ⸗

uidentia Primo queritur ad qđ attributorũ
ꝓuidentia reducatur. Secũdo vtrũ mũdus
ꝓuidentia regatur Tercio vtrũ diuina ꝓui⸗
dentia ad corruptibilia ſe extendat. Quarto vtrũ oẽs
motus ⁊ actiões hoꝝ inferioꝝ corpoꝝ ſubdantur ꝓuiden⸗
tie diuine. Quinto vtrũ humani actus diuina ꝓuidẽtia
regãtur. Sexto vtrũ aĩalia bruta ⁊ coꝝ actus diuine ꝓ⸗
uidentie ſubdantur. Septimo vtrũ peccatores diuina pro
uidentia regantur. Octauo vtꝝ tota corpalis creatura gu
bernetur diuina ꝓuidẽtia mediãte angelica creatura. Nono
vtrũ diuina ꝓuidentia diſponat corpora inferiora ꝑ cor⸗
pora celeſtia. Decimo vtrũ humani actus gubernentur
a diuina ꝓuidentia mediãtibꝫ corporibꝫ celeſtibꝫ

## Ueſtio eſt de ꝓ⸗

uidentia. Et pͥmo q̄ritur ad qđ attri⸗
butoꝝ ꝓuidentia reducatur. Et videtur .i.
ꝙ tm̃ ad ſciam. qꝛ ſicut dt̃ Boetius
in. iiij. de ꝯſol. illud certe manifeſtũ eſt
immobilẽ ſimplicẽqꝫ formã agendaꝝ
rerũ eſſe ꝓuidentiã. ſed forma rerum agendaꝝ in deo eſt
ydea q̄ ad ſciam ꝑtinet. ergo ꝓuidentia ad cognitiõem ꝑti⸗
net Sed diceres ꝙ ꝓuidentia ad volũtatẽ rerum ꝑti
net inꝗ̃tum eſt cã rerũ ¶ Sed ꝯtra. in nobis ſcia pra
ctica eſt cã rerũ ſcitaꝝ. ſed ſcia practica in ſola cognitione 2
eſt. ergo ⁊ ꝓuidentia ¶ Pr̃e. Boetius dt̃ in libro predicto 3
motus rerũ agendaꝝ cũ in ipſa diuine intelligentie puri⸗
tate ꝯſpicitur ꝓuidentia noĩatur. ſed puritas intelligẽtie ad
ſpeculatiuã cognitõem ꝑtinere videtur. ergo ꝓuidentia ad co
gnitõem ꝑtinet ¶ Pr̃e. Boeti⁹ dt̃ in. v. de ꝯſolatiõe ꝙ
ꝓuidentia dr̃ eo ꝙ porro a rebꝫ infimis cõſtituta q̄ſi ab 4
excelſo rerũ cacumine cũcta ꝓſpiciat. ſed ꝓſpicere cogni⸗
tionis eſt. ⁊ pͥcipue ſpeculatiue. ergo ꝓuidentia ad cogni
tionem ſpeculatiuam ꝑtinere maxime videtur. ¶ Pr̃e.
Sicut dicit Boetius in q̄rto de ꝯſolatõne. vt eſt ad in⸗ 5
tellectũ rõcinatio. ita eſt fatum ad ꝓuidentiã. ſed tam in
tellectus ꝗ̃ rõcinatio ad cognitõem ꝑtinet cõiter ſpecu⸗
latiuam ⁊ practicam. ergo ⁊ ꝓuidentia ¶ Pr̃e. Aug⁹. 6
in libro. lxxxiij. q. dicit. lex icõmutabilis oĩa mutabilia
pulcerrime moderatur gubernatõe. ⁊ moderari ꝑtinet ad ꝓ
uidentiã. ergo lex incõmutabilis eſt ipſa ꝓuidentia. ſed

7 lex ad cognitōem ꝑtinet. ergo ⁊ ipſa ꝓuidentia ¶ Pre.
Lex naturalis in nobis ex diuina ꝓuidentia cauſat᷑. ſed
cauſa agit ad effectū ꝓducendū ꝑ viaȝ ſimilitudinis. vñ
et dicimus ꝙ bonitas dei eſt cauſa bonitatis in rebus. ⁊
ēentia eēndi. ⁊ vita viuēdi. ḡ diuina ꝓuidētia eſt lex. ⁊ ſic
idem qđ ꝓus ¶ Pre. Boetius dt in .iiij. de cōſola. ꝓui⸗
8 dentia ipſa eſt illa diuina rō in ſummo omniū ꝑncipe con
ſtituta. ſed rō rei eſt ydea. vt dt Aug⁹. in libro .lxxxiij. q.
ergo ꝓuidentia eſt ydea. ſed ydea ꝑtinet ad cognitōnem
9 ergo ⁊ ꝓuidentia. ¶ Pre. Scīa practica ordinat᷑ vel ad
ꝓducendū res in eſſe. vel ad ordinādū iam ꝓductas res
ſed ꝓducere res nō eſt ꝓuidentie. q꞉ ꝓuidentia preſuppo⸗
nit res ꝓductas. ſimiliter etiā nec ordinare res ꝓductas
q꞉ hoc ad diſpoſitōem ꝑtinet. ergo ꝓuidentia non ꝑtinet
ad cognitōem practicā. ſed ſpeculatiuā tm̄

Inſtātie ¶ Sed ꝯtra. videt᷑ ꝙ ꝑtineat ad volūtatē. quia dicit
.j. Dam. libro ſecūdo. ꝓuidentia eſt volūtas dei, ꝓpter quā
2 oīa que ſunt ꝯuenientē deductōem ſuſcipiunt ¶ Pre.
Illos qui ſciūt qđ agendum eſt. ⁊ tm̄ facere nolūt nō dici
mus ꝓuidos. ḡ prouidentia magis reſpicit ad volūtatē
q̄ cognitōem ¶ Pre. Sicut dt Boetius in .iiij. de ꝯſol.
3 deus ſua bonitate gubernat mūdū. ſed bonitas ad volun
tatem ꝑtinet. ḡ ⁊ ꝓuidentia cuius eſt gubernare ¶ Pre.
4 Diſponere nō eſt ſcīe ſed volūtatis. ſed ſcḋm Boe⁹. in .iiij.
de ꝯſola. ꝓuidentia eſt rō ꝑ quā deus cūcta diſponit. er⸗
go ꝓuidentia ad volūtatē ꝑtinet. nō ad notitiā ¶ Pre.
5 Prouiſum inq̄tum ꝓuiſum nō eſt ſapiēs vel ſcitū. ſed eſt
bonuȝ. ḡ nec ꝓuidens inq̄tum ꝓuidens eſt ſapiens. ſed
bonus. ⁊ ita ꝓuidentia nō ꝑtinet ad ſapientiā. ſed ad bo
nitatem vel volūtatem ¶ Sed iterū videt᷑ ꝙ ꝑtineat
6 ad potentiā. q꞉ Boetius dt in libro de ꝯſola. ꝓuidentia
dedit rebꝫ a ſe creatis hanc vel maximā manēdi cauſam
vt quo poſſint naturaliter manere deſiderent. ḡ ꝓuiden⸗
tia eſt creatōis ꝑncipiū. ſed creatio appropriatur potentie
ergo ꝓuidentia ad potentiā ꝑtinet ¶ Pre. Gubernatio
eſt ꝓuidentie effectus. vt dr̄ Sapie. xiiij. tu aūt pater gu⸗
7 bernans oīa ꝓuidētia. Sed ſicut dt Hugo in libro de
ſacra. volūtas eſt vt imperās. ſapiētia vt dirigens. poten
tia vt exequens. ⁊ ſic potentia ꝓpinquior eſt gubernationi
q̄ ſciētia ⁊ volūtas. ḡ ꝓuidentia magis ꝑtinet ad poten
tiā q̄ ad ſciam vel ad volūtatem

R° ¶ Rñſio dōm. ꝙ ea q̄ de deo dicūtur ꝓpter noſtri intel
lectus imbecillitatē vel infirmitateȝ cognoſcere nō poſſu⸗
mus niſi ex his que apud nos ſunt. Et ideo vt ſciamus
quō ꝓuidentia dicat᷑ eſſe in deo. videndū eſt quō ꝓuiden⸗
tia ſit in nobis Sciendū eſt igit᷑. ꝙ Tullius ꝓuidentiā
Nota. ponit ꝓ prudentie parte in libro veteris rethorice. ⁊ eſt
pars prudentie quaſi ꝯpletiua. Alie eīm due ꝑtes ſcȝ me⸗
moria ⁊ intelligentia nō ſunt niſi q̄dam preparatōnes ad
prudentie actū. Prudentia aūt ſcḋm pħm in .vi. ethicoꝝ.
eſt recta rō agibiliū. Et differunt agibilia a factibilibꝫ. q꞉
factibilia dicūtur illa que ꝓcedūt ab agēte in extraneam
materiā ſicut ſcamnū domū ⁊ ſilia. horuȝ aūt recta rō eſt
ars. Sed agibilia dicūtur actōes q̄ nō ꝓgrediūtur extra
agentē ſed ſunt actus ꝑficiētes ipm̄. ſicut caſte viuere pa
tienter ſe habere ⁊ huiōi. et hoꝝ recta rō eſt prudētia Sȝ
in iſtis agibilibꝫ duo q̄dē ꝯſideranda occurrūt. ſcȝ finis
et id qđ eſt ad finē Prudētia vero ꝑncipaliter dirigit in his
q̄ ſunt ad finē. Ex hoc eīm aliq̄s dr̄ prudēs q꞉ bene eſt ꝯſi
liatiuus. vt dr̄ in .vi. ethico. ꝯſiliū aūt nō eſt de fine. ſȝ de
his q̄ ſūt ad finē. vt dr̄ in .iij. ethi. Sed finis agibiliū p̄exi⸗
ſtit in nobis dupl'r. ſ. ꝑ cognitionē naturaleȝ de fine hoīs

que quideȝ naturalis cognitio ad intellectum ꝑtinet ſcḋm
pħm .vi. ethi. q̄ eſt ꝑncipioꝝ opabiliū ſicut ⁊ ſpeculabiliū
ꝑncipia aūt opabiliū ſunt fines. vt in eodē libro dr̄. Alio
mō q̄ntū ad affectionē. ⁊ ſic finis agibiliū ſunt in nobis ꝑ
v̄tutes morales ꝑ quas hō afficit᷑ ad iuſte viuendū vl' for
titer vel tēpate. qđ eſt q̄ſi finis ꝓximus agibiliū. ⁊ ſilr etiā
ad ea q̄ ſunt ad finē ꝑficimur. ⁊ q̄ntū ad cognitionē ꝑ cō
ſiliū ⁊ q̄ntū ad appetitū ꝑ electōem. ⁊ his ꝑ prudētiā diri
gimur. Ptȝ ḡ ꝙ prudētie eſt alia ordinare ad finē et diſ⸗
ponere. ⁊ q꞉ illa diſpō eoꝝ q̄ ſunt ad finē in finē. ꝑ pruden
tiā eſt ꝑ modū rōtinatiōis cuius ꝑncipia ſūt fines. ex quibꝫ eīm
trahit᷑ tota rō ordinis p̄dicti in oībꝫ opationibꝫ. ſicut ma
nifeſte apparet in artificiatꝫ. iō ad hoc ꝙ aliq̄s ſit prudēs
req̄rit᷑ ꝙ bñ ſe habeat circa ipos fines. nō eīm p̄t eſſe recta
rō niſi ꝑncipia rōnis ſaluent᷑. ⁊ iō ad prudentiā req̄runt᷑. ⁊
ītellect⁹ finiū ⁊ v̄tutes morales q̄bꝫ affect⁹ recte collocat᷑
in fine. ⁊ ꝓpter hoc oꝑtet oēm prudentē eſſe virtuoſuȝ. vt
in .vi. ethi. dr̄. In oībus aūt viribꝫ ⁊ actibꝫ aīe ordinatis
hoc eſt cōe ꝙ virtus p̄mi ſaluat᷑ in oībus ſequentibꝫ. ⁊ iō
in prudētia q̄dammō includit᷑ voluntas q̄ eſt de fine et
cognitio finis Ex dictis igit᷑ pȝ quomodo prudētia ſe ha
beat ad alia q̄ de deo dicunt᷑. ſcīa eīm hȝ ſe cōiter ad cogni⸗
tionē finis ⁊ eoꝝ q̄ ſunt ad finē ꝑ ſciam eīm deus ſcit ſe et
creaturas. ſed ꝓuidentia tm̄ ꝑtinet ad cognitionē eoꝝ q̄
ſunt ad finē ſcḋm ꝙ ordinant᷑ in finē. ⁊ ideo ꝓuidētia in deo
includit ⁊ ſciam ⁊ voluntatē. ſed tm̄ in cognitōe eſſentiali
ter manet nō q̄dem ſpeculatiua ſed practica. potētia aūt
exequitiua eſt ꝓuidentie. vñ actus potētie preſupponit
actus ꝓuidentie ſicut dirigentis. vñ in prouidentia nō
includitur potentia ſicut voluntas Ad .j.
¶ Ad p̄mū dōm. ꝙ in re creata duo p̄nt ꝯſiderari. ſcȝ
ipā ſpēs eius abſolute. ⁊ ordo eius ad finē. ⁊ vtriuſq̄ for⸗
ma p̄ceſſit in deo. forma ḡ exēplaris rei ſcḋm ſuā ſpēm ab⸗
ſolute eſt ydea. ſed forma rei ſcḋm ꝙ eſt ordinata in finē eſt
ꝓuidētia. Ipe autē ordo a diuina ꝓuidētia rebꝫ inditus
fatū vocat᷑ ſcḋm Boetium. vñ ſicut ſe hȝ ydea ad ſpēm rei
ita ſe hȝ ꝓuidentia ad fatū. ⁊ tn̄ q̄uis ydea poſſit ꝑtine
re ad ſpeculatiuā cognitionē aliq̄ mō. ꝓuidētia tm̄ ad pra
cticā ꝑtinet eo ꝙ impotat ordinē ad fineȝ. ⁊ ita ad opus
quo mediāte ꝑuenit᷑ ad finē ¶ Ad ſcḋm dōm. ꝙ ꝓuiden Ad 2
tia plus hȝ de rōne voluntatis q̄ ſcīa practica abſolute
ſcia eīm practica abſolute cōiter ſe hȝ ad cognitōem finis
et eoꝝ q̄ ſunt ad finē. vñ nō p̄ſuppōnit voluntatē finis. vt
ſic aliq̄ mō volūtas in ſcīa includat᷑. ſicut de ꝓuidētia di⸗
ctū eſt. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ q꞉ puritas intelligētie non dr̄ Ad 3
ad excluſionem volūtatis. ſed ad excludendū mutabili
tatē ⁊ variabilitatē a ꝓuidentia ¶ Ad .iiij. dōm ꝙ Boe Ad 4
tius in v̄bis illis nō ponit ꝯpletā ꝓuidentie rōem. ſed rō
nem noīs aſſignat. vñ q̄uis videre ad cognitōem ſpecu⸗
latiuā ꝑtinere poſſit. nō tn̄ ſeq̄tur ꝓuidētia. ⁊ ſcḋm h̄ Boe
tius exponit ꝓuidentiā q̄ſi ꝓcul videntiā. q꞉ deus ab ex⸗
celſo reꝝ cardine cūcta ꝓſpicit. ſcḋm hoc autē eſt in excelſo
rerū cacumine ꝙ oīa cauſat ⁊ ordinat. et ſic etiā in v̄bis
Boetij p̄t aliq̄d ad practicā cognitiōem ꝑtinens notari
¶ Ad quintū dōm. ꝙ ꝯparatio illa Boetij accipit᷑ ꝑ ſilitu Ad 5
dinē ꝓportōis ſimplicis ad ꝯpōnem ⁊ q̄etis ad mobile. ſi
cut eīm intellectus eſt ſimplex ⁊ ſine diſcurſu. ratō aūt diſ
currēdo circa diuerſa vagat᷑. ita etiā ꝓuidentia ſimplex et
immobilis eſt. fatū aūt multiplex ⁊ variabile eſt. vnde nō
ſeq̄tur rō ¶ Ad ſextū dōm. ꝙ ꝓuidentia in deo ꝓprie nō Ad 6
nominat legē eternā. ſed aliq̄d ad legē eternā conſequens
lex eīm eterna eſt cōſideranda in deo ſicut accipiunt᷑ in no

bis principia opabiliū naturaliter nota ex qbꝫ ꝓcedimus
in cōſiliando ⁊ eligendo qḋ eſt prudētie ſiue prouidentie.
vñ hoc mō ſe hꝫ lex intellectus noſtri ad prudentiā. ſicut
principiū indemōſtrabile ad demōſtratōem. ⁊ ſilr etiam
in deo lex eterna nō eſt ipa ꝓudētia. ſed ꝓuidentie princi
piū. vñ cōuenienter legi eterne attribuit̄ actus ꝓuidentie
ſicut ⁊ oīs effectus demōſtratōis ꝑncipijs indemonſtra
Ad 7 bilibꝫ attribuit̄. ¶ Ad ſeptimū dḋm. ꝙ in diuinis attribu
tis inuenimus duplicē rōem cauſalitatis. vnā ꝑ viā exem
plaritatis. ſicut dicimus ꝙ a pmo viuo ꝓcedunt oīa viua
et hec rō cauſandi cōis eſt oibus attributis. Alia rō eſt
ſcḋm ꝙ ordīe ad obiectū attribuit. ꝓut dicim⁹ ꝙ potētia
eſt cauſa poſſibiliū ⁊ ſcia ſcitoꝝ. ⁊ ſcḋm hūc modū nō opor
tet ꝙ cauſatū habeat ſilitudīe cauſe. nō eñ q̄ per ſcientiā
facta ſunt oportet eſſe ſciam. ſed ſcita. et ꝓpter hūc modū ꝓ
uidentia dei cauſa oīm ponit̄. vñ q̄uis a ꝓuidentia ſit lex
naturalis intellectus noſtri nō ſeq̄tur ꝙ diuina ꝓuidētia
Ad 8 ſit lex eterna ¶ Ad. viij. dḋm. ꝙ rō illa in ſummo principe
cōſtituta nō dr̄ ꝓuidentia niſi adiuncto ordine ad finem
ad quē ꝑſupponitur volūtas finis. vnde licet eſſentialiter
ad cognitōem ꝑtineat. tñ voluntatē aliquo mō includit.
Ad 9 ¶ Ad nonū dḋm. ꝙ in reb⁹ p̄t conſiderari duplex ordo
vnus ſcḋm ꝙ egrediūt̄ a ꝑncipio. Alius ſcḋm ꝙ ordinant̄
ad finē. diſpoſitio g̃ ꝑtinet ad illū ordinē quo res ꝓgredi
untur a principio. dicuntur eñ aliqua diſponi ſcḋm ꝙ in di
uerſis gradibus collocant̄ a deo. ſicut artifex diuerſimode
collocat ꝑtes ſui artificij. vñ diſpoſitio ad artē ꝑtinere vi
detur. ſed ꝓuidentia importat illū ordinē qui eſt ad finē
et ſic ꝓuidentia differt ab arte diuina ⁊ diſpōne. quia ars
diuina dr̄ reſpectu productōnis reꝝ. ſed diſpoſitio reſpe
ctu ordinis productoꝝ. prouidētia etiā dr̄ ordinē in finē
ſꝫ quia ex fine artificij colligitur q̄cquid eſt in artificiato
ordo aūt ad finem eſt fini ꝓpinquior q̄ȝ ordo partiū ad in
uicem. ⁊ q̄dammō cauſa ei. et ideo prouidentia q̄dammō
eſt diſpōnis cauſa. ⁊ ꝓpter hoc actus diſpōnis frequenter
prouidētie attribuit̄. q̄uis ergo prouidētia nec ſit ars que
reſpicit productōem reꝝ. nec diſpoſitio que reſpicit ordi
Ad. j. nem reꝝ ad inuicē. non tamē ſeq̄tur ꝙ nō ꝑtineat ad pra
De volū eticam cognitionem
tate ¶ Ad primū ergo dḋm. qḋ de volūtate obijcit̄ ꝙ ꝑ tā
to Damaſce. dr̄ prouidentiā eſſe voluntatē. q̄ꝛ volūtatē
Ad 2 includit ⁊ ꝑſupponit. vt dcīm ē ¶ Ad. ij. dḋm. ꝙ ſcḋm phi
loſophū in ſexto ethi. nullus p̄t eſſe prouidēs niſi ꝟtutes
morales hēat ꝑ q̄s recte ſit diſpoſit⁹ circa fines. ſic null⁹
p̄t bñ demōſtrare niſi recte ſe habeat circa demōſtratōis
Ad 3 principia. ⁊ ꝓpter hoc etiā nullus dr̄ prouidus niſi habeat
voluntatē rectā non ꝙ prouidētia ſit in volūtate ¶ Ad
terciū dḋm. ꝙ deus dr̄ gubernare ꝑ bonitatē non ꝙ boni
tas ſit ipa prouidētia. ſed quia eſt prouidētie principiū cū
Ad 4 habeat rōnem finis. ⁊ etiā q̄ꝛ ita ſe habet diuina bonitas
ad ipm. ſicut moralis virtus ad nos. ¶ Ad quartū dicē
dum ꝙ diſponere q̄uis voluntatē ꝑſupponat. nō tamen
eſt actus volūtatis. quia ordinare quod eſt in diſpoſitiōe
intellect⁹ ſapientis eſt. vt dr̄ ꝑ ph̄us. ⁊ ideo diſpoſitio ⁊ pro
uidentia realiter ad cognitōem ꝑtinēt ¶ Ad quintū dicē
Ad 5 dum. ꝙ prouidentia compatur ad prouiſum. ſicut ſciētia
Ad 6 ad ſcitum. ⁊ non ſicut ſcientia ad ſcientem. vnde nō opor
Ad 7 tet ꝙ prouiſum inquantū prouiſum ſit ſapiens ſed ꝙ ſci
tum. ¶ Alia duo concedimus.

# Secūdo querit̄. vtrū

mūdus ꝓuidētia regat̄. Et videt̄ ꝙ nō. nullū .j.
eñ agēs ex neceſſitate nature agit ꝑ ꝓuidentiā. ſed deus
agit in res creatas neceſſitate nature. q̄ꝛ vt dr̄ Dyo. iiij.
ca. de di. no. diuina bonitas ſe creaturꝭ cōicat. ſicut noſter
ſol nō p̄eligens neqꝫ p̄cognoſcēs. ſed noſter ſol neceſſitate
nature radios ſuos in corꝑa diffundit. g̃ mundus a deo
nō regit̄ ꝓuidentia. ¶ Pre. Principiū multiforme redu 2
cit̄ ad ꝑncipiū vniforme. ſꝫ volūtas eſt ꝑncipiū multifor
me. quia ſe habꝫ ad oppoſita. ⁊ ꝑ ꝯñs etiā ꝓuidentia que
volūtatē ꝑſupponit. natura aūt eſt ꝑncipiū vniforme. q̄a
determinat̄ ad vnū genus. g̃ natura p̄cedit ꝓuidentiā. nō Solutio
igit̄ res naturales ꝓuidentia regunt̄ Sꝫ diceres ꝙ ꝑn
cipiū vniforme p̄cedit multiforme in eodē ⁊ nō in diuerſis
¶ Sed ꝯtra quāto aliqḋ ꝑncipiū maiorē hꝫ virtutē 3
cauſandi tāto eſt ꝑus. ſed quāto magis eſt vniforme ma
iorē hꝫ virtutē in cauſando. q̄ꝛ vt dr̄ in li° de cauſis. oīs
virtus vnita plus ē infinita q̄ȝ multiplicata. g̃ ſiue in eo
dē ſiue in diuerſis accipiat̄ vniforme ꝑncipiū p̄cedit mul
tiforme. ¶ Pre. Sꝫ[m] Boetiū in ſua aritmetica. oīs ineq̄ 4
litas ad eq̄litatē reducit̄ ⁊ multitudo ad vnitatē. g̃ ⁊ oīs
actio volūtatis q̄ multiplicitatē hꝫ ad actōnem nature q̄
ſimplex eſt ⁊ eq̄lis reduci hꝫ. ⁊ iō oportet ꝙ primū agēs ꝑ
eētiā ſuā ⁊ naturā agat ⁊ nō ꝑ ꝓuidētiā. ⁊ ſic idē qḋ p⁹
¶ Pre. Illud qḋ eſt de ſe terminatū ad vnum nō indiget 5
aliq̄ regēte. q̄ꝛ ad hoc reginē alicui adhibet̄ ne in ꝯtrariū
dilabat̄. res aūt naturales ꝑ ꝓpriā naturā ſunt determina
te ad vnū g̃ nō indigēt ꝓuidentia gubernāte. ¶ Sed di Solutio
ceres ꝙ ad hoc ꝓuidentie gubernatōe indigent vt cōſer
uent̄ in eſſe. Sed cōtra. illud in q̄ nō eſt potētia ad cor 6
ruptionē nō indiget exteriori cōſeruante. ſed q̄dam res ſūt
in q̄bus nō eſt potētia ad corruptionē neqꝫ ad generatio
nē. ſicut pꝫ in corporibꝫ celeſtibꝫ ⁊ ſubſtātijs ſpiritualibꝫ
que ſūt ꝑncipales ꝑtes mūdi. g̃ hmōi nō idigēt ꝓuidētia
ꝯſeruāte in eē. ¶ Pre. Principia q̄dā ſūt in reꝝ natura q̄ 7
neqꝫ etiā de⁹ p̄t mutare. ſicut ſꝫ ꝑu[m] ꝙ nō ē de eodē affir
mare ⁊ negare. ⁊ qḋ fuit nō p̄t nō fuiſſe. vt Aug⁹. dr̄ con
tra fauſtū. g̃ ad min⁹ hmōi ꝓuidētia gubnante ⁊ ꝯſeruā
te nō indiget ¶ Pre. Vt Damā. dr̄ in. ij. li. nō ꝯueniēs eſt 8
eē aliū reꝝ factorē ⁊ aliū ꝓuiſorē. ſed corꝑa non ſunt facta
a deo cū deus ſit ſpūs. nō eñ videt̄ ꝙ ſpūs poſſit ꝓduce
re aliqḋ corpus. ſicut nec corpus p̄t aliquē ſpūm ꝓducere
g̃ hmōi corꝑa ꝓuidētia diuina nō regunt̄ ¶ Pre. Guber 9
natio reꝝ ipam reꝝ diſtinctionē ꝓcemit. ſed rerū diſtictio
nō videt̄ eē a deo. q̄ꝛ ipe ſe hꝫ vniformiter ad oīa. vt dr̄ in
libro de cauſis. g̃ res nō gubernant̄ ꝑ diuinā prouidentiā
¶ Pre. Que ſunt in ſeipis ordinata nō oportet ab alio or 10
dinari. ſed res naturales ſunt hmōi. q̄a vt dr̄ in. ij. de aīa.
oim natura ꝯſtantiū terminus eſt ⁊ rō magnitudinis et
augmēti. g̃ res naturales nō ordinant̄ ꝑ diuinā ꝓuidētiā 11
¶ Pre. Si res naturales ordinant̄ ꝑ diuinā ꝓuidentiā
ex ordine reꝝ poterim⁹ diuinā ꝓuidentiā ꝑſcrutari. ſed ſi
cut dr̄ Damaſ. in. ij. li° oportet oīa admirari omīa laudare
oīa impꝑſcrutate acceptare q̄ ꝓuidentie ſunt. g̃ mūdus ꝓ
uidentia nō regit̄ ¶ Sed ꝯtra eſt qḋ Boetius dr̄. o q̄ Cōtra
ꝑpetua mundū rōe gubnas ¶ Pre. Quicūqꝫ hn̄t certū 2
ordinē oportet ꝙ aliq̄ ꝓuidentia regant̄. ſed res naturales
tenent certū ordinē in ſuis motibꝫ. g̃ ꝓuidentia regūtur.
¶ Pre. Ea q̄ ſunt diuerſa nō ꝯſequūtur in aliq̄ ꝯiūctōe 3
niſi ꝑ aliquā ꝓuidentiā gubernātem. Vñ etiā q̄dam phi

coacti ſunt ponere aĩam eſſe armoniã ꝓpter ↄſeruatiõem
ↄtrarioꝝ in corꝑe aĩalis. ſed in mũdo videmus ↄtraria
et diuerſa ad inuicem colligata ꝑmanere. ḡ mũdus ꝓui‐
4 dentia regit̃ ❡ Pre. Sicut dr̃ Boe. iiij. de ↄſola. fatũ ſin
gula in motu dirigit certis formis ac tꝑib⁹ diſtributa. et
ipa tꝑalis ordinis explicatio in diuine virtutis adunata
ꝓſpectu ꝓuidẽtia eſt. cũ ḡ videamus res eſſe diſtinctas
ſcḋm formas tꝑa ⁊ loca. neceſſe eſt ponere fatũ. ⁊ ſic ꝓuidẽ‐
tiam ❡ Pre. Om̃e illud qḋ ꝑ ſe nõ pt̃ ↄſeruari in eſſe in
5 diget aliquo gubernãte quo ↄſeruet̃. ſed res create ꝑ ſe in
eſſe ↄſeruari non pñt. q2 q̃ ex nihilo facta ſunt ꝑ ſe in nihil
tendũt. vt Dama. dr̃. ḡ optʒ eē ꝓuidẽtiã gubernãtẽ res
R̃ſio ❡ Reſpõſio dõm. q2 ꝓuidẽtia reſpicit ordinẽ ad finẽ Et
ideo q̃cũq3 cãm finalẽ negãt. optʒ q2 negẽt ꝑ ↄñs ꝓuidẽ‐
Opĩo falſa tiam. vt cõmen. dr̃ in. ij. phy. Negantiũ aũt cãm finalem
antiq̃⁹ duplex poſitio fuit Quidã eñ antiqſſimi pħi tm̃
poſuerũt cãm materialẽ. vñ cũ nõ ponerent cãm agentẽ
nec poterãt ponere finem q̃ nõ eſt cã niſi inq̃tum mo
uet agentem. Alij aũt poſteriores ponebãt cãm agentẽ
nihil dicentes de cã finali. ⁊ ſcḋm vtroſq3 om̃ia procede
bant de nc̃citate cauſaꝝ p̄cedentiũ vel materie vel agen‐
Reprobatõ tis Sʒ hec poſitio hoc mõ a pħis improbat̃. cauſa eñ
materialis ⁊ agens inq̃tum hm̃õi ſunt effectui cã eſſen‐
di. nõ aũt ſufficiũt ad cauſandũ bonitatem in effectu ſcḋm
quã ſit effectus ⁊ ↄueniens in ſeipo vt ꝑmanere poſſit et
alijs vt eis opitulet̃. Verbi grã. calor de ſui rõne inq̃tuʒ
de ſe eſt hʒ diſſoluere. diſſolutio aũt nõ eſt ↄueniens ⁊ bo
na niſi ſcḋm aliquem certũ terminũ ⁊ modũ. Vñ ſi nõ po‐
neremus aliã cãm p̄ter calorem ⁊ hm̃õi agentia in natu‐
ra nõ poſſemus aſſignare cãm quare res ↄueniẽter fiant
et bene. eſſe aũt qḋ nõ hʒ cãm determinatam caſu accidit
Vñ oporteret ſcḋm poſitõem p̄dictã vt omnes ↄuenien‐
tie ⁊ vtilitates que inueniũtur in rebꝰ eēnt caſuales Qḋ
etiã Empe. poſuit dicẽs caſu eueniſſe. vt ꝑ amicitiã hoc
mõ ↄgregent̃ ꝑtes aĩaliũ vt aĩal ſaluari poſſet ⁊ multoti‐
ens accidit. Hoc aũt nõ p̄t eẽ. ea eñ que caſu accidũt ꝓ‐
ueniũt in minori ꝑte. videmus aũt hm̃õi conueniẽtias ⁊
vtilitates in opibꝰ nature accidere aut in maiori ꝑte aut
ſemꝑ. vñ nõ p̄t eſſe q2 caſu accidãt. ⁊ ita oportet q2 ꝓcedant
ex intentõe finis. ſed id qḋ intellectu vel cognitõne caret
nõ p̄t directe in finẽ tendere niſi ꝑ aliquã cognitiõem p̄ſti
tuat̃ ei finis ⁊ dirigat̃ in ipſum. Vñ optʒ q2 cũ res natura
les cognitõe careãt. q2 p̄exiſtat aliquis intellect⁹ qui res
naturales in finẽ ordinet. ad modũ quo ſagittator dat ſa
gitte certũ motũ vt tendat ad determinatũ finẽ. Vñ ſi‐
cut ꝑcuſſio que fit ꝑ ſagittã nõ tm̃ dicit̃ opus ſagitte. ſed
proijcientis. ita etiã om̃e opus nature dr̃ a pħis opus in
telligentie. et ſic oportʒ q2 ꝑ ꝓuidentiam illius intellect⁹
qui predictũ ordinẽ nature indidit mũdus gubernetur.
Et ſimilat̃ ꝓuidentia illa qua deus mũdum gubernat ꝓ
uidentie yconomice. qua quis gubernat familiam ſuam.
vel politice qua quis gubernat ciuitatẽ aut regnũ. ꝑ quã
quidẽ aliquis actus alioꝝ ordinat in finem. nõ eñ p̄t eſſe
in deo ꝓuidentia reſpectu ſuijpſius. cũ quicquid eſt in eo.
eſt finis. nõ ad finem
Ad .j. ❡ Ad p̄mũ ḡ dõm. q2 ſilitudo Dyo. q̃tũ ad h̄ atten‐
dit̃. q2 ſicut ſol nullũ corp⁹ excludit inq̃tũ in ſe ẽ a ſui lumi
nis cõicatõe. ita etiã nec diua bonitas aliquã creaturã a
ſui ꝑticipatõe. nõ q̃tũ ad h̄ q2 ſine ↄgnitõe ⁊ electõe operet̃
Ad 2 ❡ Ad ſcḋm. q2 p̄ncipiũ aliqḋ p̄t dici multiforme dupl̃r.
vno⁰ q̃tũ ad. ipam eēntiã p̄ncipij inq̃tũ ſolet eſſe ↄpoſi‐
tũ. ⁊ ſic multiforme p̄ncipiũ oportet eē poſterius vniformi
Alio⁰ ſcḋm reſpectũ ad effectus vt dicat̃ illud p̄ncipiũ mul‐
tiforme quod ad multa ſe extendit. et ſic multiforme
eſt p̄us q̃ vniforme. quia quanto aliqḋ p̄ncipium eſt ſim‐
plici⁹ tãto ſe extẽdit ad plura. ⁊ ſcḋm hunc modũ volũtas Ad 3
dr̃ multiforme p̄ncipiũ. natura aũt vniforme ❡ Ad ter⁹
dõm. q2 rõ illa ꝓcedit de vnitate p̄ncipij ſcḋm ſuã eſſentiã
❡ Ad. iiij. dõm q2 deus ꝑ eēntiã ſuã eſt cã rerum. ⁊ ita ad Ad 4
aliqḋ ſimplex p̄ncipiũ reducit̃ oĩs rerũ pluralitas. ſed ſcia
ei⁹ nõ eſt cã reꝝ niſi ſcḋm q2 eſt ſcita. ⁊ ꝑ ↄñs ſcḋm q2 eſt volita
cõicari eēntiã creature ꝑ viã aſſimilatõis. vñ res ab eſſen
tia diuina ꝑ ordinẽ ſcĩe ⁊ volũtatis ꝓcedunt. ⁊ ita ꝑ ꝓui
dentiã. ❡ Ad. v. dõm. q2 illa determinatio q̃ res naturalis
terminat̃ ad vnũ ei eſt non ex ſeipa ſed ex alio. ⁊ iõ ipa de‐ Ad 5
terminatio ad effectũ ↄuenientẽ ꝓuidẽtiã demonſtrat. vt
dictũ eſt. ❡ Ad. vi. dõm q2 gñatio ⁊ corruptio pñt accipi
dupl̃r. vno⁰ ſcḋm q2 gñatio ⁊ corruptio ſtʒ ex ente ↄtrario Ad 6
ei in ens ↄtrariũ. ⁊ h̄ mõ potẽtia ad generatõeʒ ⁊ corru‐
ptionẽ ineſt alicui ſcḋm q2 ẽ ei⁹ materia in potẽtia ad ↄrias
formas. ⁊ h̄ mõ corꝑa celeſtia ⁊ ſubẽ ſpũales neq3 ad gña
tionẽ neq3 ad corruptõeʒ potẽtiã hñt Alio⁰ hec cõiter di
cunt̃ ꝑ q̃libet exitũ reꝝ in eẽ ⁊ ꝑ q̃libet trãſitũ ĩ nõeẽ. ⁊ ſic
etiã creatio ꝑ quã aliqd ex nihilo ad eẽ deducit̃ generatõ
dr̃. ⁊ ipſa rei annihilatio dr̃ corruptio. Dr̃ aũt aliqd habe‐
re potentiã ad generationẽ ꝑ hũc modũ. ꝑ hoc q2 eſt potẽ
tia in agẽte ad ipam ꝓductõem. ⁊ ſil̃r aliqd dr̃ habere po
tentiã ad corruptõem. q2 in agẽte eſt potẽtia vt deducat
illud in nõeſſe. ⁊ ſcḋm hoc oĩs creatura hʒ potentiã ad cor
ruptionẽ. cũcta eñ q̃ deus in eẽ ꝓduxit p̄t etiã reducere
in nõeſſe. vñ ad hoc q2 creatura eẽ ſubſiſtãt oportet q2 de⁹ ſꝑ
in eis eſſe operet̃. vt Aug⁹. dc ſup Geñ. ad lr̃ãm. nõ ꝑ mo
dũ q̃ domus fit ab artifice. cũ actõe ceſſante adhuc dom⁹
manet. ſʒ ꝑ modũ q̃ illuminatio aeris eſt a ſole. vñ ex h̄. ipo
q2 nõ p̄beret creature eẽ qḋ in eius volũtate eſt ↄſtitutũ
in nihilũ creatura redigeret̃ ❡ Ad. vij. dõm q2 neceſſitas
dictoꝝ p̄ncipioꝝ ↄſeq̃tur ꝓuidentiã diuinã ⁊ diſpõnem. Ad 7
ex hoc eñ q2 res ꝓducte ſtʒ in tali natura in q̃ hñt eſſe ter
minatũ ſunt diſtincte a ſuis negationibꝰ. ex q̃ diſtinctione
ſeq̃tur q2 affirmatio ⁊ negatio non ſunt ſil̃ natura. ⁊ ex h̄
eſt neceſſitas in oibꝰ alijs p̄ncipijs. vt dr̃ in. iiij. metapħ.
❡ Ad. viij. dõm. q2 effectus nõ p̄t eſſe p̄ſtantior cã. p̄t aũt
inueniri deficiẽtior q̃ cã. ⁊ q2 corpus naturaliter eſt infe‐ Ad 8
rius ſpũ. iõ corp⁹ nõ p̄t ꝓducere ſpũm ſʒ ecõuerſo. ❡ Ad Ad 9
ix. dõm. q2 deus ſcḋm h̄ dr̃ ſe habere ſimpl̃r ad res q2 in deo
nulla eſt diuerſitas. ⁊ tm̃ ipe eſt cã diuerſitatis reꝝ ſcḋm q2 ꝑ
ſciam rõnes diuerſaꝝ reꝝ penes ſe ↄtinet ❡ Ad. x. dõʒ. q2
ordo ille q̃ eſt in natura nõ eſt ei a ſe ſed ab alio. ⁊ iõ natu‐ Ad 10
ra indiget ꝓuidẽtia a q̃ talis ordo inſtituat̃ ❡ Ad. xi. dõʒ
q2 creature deficiũt a repñtatõe creatoꝛ. ⁊ iõ ꝑ creaturas Ad 11
nullo mõ ꝑfecte poſſumus deuenire in cognitionẽ creato‐
ris. ⁊ etiã ꝓpter imbecillitatẽ intellect⁹ nr̃i q̃ neq3 totuʒ h̄
de deo p̄t ex creaturis accipe qḋ creature manifeſtãt de
deo. ⁊ iõ ꝓhibemur ꝑſcrutari ea q̃ in deo ſtʒ. ne ſcʒ velim⁹
ad finẽ inq̃ſitõis ꝑuenire qḋ nomẽ ꝑſcrutatõis oſtẽdit. ſic
eñ nõ diceremꝰ de deo niſi q2 intellect⁹ noſter capere poſſʒ Nota
nõ aũt ꝓhibemur ſcrutari illa cũ modeſtia vt recognoſca
m⁹ nos inſufficiẽtes ad ꝑfectã ↄp̄henſionẽ. ⁊ ſic dr̃ Hil
la. q2 qui pie infinita ꝑſcrutatur. etſi nunq̃ ꝑueniat ſemꝑ
tamen proficiet ꝓdeundo

## Ertio queritur. vtꝝ
diuia ꝓuidẽtia ad corruptibilia ſe extẽdat. Et 1

videt̃ ꝙ nõ. cauſa eñi ⁊ effectus ſunt eiuſdẽ coordinatõis ſed creature corruptibiles ſunt cã culpe. vt pꝫ. q2 ſpecies mulieris eſt fomentũ ⁊ cã luxurie. ⁊ Sapi. xiiij. dꝛ ꝙ creature dei facte ſunt in muſcipulã pedibꝫ inſipientiũ. cũ ꝗ culpa ſit extra ordinẽ ꝓuidentie videt̃ ꝙ ordini ꝓuidẽtie corruptibilia nõ ſubdant̃ ¶ Pre. Nihil ꝓuiſum a ſapiẽ-
2 te eſt corruptiuũ effectus eius. q2 ſic cõtrariaret̃ ſapiẽs ſibijpſi eadẽ deſtruens ⁊ edificans. ſed in rebꝫ corruptibilibꝫ vna inuenit̃ ꝯtraria alteri ⁊ corruptiua ipſius. ergo nõ
3 ſunt ꝓuiſa a deo. ¶ Pre. Sicut dꝛ Damaſ. in ſcđo libro neceſſe eſt oĩa que ꝓuidentia fiũt ſm rõem rectã ⁊ optimã ⁊ deo decentiſſimã fieri. ⁊ ſic meli⁹ pt̃ fieri. ſꝫ corruptibilia pñt fieri meliora q2 incorruptibilia. ꝗ ꝓuidẽtia dei
4 ad corruptibilia ſe nõ extẽdit ¶ Pre. Oĩa corruptibilia de ſui natura corruptõeꝫ hñt. alr̃ nõ eſſet neceſſe oĩa corruptibilia corrũpi. ſed corruptio cũ ſit defectus non eſt prouiſa a deo. q2 nõ pt̃ eſſe cauſa alicui⁹ defectus. ꝗ creature corruptibiles nõ ſunt ꝓuiſe a deo ¶ Pre. Sicut dꝛ
5 Dyo. in iiij. ca. de di. no. ꝓuidentie non eſt naturã ꝑdere ſed ſaluare. ergo ꝓuidentie omnipotentis dei eſt res ꝑpetue ſaluare. ſed corruptibilia nõ ꝑpetue ſaluant̃. ergo nõ ſubiacent diuine prouidentie

Cõtra ¶ Sed cõtra eſt qđ dꝛ Sapi. xiiij. tue aũt pater gubernãs oĩa ꝓuidentia ¶ Pre. Sapiẽ. xij. dꝛ ꝙ ipſe eſt deus cui eſt cura de oĩbus. ergo tã corruptibilia ꝗ incorruptibilia eius ꝓuidẽtie ſunt. ¶ Pre. Sicut dꝛ Damaſcenus in ſcđo libro. eſt incõueniens aliũ eſſe factorẽ. aliũ prouiſorẽ. ſed deus eſt cauſa efficiens omniũ corruptibilium. ergo ⁊ eorum prouiſor

Rñ° ¶ Rñſio dicẽdũ. ꝙ ꝓuidentia diuina qua res gubernat eſt ſilis. vt dictũ eſt. ꝓuidentie qua paterfamilias gubernat domũ aut rex ciuitatẽ aut regnũ in qbus gubernatoribꝫ hoc eſt cõe ꝙ bonũ cõe eſt eminẽtius ꝗ bonũ ſingulare. ſicut bonũ gẽtis eſt eminẽtius ꝗ bonũ ciuitatis vl̃ familie vel ꝑſone. vt dꝛ in ꝑmo ethico. vñ ꝗlibet prouiſor plus attẽdit qđ cõitati cõueniat ſi ſapiẽter gubernat ꝗ qđ cõueniat vni tantũ. hoc aũt qdam nõ attendẽtes cõſiderãtes ꝙ in rebꝫ corruptibilibus aliqua q̃ poſſunt meliora eſſe ſm ſeipã cõſiderata. nõ attẽdentes ordinem vniuerſi ſm ꝙ optime collocatur vnũqđq; in ordine ſuo. dixerũt iſta corruptibilia nõ gubernari a deo. ſed ſolũ incorruptibilia. ex quoꝝ ꝑſona dꝛ Job. xxij. nubes latibulũ eius ſcꝫ dei. neq; noſtra conſiderat. ſed circa cardines celi ꝑambulat. hec autẽ corruptibilia poſuerũt vel oĩno abſq; omni gubernatõe agi vel a cõtrario ꝑncipio gubnari. Quã opinionẽ phs in. xij. metaph. reprobat ꝑ ſilitudinẽ exercitus in q̃ inuenimus duplicẽ ordinẽ. vnũ q̃ exercitus ptes ordinant̃ ad inuicẽ. aliũ q̃ ordinant̃ ad bonũ exterius. ſcꝫ ad bonũ ducis. ⁊ ordo ille q̃ ordinant̃ ptes exercitus ad inuicẽ eſt ꝓpter illũ ordinẽ q̃ totus exercitus ordinat̃ ad ducẽ vñ ſi nõ eſſet ordo ptiũ ad ducẽ nõ eſſet ordo ptiũ exercitus ad inuicẽ. Quãcũq; igit̃ inuenim⁹ multitudinẽ ordinatã ad inuicẽ opꝫ eã ordinari ad exterius ꝑncipiũ. partes aũt vniuerſi corruptibiles ⁊ incorruptibiles ſũt ad inuicẽ ordinate nõ ꝑ accñs ſꝫ ꝑ ſe. videm⁹ eñi ex corꝑibꝫ celeſtibꝫ vtilitates ꝓuenire in corꝑibꝫ corruptibilibꝫ. vt ſp̃ vel in maiori pte ſm eundẽ modũ. vñ opꝫ eẽ oĩa corruptibilia ⁊ incorruptibilia in vno ordine ꝓuidẽtie ꝑncipij exterius qđ eſt extra vniuerſum. vñ pħus ꝯcludit ꝙ neceſſe eſt ponere in vniuerſo vnũ dominatũ eſſe ⁊ nõ plures.

Nota ¶ Sciendũ tñ ꝙ aliqđ ꝓuideri dꝛ dupl'r. vno° ꝓpter ſe. alio° ꝓpter alia. ſicut in domo ꝓpter ſe ꝓuident̃ ea in qbꝫ eẽntialiter cõſiſtit bonũ domus. ſicut filij poſſeſſiones et hmõi. Alia ꝓuident̃ ad eoꝝ vtilitatẽ. vt vaſa aĩalia et hmõi. Et ſilr̃ in vniuerſo illa ꝓpter ſe ꝓuident̃ in qbꝫ eẽntialiter cõſiſtit ꝑfectio vniuerſi. ⁊ hec ꝑpetuitatẽ habent ſicut ⁊ vniuerſum ꝑpetuũ eſt. q̃ vero ꝑpetua nõ ſũt nõ ꝓuident̃ niſi ꝓpter aliud. ⁊ iõ ſube ſp̃ũales et corꝑa celeſtia que ſũt ꝑpetua ⁊ ſm ſpẽm ⁊ ſm indiuiduũ ſunt ꝓuiſa ꝓpter ſe in ſpẽ ⁊ in indiuiduo. ſed corruptibilia nõ poſſunt habere ꝑpetuitatẽ niſi in ſpẽ. vñ ſpẽs ipe ſunt ꝓuiſe ꝓpter ſe. ſꝫ indiuidua eaꝝ nõ ſũt ꝓuiſa niſi ꝓpter ꝑpetuũ eẽ ſpẽi cõſeruãduꝫ. ſm hoc ſaluat̃ opinio eoꝝ q̃ dicũt ꝙ ad hmõi corruptibilia nõ ſe extẽdit diuina ꝓuidẽtia niſi ſm ꝙ ꝑticipãt naturã ſpẽi. hoc eñi verũ eſt ſi intelligat̃ de ꝓuidentia qua aliqua ꝓpter ſe prouidentur. Ad. 1.

¶ Ad ꝑ^m^ dicẽ. ꝙ creature corruptibiles nõ ſunt ꝑ ſe cã culpe ſꝫ occaſio tñ ⁊ ꝑ accñs cã. cã autẽ ꝑ accñs ⁊ effectus nõ ſũt vnius ⁊ eiuſdẽ coordinatõis vel nõ opꝫ eſſe

¶ Ad. ij. dicẽ. ꝙ ſapiẽs ꝓuiſor non ſolũ attẽdit qđ expediat vni eoꝝ q̃ ſue ꝓuidẽtie ſubdunt̃. ſꝫ magis qđ ꝯpetat oĩbus. q̃uis aũt corruptio alicui⁹ rei in vniuerſo nõ ſit ei cõueniẽs. ꝯpetit tñ ꝑfectioni vniuerſi. q2 ꝑ cõtinuã generationẽ ⁊ corruptõem indiuiduoꝝ ꝯſeruat̃ eẽ ꝑpetuũ in ſpeciеbꝫ. in qbus ꝑ ſe ꝯſiſtit ꝑfectio vniuerſi Ad 2 Ad 3

¶ Ad terciũ dicẽ. ꝙ q̃uis res corruptibil' melior eſſet ſi incorruptibilitatẽ haberet. melius tñ eſt vniuerſum qđ ex corruptibilibus ⁊ incorruptibilibꝫ ꝯſtat ꝗ qđ ex incorruptibilibꝫ tantũ cõſtaret. q2 vtraq; natura bona eſt. ſ. corruptibil' et incorruptibilis. melius aũt eſt eẽ duo bona ꝗ vnũ tñ. neq; multitudo indiuiduorũ in vna natura poſſet diuerſitati equalere naturaliter. cũ bonũ nature qđ eſt cõicabile preemineat bono indiuidui qđ eſt ſingulare. Ad 4

¶ Ad. iiij. dicẽ ꝙ ſicut tenebre ſũt a ſole nõ ex hoc ꝙ aliqđ agat. ſed ex hoc ꝙ lumẽ nõ emittit. ita corruptio eſt a deo nõ q̃ſi aliqđ agẽte ſed nõ tribuente ꝑmanentiã ¶ Ad. v. dicẽ. ꝙ illa q̃ ꝓpter ſe ꝓuident̃ a deo ꝑpetuo manẽt. nõ autẽ hoc opꝫ de illis que ꝓpter ſe nõ ꝓuident̃. ſed opꝫ ea tantuꝫ manere quantũ neceſſariũ eſt his ꝓpter que ꝓuident̃. et ideo particularia quedã que nõ propter ſe ꝓuidentur vel non ſunt prouiſa corrumpunt̃. vt ex dictis patet Ad 5

# Quarto querit̃. vtrũ

oẽs motus ⁊ actões hoꝝ inferioꝝ corꝑoꝝ ſubdant̃ diuine ꝓuidẽtie. Et videt̃ ꝙ nõ. deus eñi nõ eſt ꝓuiſor eius cui⁹ nõ eſt actor. q2 nõ eſt ꝯueniẽs ponere aliũ ꝓuiſorẽ ⁊ aliũ ꝯditorẽ. vt Damaſ. dꝛ in. ij. li. ſed deus nõ ẽ actor mali. cũ oĩa inq̃ntũ ab eo ſũt bona ſũt. cũ ꝗ in actibꝫ et motibꝫ hoꝝ inferioꝝ multa mala accidãt. videt̃ ꝙ nõ oẽs mot⁹ hoꝝ inferioꝝ diuine ꝓuidẽtie ſubſint ¶ Pre. 1.
Cõtrarij mot⁹ nõ vident̃ eẽ ordinis vnius. ſꝫ in iſtis inferioribꝫ inueniunt̃ ꝯtrarij motus ⁊ ꝯrie actões. ꝗ impoſſibile eſt ꝙ oẽs cadãt ſub ordine ꝓuidẽtie ¶ Prete. Nihil 2
cadit ſub ꝓuidẽtia niſi qđ ordinat̃ in finẽ. ſꝫ malũ nõ ordinat̃ in finẽ. quinimo malũ eſt ꝑuatio ordinis. ꝗ malũ non cadit ſub ꝓuidẽtia. In his aũt inferioribꝫ multa mala accidũt ⁊c̃. ¶ Pre. Nõ eſt prudens qui ſuſtinet aliqđ ma- 3
lũ euenire in illis quoꝝ act⁹ ꝓuidẽtie eius ſubſunt ſi pñt ꝑcaueri vel impediri. ſed deus prudentiſſimus ⁊ potẽtiſſimus eſt. cum ergo multa mala eueniant in iſtis inferioribus videt̃ ꝙ ꝑticulares actus horũ inferioꝝ diuine prouidentie non ſubdant̃. 4

Solutio Sed diceres. ꝙ deus ideo permittit mala fieri. quia poteſt ex eis elicere bonũ

5 ¶ Sed cõtra. bonū eſt potentius ꝙ̄ maluꝫ. ergo bo/
nū magis pt elici ex bono ꝙ̄ ex malo. ergo nõ eſt neceſſe
6 ꝙ ꝑmittat mala fieri vt ex eo eliciat bonū ¶ Pre. Sicut
deus cõdidit oīa ꝑ ſuā bonitatē. ita etiā oīa ſua boni
tate gubernat. vt Boetius dı̄t in q̄rto de cõſo. ſed diuina
bonitas nõ ꝑmittit vt ab eo aliq̄d malū ꝓducat̄. ḡ diui/
na bonitas nõ ꝑmittit vel dimittit aliq̄d malū ſine proui/
7 dentie ſubeē ¶ Pre. Nullū ꝓuiſuꝫ ē caſuale. ſi igit̄ oēs mo
tus horum inferioꝝ eſſent ꝓuiſi nihil caſu accideret. ꝛ ita
oīa ex neceſſitate cõtingerent q̄d eſt impoſſibile ¶ Pre.
8 Si oīa ex neceſſitate materie cõtingerēt in iſtis inferio
ribus hec inferiora nõ regerent̄ prouidētia. vt Cõmē. dı̄t
ſcdo phiſi. ſed multa in iſtis inferioribꝫ accidūt ex neceſſi/
tate materie. ergo ad minus illa diuine prouidētie nõ ſub
dunt̄. ¶ Pre. Nullus prudens ꝑmittit bonū vt veniat
9 malū. ergo eadē rõne nullus prudens ꝑmittit maluꝫ vt
veniat bonū. ſed deus eſt prudens. ergo nõ ꝑmittit mala
fieri vt bona eueniant. ꝛ ita videt̄ ꝙ mala que fiūt in his
inferioribꝫ etiam nõ cadunt ſub ꝓuidentia conceſſionis.
10 ¶ Pre. Qd̄ eſt rep̄hēſibile in hoīe nullo mõ eſt deo at/
tribuenduꝫ. ſed hoc rep̄hendit̄ in homine vt faciat mala
ad bonū cõſequendū. Vñ pꝫ roma. tercio. ſicut blaſphe
mamur. ꝛ ſicut aiūt q̄daꝫ nos dicere faciamꝰ mala vt ve
niant bona. ergo deo nõ ꝯpetit vt ſub eius ꝓuidentia ca
dant mala vt bona ex eis eliciant̄ Pre. Si actus inferioꝝ
corpoꝝ diuine ꝓuidentie ſubderent̄. hoc mõ agerent ſm
ꝙ diuine iuſticie cõueniret. ꝛ hoc mõ non inueniunt̄ infe/
riora agere elementa. qꝛ ignis equaliter ꝯburit domū iu/
ſti hominis ꝛ iniuſti. ergo actus inferioꝝ corpoꝝ non ſub/
dunt̄ prouidētie diuine.

¶ Sed cõtra eſt q̄d dı̄ Math. x. ca. nõne duo paſſe/
Contra res aſſe veneūt ꝛ vnus ex eis nõ cadet ſup terrā ſine pa/
tre veſtro. vbi dı̄t gloſa. magna ē dei prouidētia quā neqꝫ
parua latent. ergo ꝛ minimi motus hoꝝ inferioꝝ ſubdū
2 tur diuine ꝓuidentie ¶ Pterea. Augꝰ. dı̄t tercio ſup geñ.
ad lrām. ſm diuinā prouidentiā videmus celeſtia ſupius
ordinari inferius terreſtria luminaria ſideraqꝫ fulgere dici
noctiſqꝫ vices agitari aquis terrā fundatā interlui atqꝫ
circūlui aereꝫ altius ſupfundi arbuſta ꝛ aīalia cõcipi na/
ſci creſcere ꝛ decreſcere occidere. et quicq̄d aliud in rebꝫ
inferiori naturaliqꝫ motu geritur. ḡ oēs motus inferio
rum corporum ſubdunt̄ diuine ꝓuidentie.

Rño. ¶ Rñ. dı̄m ꝙ cū idē ſit p̄mū p̄nꝰ reꝝ ꝛ vltimꝰ finis. eo
dē mõ aliq̄ ꝓgrediūt̄ a p̄o p̄nō ꝛ ordināt̄ in finē vltiꝰ In
ꝓgreſſu aūt reꝝ a p̄ncipio inuenimꝰ ꝙ ea q̄ ſunt ꝓpinqua
principio eſſe indeficiēs habēt. que vero diſtāt habēt eſſe
corruptibile. vt dı̄ in ſcdo de generatõe. vñ in ordine reꝝ
ad finem illa que ſunt ꝓpinquiſſima fini vltimo indeclina
biliter tenēt ordinem ad finē. que vero remota quādo/
qꝫ ab illo ordine declināt. Eadem aūt ſunt ꝓpinqua ꝛ re
mota diuerſimode. ſcꝫ reſpectu principij ꝛ finis. vñ incor/
ruptibilia. ſicut habēt eſſe indeficiens ita nunq̄ꝫ declinant
in ſuis actibꝫ ab ordine ad finem. ſicut ſunt corpa celeſtia
quoꝝ motus nunq̄ꝫ a curſu naturali exorbitāt. In corru
ptibilibꝫ aūt corporibꝫ multi motus fiunt p̄ter rectū ordi
nē ex defectu nature. vt phs in. xi. metaph. dı̄t ꝙ in ordine
vniuerſi ſubē incorpales ſimilant̄ liberis in domo q̄ ſemp
operant̄ ad bonū domus. ſed corruptibilia corpa ſeruis
et aīalibus in domo quoꝝ actiones frequēter exeunt ab
ordine gubernātis domū. ꝛ ꝓpter hoc etiam Auicēna dı̄t
ꝙ vltra orbē lune non eſt malū. ſed ſolū in his inferioribꝫ
neqꝫ tamē illi actus deficiētes a recto ordine in rebus in/
ferioribus oīno ſunt extra ordinem ꝓuidentie. Simi/
liter eñ aliq̄d ſubeſt ꝓuidentie dupliciter. vno mõ ſicut
ad quod aliq̄d ordinat̄. Alioꝰ ſicut aliq̄d quod ad alterū
ordinatur. In ordine aūt coꝝ que ſunt ad finem oīa in/
termedia ſunt finis ꝛ ad finem. vt dı̄ in ſecūdo phiſi. et in
q̄nto metaph. ꝛ iō q̄cq̄d ē in recto ordine ꝓuidētie cadit
ſub ꝓuidētia. nõ ſolū ſicut ordinatū ad aliud. ſꝫ ſic ad q̄d ali
q̄d ordinat̄. Sꝫ illud q̄d exit a recto ordīe cadit ſub ꝓuidē
tia ſolū ſm ꝙ ad aliud ordinat̄. nõ ſꝫ ꝙ aliq̄d ordinat̄ ad ipꝫ
ſicut actꝰ virtutis gn̄atiue q̄ hō generat hoīem ꝑfectū in na
tura ē ordinatꝰ a deo ad aliq̄d aliud. ſcꝫ ad formā hūanā.
et ad ipm ordinat̄ aliq̄d ſcꝫ vis generātis. ſꝫ actꝰ deficiēs
quo interdū monſtra generant̄ in natura. ordinat̄ quidē
a deo ad aliquā vtilitatem. ſed ad hoc nihil aliud ordina
tur. incidit eñ ex defectu alicuius cauſe. ꝛ reſpectu p̄mi
eſt ꝓuidentia approbatõis. reſpectu aūt ſecūdi eſt proui
dentia cõceſſionis. quos duos modos ꝓuidētie Damaſ
cenus ponit in ſecūdo libro. ¶ Sciēduꝫ tamē ꝙ q̄dam Nota
predictū modū ꝓuidentie retulerūt tm̄ ad ſpecies natura
liū rerū. nõ aūt ad ſingularia niſi inquantū ꝑticipāt in na/
tura cõmuni. qꝛ non ponebant deū cognoſcere ſingularia
dicebāt eñ ꝙ deus taliter naturā alicuius ſpeciei ordina
uit vt ex virtute que ſequitur ſpēm. talis actio ſequi debe
ret. ꝛ ſi aliquādo deficeret ꝙ hoc ad talem vtilitateꝫ or/
dinaret̄ ſicut corruptio vnius ordinat̄ ad generatõem al/
terius. non tamē hanc virtutē particularē ad hunc actuꝫ
particularē ordinauit. neqꝫ hunc particularē defectuꝫ ad
hanc particulareꝫ vtilitatem. Nos aūt deum ꝑfecte co/
gnoſcere oīa ꝑticularia dicimus. ꝛ ideo predictū proui
dentie ordinem in ſingularibus etiam inquantū ſingula
ria ſunt ponimus.

¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ ratio illa procedit de ꝓ/ Ad. 1.
uidentia approbationis. ſic eñ nihil ꝓuidetur a deo niſi
quod ab eo aliquo mõ fit. vnde malū quod non eſt a deo
non cadit ſub prouidētia approbatõis. ſꝫ cõceſſionis tm̄
¶ Ad. ij. dı̄cꝫ ꝙ q̄uis ꝯtrarij motꝰ nõ ſint vniꝰ ordīs ſpeal̄. Ad 2
ſꝫ tm̄ vniꝰ ordis gn̄alis. ſicut etiaꝫ diuerſi ordines diuer
ſoꝝ artificiatoꝝ ordinantur in vno ordine ciuitatis vniꝰ
¶ Ad terciū dı̄m ꝙ q̄uis malū ſm ꝙ exit ab agēte pro Ad 3
prie ſit inordinatū ex hoc ꝙ ꝑ ꝑuatõem ordinis definiat̄.
tm̄ nihil ꝓhibet q̄n a ſupiori agēte ordinet̄. ꝛ ſic ſub ꝓuidē
tia cadit ¶ Ad. iiij. dı̄m. ꝙ quilibet prudēs ſuſtinet aliq̄d Ad 4
ꝑuū malū ne impediat̄ magnū bonū. q̄dlibet aūt ꝑticula/
re bonū eſt ꝑuū reſpectu boni alicuiꝰ nature vlīs. nõ poſ
ſet aūt impediri malū q̄d ex aliq̄bꝫ rebꝫ ꝓuenit niſi natura
coꝝ tolleret̄ q̄ tal̄ eſt vt poſſit deficere vl̄ nõ deficere et q̄
alicui ꝑticulari nocumentū infert. ꝛ tm̄ in vniuerſo q̄ndā
pulcritudinē addit. ꝛ iō deus cū ſit prudētiſſimus ſua ꝓ
uidētia nõ ꝓuidet mala. ſꝫ ꝑmittit vnūq̄dqꝫ agere ſm ꝙ
natura eius req̄rit. vt eñ dı̄t Dyo. iiij. ca. de di. no. proui
dētie nõ eſt naturā ꝑdere ſed ſaluare ¶ Ad. v. dı̄m ꝙ ali Ad 5
q̄d bonū ē q̄uis ñ poſſit elici niſi ex aliq̄ malo. ſicut bonū
patientie nõ niſi ex malo ꝑſequutõis elicit̄. ꝛ bonū penitē
tie ex malo culpe. nec hoc impedit infirmitas mali reſpe/
ctu boni. qꝛ huiõi non eliciunt̄ ex malo quaſi ex cauſa ꝑ ſe
ſed ꝑ accidens et materialiter. ¶ Ad ſextū dı̄m ꝙ illud Ad 6
quod producitur oportet ꝙ ſm eſſe ſuū habeat formā ꝓ/
ducentis. qꝛ ꝓductio rei terminat̄ ad eſſe rei. vñ nõ pt eē
malū quod a bono actore productū eſt. ſed ꝓuidentia or
dinat in finem. ordo aūt in finem cõſeq̄tur ad eſſe rei. et iō
nõ eſt impoſſibile aliq̄d malū ordinari a bono in bonū. ſꝫ
impoſſibile eſt aliq̄d bonū a bono ordinari in malū. ſicut

cū bonitas ꝓducentis inducit formā bonitatis in ꝓdu
ctis. ita bonitas ꝓuidentis inducit ordinē ad bonū in ꝓ-
Ad 7 uiſis ¶ Ad ſeptimū dōm. ꝙ effectus accidētes in iſtis in
ferioꝛib⁹ poſſunt cōſiderari dupl'r. vno mō in oꝛdine ad
cauſas ꝓximas. ⁊ ſic multa a caſu eueniūt. Alio mō in oꝛ
dine ad primā cauſam. ⁊ ſic nihil a caſu accidit in mundo
nec tñ ſeqtur ꝙ oīa neceſſario eueniāt. q2 effectus non
ſequunt̄ in neceſſitate ⁊ cōtingentia cauſas ꝑmas ſ; ꝓxi-
Ad 8 mas ¶ Ad octauū dōm. ꝙ illa q̄ ex neceſſitate materie ꝓ
ueniunt cōſequunt̄ naturas oꝛdinatas in finē. ⁊ ſm hoc
ipſa ſub ꝓuidētia etiā cadere poſſunt qđ nō eſſet ſi oīa
Ad 9 ex neceſſitate materie cōtingerēt. ¶ Ad nonum dōm. ꝙ
malū eſt contrariū bono. nullū aūt cōtrariū ꝑ ſe inducit
in ſuū contrariū. ſed oē cōtrariū inducit ꝯtrariū ſibi ad
ſibi ſimile. ſicut calidū nō inducit rē aliquā in frigiditatē
niſi ꝑ accñs. ſed magis frigidū ꝑ calidū ad caliditatē redu
citur. ſimilit' ⁊ nullus bonus oꝛdinat aliqđ in malū ſ; po
Ad 10 tius oꝛdinat in bonū ¶ Ad. x. dōm. ꝙ facere malū vt ex
dictis patet nullo mō bonis ꝯpetit. vñ facere malū ꝓpter
bonū in hoīe repꝛehenſibile eſt. nec deo pt̄ attribui. ſ; oꝛ
dinare malū in bonū hoc nō cōtrariat̄ bonitati. ⁊ iō ꝑmit
tere malū ꝓpter aliqđ bonū inde eliciendū deo attribuit̄

# Quinto queritur. vtrū

1. humani actus ꝓuidentia regant̄. Et videt̄ ꝙ
non. quia vt dt̄ Damaſ. in ſcđo libro. que in nobis ſunt
non ꝓuidentie ſunt. ſed noſtri libe. arbi. ſed actus huma-
ni dicunt̄ qui ſunt in nobis. ergo ipſi nō cadunt ſub diui
2 na ꝓuidentia. ¶ Prete. Eoꝝ que ſub ꝓuidentia cadunt
quāto aliqua ſunt nobilioꝛa. tāto dignioꝛi mō ꝓuidentur
ſed homo eſt nobilioꝛ inſenſibilib⁹ creaturis que ſemꝑ cur-
ſum ſuū tenent nec excidunt a recto oꝛdine. niſi raro. ho-
minū aūt actus frequēter a recto oꝛdine deueniant. ergo hu
3. mani actus diuina ꝓuidentia non regūtur ¶ Pre. Ma
lum culpe eſt maxime odibile deo. ſed nullus prudens il-
lud qđ maxime ei diſplicet ꝑmittit propter aliquid aliud
quia ſic abſentia illius alterius ei diſpliceret. ergo cum deus
ꝑmittit in humanis actibus mala culpe accidere. videt̄
ꝙ humani actus ꝓuidentia eius nō regantur. ¶ Prete.
4. Illud qđ dimittitur ſibi nō gubernatur. ſed deus dimit-
tit hominē in manu cōſilij ſui. vt dt̄ eccleſiaſtici ſcđo. ergo hu
5. mani act⁹ ꝓuidentia nō regūtur ¶ Pre. Eccleſiaſtes ix.
dicit̄. vidi neq; velociū eſſe curſum neq; foꝛtiū bellum. ſed
tempus caſumq; in oībus. ⁊ loquitur de actibus huma
nis. ergo videt̄ ꝙ humani actus caſu agitentur ⁊ nō gu-
6 bernētur ꝓuidentia ¶ Pre. In his que ꝓuidentia regū
tur. diuerſa diuerſis attribuunt̄. ſed in reb⁹ humanis ea-
dem bonis ⁊ malis eueniunt Eccleſiaſtes nono. vniuer-
ſa eque veniunt iuſto ⁊ impio. bono ⁊ malo. ergo res hu-
mane prouidētia non reguntur

Cōtra ¶ Sed cōtra Math. x. dt̄. veſtri aūt capilli oēs nu
merati ſunt. ergo ⁊ minima in humanis actib⁹ diuina proui
dentia oꝛdinant̄ ¶ Pre. Punire ⁊ ꝑmiare ⁊ ꝑcepta dare
ſunt ꝓuidentie actus. q2 ꝑ huiōi quilibet ꝓuiſoꝛ ſuos ſub-
ditos gubernat. ſed deus hec oīa circa humanos actus
agit. ergo humani actus diuine ꝓuidētie ſubdūtur.

Rñ° ¶ Rñ°. dđm. ꝙ ſicut dictū eſt ꝙ quāto aliqđ eſt ꝓpin-
quius ꝑmo ꝑncipio tanto nobilius ſub oꝛdine ꝓuidentie
collocat̄. inter oīa vero alia ſpūales ſube magis primo
ꝑncipio appꝛopinquāt. vñ ⁊ eius imagine inſignite dicun
tur. ⁊ iō a diuina ꝓuidētia nō ſolū cōſequunt̄ ꝙ ſint ꝓuiſa
ſed etiā ꝙ ꝓuideant. ⁊ hec eſt cā quare ꝑdicte ſube habēt
ſuoꝝ actuū electionē. nō aūt cetere creature q̄ ſunt ꝓuiſe
7 minus q̄dam cognoſcit ꝯgnoſcẽdo eẽntiã ſuã ¶ Pre. Dyo. dr. vij. ca. de di. no. angelos ſcire decet eloquia ſacra. i. ea que ſꝫ in terra nõ ſm ſenſus ipa cognoſcẽtes. ſed ſm
8 propriã deiformis mẽtis virtutẽ ⁊ naturã. ergo videt̃ ꝙ cognoſcendo virtutẽ ⁊ naturã materialia cognoſcãt. ¶ Prete. Si ſpeculũ materiale cognoſceret ipm eſſꝫ ꝯgnoſceret res materiales p eẽntiã ſuã niſi a reb9 ſpẽs in ipm reſultarẽt. ſed in intellectu angeli nõ reſultãt ſpẽs a reb9 materialibus. vt pꝫ p Dyo. vij. ca. de di. no. ergo materialia cognoſcunt optet ꝙ p eẽntiã ſuã cognoſcãt cũ ſit quoddã ſpecu
9 lũ. vt pꝫ p Dyo. iiij. ca. de di. no. ¶ Pre. Potẽtia cognitiua in angelis eſt pfectioꝛ q̄ potẽtia naturalis reꝝ materialiũ. ſed multe potẽtie materialium poſſunt p ſeipas in ſua obiecta ſine hoc ꝙ aliquid eis ſupaddat̃. ergo multo fortius intellectus angelicus poterit ꝯgnoſcere res materia
10 les p eſſentiã ſuã ſine alia q̄libet ſpẽ ¶ Pre. Efficacioꝛ eſt angelus in cognoſcendo q̄ ignis in cõburendo. ſed ignis cõburit ſine hoc ꝙ aliqđ cõbuſtibile ſit in ipſo. ergo ⁊ angelus cognoſcit per ſeipſum ſine hoc ꝙ aliqua ſpecies cognoſcibilis ſit in ipſo

Cõtra ¶ Sed contra eſt qđ dr in li. de cauſis. ꝙ oĩs intelligentia eſt plena formis. ⁊ in eodẽ libro dr ꝙ forme ſunt in
2 ea p modũ intelligibilẽ. ergo p hmõi intelligit res et nõ p eſſentiã ſuam. ¶ Pre. Magis cõuenit eẽntia angeli cuȝ angelo q̄ cũ re materiali. ſed nõ pt angelus ex hoc ꝙ cognoſcit eſſentiã ſuam alios angelos cognoſcere. ergo nec co
3 gnoſcẽdo eſſentiã ſuam materialia cognoſcet ¶ Pre. Illud qđ eſt principiũ vnitatis nõ eſt pncipiũ diſtinctionis ſed eẽntia angeli eſt principiũ vnitatis ipius. qꝛ p eã angelus vnus eſt. ergo nõ poteſt eſſe principiũ diſtincte cognitio
4 nis de rebus. ¶ Pre. Nihil pter deũ eſt illud qđ habet. ſed angelus habet potentiã intellectiuã. ergo nõ eſt potentia intellectiua. ergo multo minus eſt illud quo intelligit. ergo nõ intelligit res p eſſenciam ſuam

Rn̄o. ¶ Rn̄ſio dđm. ꝙ omis cognitio eſt p aſſimilatõem. Similitudo aũt inter aliqua duo eſt ſm cõuenientiã forme. cũ aũt vnicas effectus vnitatẽ cauſe demõſtret. ⁊ ſic in genere cuiuſlibet forme ad vnũ primũ principiũ illius forme redire oportcat. Impoſſibile eſt aũt duo eſſe ad inuicẽ ſimilia niſi altero duoꝝ modoꝝ. vel ita ꝙ vnum ſit cauſa alterius. vel ita ꝙ ambo ab vna cauſa cauſent̃ que eandẽ formã vtriqȝ imprimat. ⁊ ſm hoc diuerſimode ponimus angelos materialia cognoſcere ab eo qđ phi poſuerũt. Nõ eñ nos ponimus angelos eſſe cauſas materialiũ rerũ. ſed deũ creatorẽ oĩm viſibiliũ ⁊ inuiſibiliũ. ⁊ ideo nõ pt in angelo eſſe ſilitudo materialiũ reꝝ. niſi ab eo qui eſt materialiũ reꝝ cauſa. oĩe aũt qđ a ſeipſo nõ habet aliqđ ſed ab altero eſt ei pter eſſentiã ſuã Et p hũc modũ ꝓbat Auicenna ꝙ eſſe cuiuſlibet rei pter primum ens eſt aliquid pter eſſentiã eius vel ipius. qꝛ oĩa ab alio eſſe habẽt. vñ oportet ꝙ ſimilitudines rerum materialiũ in angelo exiſtẽtes ſint aliud ab eſſentia ipſius impreſſe in ipſum a deo. rationes eñ rerum materialiũ in mente diuina exiſtẽtes ſunt quidẽ lux ⁊ vita. vita quidẽ ſunt inquantũ procedunt ad rerum ꝯſtitutionẽ in eſſe. ſicut forma artis procedit in artificiatum. lux vero ſunt inquantuȝ eedẽ impſſiones q̄ſdam efficiunt ſibi ſimiles in mentibus angeloꝝ. Philoſo
phi aũt poſuerũt rerum materialiũ eſſe angelos creato- Phoꝝ po
res. ⁊ tamẽ ſm eoꝝ poſitionẽ adhuc oportet ꝙ res materiales nõ p eſſentiã ſuam ſed p formas ſupadditas cognoſcãt. ſimilitudines eñ effectuũ nõ ſunt in cauſa niſi p modũ quo eſt in ea virtus ad producendũ effectũ. vt habetur in libro de cauſis, Intelligẽtia aũt nõ dat eſſe reb9 inferioꝛib9 niſi p virtutẽ diuinam que eſt in ipa. vnde hanc eius opationẽ dicit diuinã. ⁊ ſic hec virtus eſt ei. nõ autẽ ex principijs eſſentie ſue prodiens. ſed ab alio accepta. et ſic hmõi virtus eſt ei pter eẽntiam ſuam. vnde ⁊ ſimilitudines materialiũ rerũ ſi ponãtur eius effectus. erunt preter eẽntiã ipſius angeli. Et ſic pꝫ quocũqȝ mõ ponitur ꝙ angelus nõ cognoſcit res materiales p eẽntiam ſuam. ſed per earum formas apud ſe exiſtentes

¶ Ad primũ ergo dđm ꝙ exemplar ſi ꝓprie accipiat̃ im- Ad .1.
portat cauſalitatẽ reſpectu exemplatoꝝ. qꝛ exemplat eſt Exẽplar cauſ
ad cuius imitationẽ fit aliqđ. vñ ⁊ Dyo. ibidem ſenten- pit duplr.
tiam clemẽtis improbat volens exẽplaria rerum dici rõnes in deo exiſtentes. Si tamẽ exemplar large dicat̃ omne illud qđ ab alio aliquo mõ rẽpſentatur. ſic etiam angelorum eſſentie poſſunt dici exẽplaria materialiũ rerũ. ſed ſicut eſſentia diuina eſt propriũ exemplar vniuſcuiuſqȝ rei p rõnem ydealẽ eius quã habet apud ſe. ita eſſentia angeli eſt propria ſimilitudo rei materialis ſm formã quã habꝫ apud ſe. q̄uis forma illa nõ ſit idem ꝙ eſſentia ſicut erat
ydea in deo. ¶ Ad ſcđm dđm. ꝙ eſſentia diuina eſt infini- Ad 2
ta. vnde non determinatur ad aliquod genus. ſed colligit in ſe pfectiones omniũ generũ. vt dr Dyo. caplo vltimo de diui. no. ⁊ phus ⁊ cõmenta. eius in q̄nto metaph. ⁊ ita poteſt eſſe p ſeipam ꝓpria rerum omniũ ſimilitudo. et ſic p ipſam poſſunt oĩa pfecte cognoſci. eſſentia autem angeli pfecte determinata eſt ad aliquod genus. vnde non habet in ſe vñ ſit ſimilitudo materialiũ omniũ niſi aliquid ei
ſupadđatur quo res in ꝓpria natura ꝯgnoſcat ¶ Ad ter- Ad 3
tium dicenduȝ. ꝙ in intellectu agente non cognoſcuntur oĩa quaſi ſimilitudine ſufficiente ad omnia cognoſcendum. eo ꝙ non eſt actus omniũ formaꝝ intelligibiliuȝ in quantũ eſt hec vel illa forma. ſed inquantũ ſolum ſunt intelligibilia. ſed p intellectum agentem dicuntur cognoſci
oĩa. ſicut per principium cognitionis actiuũ. ¶ Ad qr- Ad 4
tum dicendũ. ꝙ angelus cognoſcit res non p ſpẽs pticulares neqȝ vniuerſales. eo modo quo forme vniuerſales ſunt que a ſenſibilib9 abſtrahunt̃. ſed ſunt vniuerſaliuȝ et particulariũ ſimilitudines. vt infra melius apparebit.
¶ Ad quintũ dđm ꝙ lux corꝑalis ſi ſeipſam cognoſceret Ad 5
nõ ꝓpter hoc omes colores determinare cognoſceret. ſed cognoſceret eos ſolum inquantũ ſunt viſibiles. alr oculus etiam videndo lucem omnes colores videret. quod
eſt manifeſte falſum. ¶ Ad ſextũ dđm. ꝙ intellectus an- Ad 6
geli quantũ ad hoc eſt medius inter intellectũ diuinũ et humanũ ꝙ res alias cognoſcit p formas eẽntie ſupadditas in quo deficit ab intellectu diuino. ſe aũt cognoſcit p
eſſentiã ſuam in quo excedit intellectuȝ humanũ. ¶ Ad Ad 7
ſeptimũ dđm. ꝙ auctoritas Dyo. nõ eſt intelligenda ita ꝙ virtus ⁊ natura angeli ſit mediũ quo angelus alia cognoſcit. ſed qꝛ modus ꝯgnitõis angelice ſeqtur ꝓprietatẽ nature ⁊ ꝟtutis ipius. nõ aũt ꝓprietatẽ nature reꝝ cognitaꝝ. qđ pꝫ ex hoc ꝙ immaterialia ꝯgſcit ⁊ ſenſibilia ſine ſenſu

Ad 8 ¶ Ad octauũ dõm ꝙ ſpeculũ materiale ſi ſeipm̃ cogno/
ſceret nullo mõ eſſentiã ſuaꝫ cognoſcẽdo cognoſceret res
alias niſi ꝗtenus cognoſceret formas reſultantes in ipſo
nec differt vtrũ forme ille eſſent accepte a reb⁹ vel natu/
Ad 9 raliter indite ¶ Ad nonũ dõm. ꝙ potẽtia cognitiua ange
li ordinat̃ ad nobiliorẽ actũ ꝙ̃ potẽtia natural̃ rei material̃
vñ ꝗ̃uis plurib⁹ adminiculis indigeat nihilominus pfe/
Ad 10 ctior ꝛ dignior remanet. ¶ Ad decimuꝫ dõm ꝙ cogno/
ſcens nõ ſe hꝫ ad cognoſcibile ſicut cõburens ad cõbuſti
bile. quoꝝ vnũ eſt agens ꝛ alterũ patiens. ſed cognoſcẽs
et cognoſcibile ſe habẽt vt vnũ principiũ cognitõis inq̃n/
tum ex cognoſcibili ꝛ cognoſcente fit aliquo mõ cognitio
vt ex dictis patet. Et ideo rõ nõ ſeq̃tur

## Vno querit̃. vtrum

forme p quas angeli cognoſcũt res materiales
1 ſint innate vel a reb⁹ accepte. Et videt̃ ꝙ nõ ſint innate
In hoc enĩ differt ſciã ſpeculatiua a practica ꝙ practica ẽ
ad res. ſpeculatiua eſt a reb⁹. ſed angeli nõ habent de reb⁹
materialib⁹ ſciam practicã cum non ſint eaꝝ factores. vt
Damã. dr̃. ſꝫ ſpeculatiuã tantũ. ergo ſciã eoꝝ eſt a rebus acce
2 pta ꝛ nõ p ſpẽs innatas ¶ Pre. Ad Ephe. iij. dr̃. vt inno/
teſcat principatib⁹ ꝛ poteſtatib⁹ p eccliam ꝛc̃. vñ accipit
Iheronim⁹ ꝙ angeli myſteriũ incarnatõis didicerũt ab
aplĩs. ſed ſciã que eſt p ſpẽs innatas nõ eſt ab alijs acqui/
3 ſita. ergo nõ eſt p ſpẽs innatas ſciã angeloꝝ ¶ Prete. Spẽs
innate angelis eq̃liter ſe habẽt ad pñtia ꝛ futura. ſciã aũt
angeloꝝ nõ ſe habet eq̃liter ad vtrũqꝫ cum ſciant pñtia.
ignorẽt aũt futura. ergo angeloꝝ ſciã nõ eſt p ſpẽs inna/
4 tas. ¶ Pre. Angeli materialiũ reꝝ cognitõem diſtinctã
habẽt. ſed cognitio diſtincta de reb⁹ haberi nõ pt̃ per hoc
qđ eſt diſtinctõis principiũ. cum ſit idẽ pncipiũ eſſendi ꝛ
cognoſcẽdi. principiũ aũt diſtinctõis reꝝ materialiũ ſunt
forme que ſunt in eis. ergo oportet ꝙ ſciã angeloꝝ de reb⁹ ma
5 terialib⁹ ſit p formas a reb⁹ acceptas. ¶ Pre. Ea q̃ ſunt
innata vel naturaliter inſunt. ſemp eodẽ mõ ſe habẽt. ſꝫ ſci
entia angeloꝝ nõ ſemp eodẽ mõ ſe hꝫ. quia nũc q̃dam ſci
unt que prius neſciuerũt. vñ ſm Dyo. a neſciẽtia aliq̃ eo/
6 rum purgant̃. ergo ſciã eoꝝ nõ eſt p formas inatas ¶ Pre.
Forme que ſunt in angelis ſunt vl̃es. ſed vl̃e nihil eſt aut
poſterius eſt. vt dr̃ in pmo de aĩa. ergo forme ille nihil
ſunt vl̃ ſunt reb⁹ poſteriores velut a reb⁹ accepte ¶ Pre.
7 Nihil cognoſcit̃ niſi ſm ꝙ eſt in cognoſcente. ſi ergo angelus
cognoſcit res materiales oportet ꝙ ipſe res materiales in
intellectu fiant p formas ab eis in intellectu angeli impꝛeſ/
8 ſas ¶ Prete. Lumẽ intelligibile in angelis eſt efficacius
ꝙ̃ lumẽ aĩe humane. ſed p lumẽ intellectus agẽtis in no/
bis abſtrahunt̃ ſpẽs a phantaſmatib⁹. ergo et multo magis
intellectus angeli pt̃ formas alias a reb⁹ ſenſibilibus ab/
9 ſtrahere. ¶ Pre. Quod pt̃ virtus inferior pt̃ ꝛ ſupior. ſꝫ
aĩa noſtra que eſt angelis inferior pt̃ ſeipam cõformare re
bus formando in ſe alias formas que neqꝫ ei innate ſunt
neqꝫ a reb⁹ accepte. ſicut cum imaginatio format phãtaſ/
ma montis aurei quẽ nunq̃ vidit. ergo multo fortius ange
lus pt̃ ad pſentiã rerum ſeipſum rebus cõformare. ꝛ hoc
mõ res cognoſcere. ꝛ ſic nõ oportet ꝙ p ſpẽs innatas res
materiales cognoſcat. ſed p eas quas facit apud ſe

Contra ¶ In cõtrariũ eſt qđ dr̃ Dyo. vij. ca. de di. no. ꝙ ange
li nõ colligũt cognitionẽ ex ſenſibilib⁹ aut ex reb⁹ diuiſibili
bus. ergo nõ cognoſcũt p formas a reb⁹ acceptas ¶ Prete.
Angeli magis excedũt omĩa ꝙ̃ corpa ſupiora excedũt in
feriora. ſed ſupiora ꝓpter ſui nobilitatẽ non recipiunt ali/
quã impreſſioneꝫ a corporib⁹ inferiorib⁹. ergo multo mi/
nus intellectus angelici aliquas formas a corporalibus
rebus recipiunt.

¶ Reſpõſio dõm ꝙ ſupponẽdo ꝙ angeli nõ cognoſcãt Rõ.
res materiales p ſuã eſſentiaꝫ. ſed p aliquas formas. De
formis illis eſt triplex opinio. Quidã enĩ dicũt ꝙ forme il Opinio
le p quas angeli cognoſcunt ſunt a reb⁹ materialib⁹ acce/ prima
pte Sed hoc eſſe nõ pt̃. Intellectus enĩ qui recipit for Repbat̃
mã aliquã a reb⁹ dupl̃r ſe habet ad res. vt agẽs ꝛ vt pa/
tiens. largo mõ actione ꝛ paſſione acceptis. forme enĩ que
ſunt in reb⁹ materialib⁹ vel in ſenſib⁹ vel in phãtaſia cũ nõ
ſint omnino a materia depurate non ſunt intelligibiles ac
tu ſed potẽtia tm̃. ꝛ ideo reqritur ꝙ p actõem intellectus
efficiant̃ actu intelligibiles. ꝛ hec eſt neceſſitas ponẽdi in
tellectũ agentẽ in nobis. Formis aũt intelligibilib⁹ factis
nondũ p eas res intelligeremus niſi forte ille noſtro in/
tellectui vnirent̃. vt ſic intelligens ꝛ intellectũ ſint vnum
et ita oportet ꝙ intellectus hmõi formas recipiat. ꝛ ſic a re
bus q̃dammõ patit̃. put ſcꝫ omẽ recipe pati quoddã eſt. ſi
cut aũt forma compat̃ ad materiã vt actus ad potẽtiã
ita agens ad patiẽs cũ vnũquodqꝫ agat inquantũ eſt ac/
tu. patiat̃ vero inquantũ eſt potẽtia. ꝛ qr actus ꝓprius ꝓ
priam potentiã reſpicit. ideo ꝛ ꝓprio agẽti rñdet determi
natũ patiens ꝛ econuerſo. ſicut ſe hꝫ de forma ꝛ materia.
vñ oportet ꝙ agens ꝛ patiẽs ſint eiuſdẽ generis cũ potẽtia
et actus vnũquodqꝫ genus entis diuidãt. nõ enĩ album
patit̃ a dulci niſi p accñs. ſed a nigro tm̃. res aũt materia/
les ꝛ intelligibiles ſunt omnino diuerſoruꝫ geneꝝ. ea enĩ q̃
nõ cõicant in materia nõ cõicant in genere. vt patꝫ p phm
q̃nto metaph. ꝛ in. x. vñ nõ pt̃ eſſe ꝙ res materialis imme
diate patiat̃ ab intellectu aut agat in ipm. ꝛ iõ in nobis ꝓ
uidit nature cõditor potentias ſenſitiuas in q̃bus forme
ſunt medio mõ inter modũ intellectualẽ ꝛ moduꝫ mate/
rialẽ. cõueniũt ſiq̃dem cũ formis intelligibilib⁹ inquantũ
ſunt forme ſine materia. cum materialib⁹ vero formis in
quantũ nõ ſunt a cõditionib⁹ materie denudate. ꝛ iõ po/
teſt eſſe actio ꝛ paſſio inter res materiales ꝛ potẽtias ſen
ſitiuas. ꝛ ſil̃r inter has ꝛ intellectuꝫ. vñ ſi angeli intellect⁹
a reb⁹ materialib⁹ formas aliquas acciperet oporteret ha/
bere angelũ potẽtias ſenſitiuas. ꝛ ita haberet naturaliter
corpus ſibi vnitũ. vñ eiuſdẽ ſentẽtie videt̃ angelos eſſe ani
malia. vt q̃dam platonici poſuerunt ꝛ a reb⁹ materialib⁹
formas accipe qđ auctoritati ſcrõꝝ ꝛ recte rõni repugnat

Et iõ dicunt alij ꝙ angelus nõ acq̃rit formas quibus
cognoſcat accipiendo a rebus. nec tm̃ intelligit p formas Secũda
innatas. ſed qr in potẽtia eius eſt cõformare eſſentiã ſuaꝫ opinio
cuilibet rei apud eius pñtiã. ꝛ ex tali cõformitate dicũt ſe/
q̃ rei cognitõem Sꝫ hoc iterũ nihil eſſe videt̃. nõ enĩ pt̃
aliq̃d alteri cõformari niſi ſm ꝙ forma eius apud ipſum Repbat̃
ſit Nec pt̃ dici ꝙ ipa eẽntia ãgeli ea faciẽte fiat forma rei
materialis. qr eẽntia eius eſt ſemp vnius rõnis Vñ opor
tet ꝙ illa forma qua ſe rei cõformat ſit addita eſſentie ꝛ q̃
fuerit pmo potẽtia in ipo angelo. nõ enĩ cõformaret ſe ni
ſi prius cõformabilis eſſet. nihil aũt reducit̃ de potẽtia in
actum niſi p illud qđ eſt actu. vñ oportet apud angelũ pre/
exiſtere formas aliq̃s ſm quas eſſet potẽs reducere de po
tentia cõformabilitatis in actum cõformatõnis. ſicut vi/
demus ꝙ imaginatio noſtra format nouã ſpẽm. vt mon
tis aurei ex ſpẽbus quas apud ſe pus habebat. ſcꝫ mõtis
et auri. Et ſil̃r intellectus ex formis gener̃ ꝛ drĩe format
definitõem ſpẽi. Vñ oportet redire in hoc ꝙ alique forme

p̄exiſtãt in angelo. ⁊ has opoꝛtȝ eſſe vel acceptas a re/
Tercia opi et vera bus vel innatas Et ideo dicendum videt᷑ ſm ꝙ tercia
opinio dicit que certioꝛ eſt ⁊ verioꝛ. ꝙ angeli res materi
ales per formas innatas cognoſcunt. ſicut eñ ex rationi/
bus eternis in mente diuina exiſtentib᷒ procedũt forme
materiales ad rerum ſubſiſtētiam. ita ꝓcedũt a deo foꝛ/
me omniũ rerum in mentes angelicas ad rerum cogniti
onem. vt ſic intellectus angeli noſtruȝ intellectũ excedat
ſicut res formata excedit materiam infoꝛmem. Vñ intel
lectus noſter ꝯparatur tabule in qua nihil eſt ſcriptũ. in
tellectus autem angeli tabule depicte vel ſpeculo in quo
rerum rõnes reſplendent

Ad .j. ¶ Ad primũ ergo dcm̃. ꝙ differentia illa ſpeculatiue
et practice ſcientie non eſt ꝑ ſe ſed ꝑ accidens. inq̃ꝫtũ ſcȝ
ſunt humane. homo eñ de reb᷒ quas ipſe nõ facit nõ ha/
bet cognitionem niſi ꝑ formas a reb᷒ acceptas. ſecus aũt
eſt de angelo qui habet a ſui creatione formas rerum ſibi
Ad 2 inditas ¶ Ad ſecũdũ dcm̃. ꝙ myſteriũ incarnationis ꝑ
mo eſt ſcitum ab angelis q̃ȝ ab hominib᷒. vnde ⁊ homĩes
de ipſo ꝑ angelos ſunt docti. vt dt̄ Dyo. iiij. ca. celeſt. hie/
rarchie. ipſi eñ incarnationis myſteriũ a mũdo abſconditũ
a ſeculis cognouerũt. ⁊ ꝑ angeloꝝ eccleſiam, que eſt in ce/
leſtib᷒ ꝓncipib᷒ ⁊ poteſtatib᷒ huius mũdi p̄dictum my/
ſterium innotuit. vt exponit Aug⁹. ca. v. ſuꝑ geneſ. ad
litterã. ⁊ qđ ibi dr̄ de eccleſia referendũ eſt ad angeloꝛum
eccleſiam. vt Aug⁹. exponit. v. ca. ſuꝑ geneſ. ad litteram
q̃uis Hieronimus ꝯtrariũ dicere videatur. ſed tamẽ
verba eius nõ ſunt hoc modo intelligēda. ꝙ angeli ab ho
minib᷒ ſcientiam acceperint. ſed ꝙ apoſtolis p̄dicantib᷒
res iam completas que fuerant ꝑus ꝑ ꝓphetas p̄di
cte angelicas plenius cognouerũt. ſicut plenius ſciũt p̄/
Ad 3 ſentia q̃ȝ futura. vt infra patebit ¶ Ad terciũ dcm̃. ꝙ an
geli q̃uis futura nõ cognoſcant. aliqua tamen dũ ſunt p̄
ſentia ſciũt. non tamẽ ſequitur hoc ꝙ ſpēs aliquas a reb᷒
accipiãt quas cognoſcant. cum eñ cognitio fit ꝑ aſſimi/
lationem cognoſcentis ad cognitũ. hoc mõ ꝯuenit nouã
cognitõem accipere. de aliquo quo mõ cõtingit de nouo
aliquid alicui aſſimilari. Quod quidem cõtingit dupli
citer. vno mõ ꝑ motum ſuũ. alio mõ ꝑ motuȝ alterius ad
formam quam ipſe iam habet Et ſimiliter aliquis incipit
de nouo aliquid cognoſcere. vno mõ ꝑ hoc ꝙ cognoſcēs
de nouo accipit formã cogniti. ſicut in nobis accidit Alio
mõ ꝑ hoc ꝙ cognitum de nouo ꝑuenit ad formã que eſt
in cognoſcente. et hoc mõ angeli de nouo cognoſcunt p̄/
ſentia que ꝑus fuerãt futura. vt puta ſi aliquid nondum
erat. homini eñ aſſimilat᷑ intellectus angelicus ꝑ formã
hominis quam habet apud ſe. ſed cum incipit eſſe homo
ſm eandem formaȝ intellectus angelicus incipit ſibi aſ/
ſimilari ſine aliqua mutatõe facta circa ipſum ¶ Ad. iiij.
Ad 4 dcm̃. ꝙ ſicut in intellectu nõ eſt ipſa forma qua res exiſtit
ſed ſimilitudo eius. ita diſtincta cognitio aliquarũ reruȝ
nõ requirit vt apud cognoſcentem ſint ipſa diſtinctionis
ꝓncipia. ſed ſufficit ꝙ apud ipſum ſint coꝝ ſimilitudines
neq; differt vndecũq; ille ſimilitudines accipiant᷑ q̃ꝫtum
ad cognitõem diſtinctam. ¶ Ad. v. dcm̃. ꝙ intellect⁹ an
Ad 5 geli ſine hoc ꝙ acquirit nouas formas intelligibiles po/
teſt aliquid de nouo intelligere dupliciter. Vno mõ per
h̄ ꝙ aliqđ de nouo aſſimilat᷑ ill' formis. vt iaȝ dictũ eſt. Alio
mõ ꝑ h̄ ꝙ intellect⁹ cõfoꝛtatur aliquo foꝛtioꝛi lumine ad
plures cognitões ex eiſdem formis eliciendas. ſicut ex eiſ
dem formis in phantaſia exiſtentib᷒ ſuꝑueniente lumine
ꝓphetie aliqua cognitio accipit᷑ que accipi nõ poterit per
lumen naturale intellectus agentis ¶ Ad ſextum dcm̃
ꝙ verbũ ph̄i eſt intelligendũ de vniuerſali ſm ꝙ eſt in cõ Ad 6
prehenſione noſtra qua cõprehendimus res naturales.
hoc eñ eſt a reb᷒ naturalib᷒ acceptũ. ſed etiam vniuerſa/
le qđ eſt in noſtra comprehenſione exiſtens reſpectu arti/
ficialiũ non eſt poſterius ſed ꝑus. qꝛ ꝑ formas artis vni/
uerſales apud nos exiſtentes artificiata ꝓducimus. ⁊ ſi/
militer ꝑ rõnes eternas deus ꝓducit creaturas a quib᷒
effluũt forme in intellectu angelico. vnde nõ ſequit᷑ ꝙ for
me intellect⁹ angelici ſint poſterioꝛes reb᷒. ſed ꝙ ſint po/
ſterioꝛes rõnib᷒ eternis ¶ Ad ſeptimũ dcm̃. ꝙ cognitũ Ad 7
eſt in cognoſcente ſimiliter. ſiue cogniti forma in cognoſcē
te exiſtens ſit a cognito accepta ſiue nõ. ⁊ ideo rõ non eſt
ad ꝓpoſitum ¶ Ad octauũ dcm̃. ꝙ nõ eſt ꝓpoꝛtio inter Ad 8
lumen intellectus agentis ⁊ res ſenſibiles. vt per lumen
p̄dictum efficiantur actu intelligibiles. vt ex dictis patȝ
et ideo rõ non ſequit᷑ ¶ Ad nonũ dcm̃. ꝙ anima non for Ad 9
mat in ſeipſa aliquas formas. niſi aliquib᷒ formis p̄ſuppoſi
tis in ipſa. ⁊ ideo vt ex dictis pȝ nõ cogit rõ.

# Decimo queritur. vtrũ

angeli ſuperioꝛes habeant cognitõem ꝑ formas
magis vniuerſales q̃ȝ inferioꝛes Et videt᷑ ꝙ non. ſupe 1.
rioꝛum eñ angeloꝝ perfectioꝛ cognitio eſt q̃ȝ inferioꝛum.
ſed qđ cognoſcitur in vniuerſali imꝑfectius cognoſcitur
q̃ȝ qđ in particulari. ergo ſuperioꝛes angeli nõ cognoſcũt
ꝑ formas magis vniuerſales ¶ Pꝛe. Si cognitio ſupe 2
rioꝝ eſſet vniuerſalioꝛ q̃ȝ inferioꝛum. aut hoc eſſet q̃ꝫtum
ad cognitionem. aut q̃ꝫtum ad operationem. non q̃ꝫtum
ad operatõem. qꝛ nõ ſunt operatoꝛes rerum. vt Dama.
dicit. nec q̃ꝫtum ad cognitõem. quia omñes cognoſcũt res
materiales tam ſuperioꝛes q̃ȝ inferioꝛes. ergo ſuperioꝛuȝ
angeloꝛũ cognitio nõ eſt magis vniuerſalis ¶ Pꝛe. Si 3
omĩa que cognoſcũt inferioꝛes angeli etiaȝ ſuperioꝛes co
gnoſcãt. ⁊ tamẽ per formas magis vniuerſales. oporteret ꝙ
forma que eſt in intellectu ſuperioꝛis ad plura ſe extēdat
ſed idem nõ poteſt eſſe ꝓpꝛia rõ plurium. ergo angeli ſupe
rioꝛes nõ cognoſcunt res in ꝓpꝛia natura. ⁊ ſic imꝑfectius
cognoſcent q̃ȝ inferioꝛes. qđ eſt abſurdũ ¶ Pꝛe. Cogni 4.
tio angeloꝝ eſt ſm virtutem ⁊ naturam cognoſcentis. vt
Dyoni. dt̄. vij. ca. de diui. no. ſed natura ſuperioꝛis ange/
li eſt magis actualis q̃ȝ natura inferioꝛis. ḡ ſimiliter co/
gnitio. ſed cognitio vniuerſalis eſt in potentia. cognitio
vero in particulari eſt actu. ergo ſuperioꝛes angeli cogno
ſcũt res ꝑ formas minus vniuerſales

¶ In ꝯtrarium eſt qđ dt̄ Dyoniſ. xv. capl'o celeſtis Cõtra
hierar. vbi dicit ꝙ ſuperioꝛes angeli. vt cherubim habent
ſcientiã altioꝛem ⁊ vniuerſalioꝛē. inferioꝛes aũt habēt par
ticularem ⁊ ſubiectam ſcientiam ¶ Pꝛe. In libro de cau
ſis dicitur. ꝙ intelligentie ſuperioꝛes ꝯtinēt formas ma
gis vniuerſales ¶ Pꝛe. Superioꝛes angeli ſunt ſimplici
oꝛes q̃ȝ inferioꝛes. ḡ ⁊ forme ſunt in eis ſimplicioꝛes. er/
go ⁊ magis vniuerſalioꝛes. qꝛ quod eſt vniuerſalius eſt
ſimplicius.

¶ Reſpõſio dcm̃. ꝙ potentia que ad multa ſe habet Rᵒ
determinatur ad vnũ per actum. vnde forma ⁊ actus in
ueniuntur eſſe principium vnionis. ſed potentia inuenit᷑ eſſe
ꝓncipiũm multitudinis ⁊ diuiſionis. ⁊ qꝛ efficacia rei in
operando eſt ex hoc ꝙ eſt in actu. inde eſt ꝙ omĩs virtus
quãto eſt magis vnita tanto eſt efficacioꝛ ad operanduȝ
et ideo quãto aliqua virtus eſt altioꝛ. tanto inuenitur ex

paucioꝛib⁹ operari. que tamen ad plura ſe extendit. ⁊ hoc
videmus ꝯmuniter in operatiuis ⁊ cognitiuis virtutib⁹
nā ars eīn architectonica. vtpote edificialis. p vnam formā
dirigitur in omnib⁹ que ad artem ſuam ſpectant. in quib⁹
tamen inferiores artifices. vtpote cementarij ⁊ inſciſores
lignoꝝ. ⁊ alia hmōi per diuerſa artificia dirigūt. Simili/
ter etiam in cognitiuis aliquis qui eſt eleuatioꝛis intelle/
ctus ex paucis pꝛincipijs penes ſe retentis habet in pꝛom
ptu pcedere ad varias ꝯcluſiones. ad quas puenire non
poſſunt qui ſunt hebetioꝛis ingenij. niſi per varias indu/
ctiones ⁊ per pꝛincipia particulariter coaptata ꝯcluſioni/
bus. Cū enim in deo ſit pfectiſſima virt⁹ ⁊ puritas. act⁹
ipſe p vnum qḋ eſt eſſentia ſua oīa operatur ⁊ oīa co/
gnoſcit efficaciſſime. ab ipſa aūt effluūt rōnes rerum intel
ligibilium in angelis. vt ex dictis patꝫ. non quidē ad cau
ſandū res. ſed ad cognoſcendū. vnde quāto in angelo fue/
rit plus de actu ⁊ minus de potentia. tāto emanatio hu
iuſmodi rationum minus in ipſo multiplicatur ⁊ virtus
ipſius cognitiua erit efficacioꝛ. et ſcḋm hoc ſuperioꝛes
angeli cognoſcunt res per formas magis vniuerſales q̄
inferioꝛes

Ad .j. ¶ Ad pꝛimum ergo dōm. ꝙ cognoſcere aliquid in vni
uerſali poteſt intelligi dupliciter. Uno mō vt referatᷣ ad
cognitionem ex parte cogniti. ⁊ ſic cognoſcere aliquid in
vniuerſali eſt cognoſcere naturā vniuerſalē cogniti. ⁊ ſic
ꝓpoſitio veritatem habet. q2 quando cognoſcitur de aliq̄
natura vniuerſalis tm̄. imperfectius cognoſcitur q̄ ſi co/
gnoſcātur cum hoc ꝓpꝛia ipſius. Alio modo vt referatur
ad cognitionē ex parte eius quo cognoſcat. ⁊ ſic cogno
ſcere aliquid in vniuerſali. id eſt per mediū vniuerſale eſt
perfectius. dūmodo cognitio vſqꝫ ad ꝓpꝛia deducatur

Ad 2 ¶ Ad ſecūdū dōm. ꝙ dicūtur eſſe forme magis vniuer/
ſales. q̄tum ad cognitionem. non q2 plurium rerum co/
gnitionem cauſent. ſed quia per paucioꝛes formas ad ea
dem cognoſcenda ſuperioꝛ angelus perficitur etiā ad p/
fectius cognoſcendum. vtpote ſi ſuperioꝛ angelus p for/
mam vnam animalis omnes ſpecies animalium cogno/
ſcat. inferioꝛ autem non. niſi per multas ſpēs. ⁊ preter hoc
ſuperioꝛ angelus plures rōnes intelligibiles ex eiſdē re
bus cognoſcat

Ad 3 ¶ Ad tercium dōm. ꝙ illud quod vnum
eſt non poteſt eſſe ꝓpꝛia ratio plurium ſi ſit eis adequatū
ſed ſi ſit ſuperexcedens poteſt eſſe ꝓpꝛia ratio plurium. q2 cō
tinet in ſe vniformiter pꝛopꝛia vtriuſqꝫ que in eis diuiſim
inueniūtur. et hoc modo eſſentia diuina eſt ratio pꝛopꝛia
rerum omnium. quia in ipſa vniformiter pꝛeexiſtit quic/
quid diuiſim in omnib⁹ creaturis inuenitur. vt dīt Dyo
niſius. Et ſimiliter cum forme intellectus angelici ſint ex
cellentioꝛes reb⁹ ipſis. vtpote diuine eſſentie ꝓpinquioꝛes
non eſt inconueniens ſi vna forma intellectus angelici ſit
ꝓpꝛia rō plurium ſcḋm diuerſas eius habitudines ad diuer
ſas res ex quib⁹ habitudinib⁹ exurgit pluralitas ydeaꝝ.
Sed forme intellectus nr̄i accipiūtur ex reb⁹. vn̄ nō ſunt
ſuperexcellētes reb⁹ ipſis. ſed q̄ſi adequate q̄tum ad repꝛe
ſentationem. licet ſint excedentes q̄tum ad modū eſſen
di inq̄tum habēt immateriale eſſe. vnde forma intellectus
noſtri non poteſt eſſe ꝓpꝛia rō plurium

Ad 4 ¶ Ad quartū di
cendū ſicut ad pꝛimum

# Ad decimo queritur.

Utrum angelus cognoſcat ſingularia. Et
.j. videtur ꝙ nō. q2 vt dicit Boetius. vniuerſale eſt qḋ in/
telligitur. ſingulare qḋ ſentitur. ſed angelus non cogno/
ſcit niſi per intellectum. ergo nō cognoſcat ſingularia.
Sed diceres. ꝙ autoꝛitas debꝫ īntelligi de intellectu nr̄o
nō aūt de angelico ¶ Sed ꝯtra intellectui noſtro nō con
uenit intelligere materialia vel ſingularia rōne ſue mate/ 2
rialitatis. vnde cognitiue potentie materiales in nobis
exiſtentes ſingularia cognoſcūt, vt ſenſus ⁊ imaginatio.
ſed intellectus angeli eſt immaterialioꝛ q̄ human⁹. ergo
nō cognoſcit ſingularia ¶ Pꝛe. Oīs cognitio eſt p aſ/
ſimilationem cognoſcentis ad cognitum. ſed intellectus 3
angeli nō poteſt aſſimulari ſingulari inq̄tum eſt ſingula/
re. q2 ſingulare eſt ſingulare p materiam. Intellectus an
geli eſt omnino ſeparatus a materia ⁊ ꝯditōib⁹ materie
ergo intellectus angeli nō cognoſcat ſingularia in ſingula
ritate ¶ Pꝛe. Idem eſt pꝛincipiū eſſendi ⁊ cognoſcendi
ſcḋm phm. ſed forma indiuiduata eſt pꝛincipiū eſſendi ſin/ 4
gulari. ergo ipſa eſt pꝛincipium cognoſcendi ſingulare. ſꝫ
intellectus angelicus accipit ſine materia ⁊ cōditionib⁹
materie. ex quib⁹ forme indiuiduantur. ergo accipit vni/
uerſale tm̄ ⁊ nō ſingulare ¶ Pꝛe. Omne qḋ eſt in altero
eſt in eo p modum recipientis. ſed intellectus angeli eſt 5
ſimplex ⁊ immaterialis. ergo ſimilitudines particulariū
in eius intellectu exiſtentes ſunt in eo immaterialiter ⁊ ſim
pliciter. ⁊ ſic vniuerſaliter. ⁊ ita p eas ſingularia nō cogno
ſcit ¶ Pꝛe. Diuerſa nō per idem medium ꝓpꝛie cogno/
ſcūtur ſed per aliud ⁊ aliud. q2 aliquoꝝ cognitio per me 6
dium ꝯmune eſt eorum inq̄tum ſunt vnum. ſed quelibet
forma a materia abſtracta ꝯmunis eſt multis particula
rib⁹. ergo nō poteſt eſſe ꝙ p eam diuerſa particularia in ꝓ
pꝛia natura ꝓpꝛie cognoſcātur. ſed in intellectu angeli nō
eſt aliqua forma niſi immaterialis. ergo nullo mō p̄t co/
gnoſcere ſingularia. ¶ Pꝛe. Uniuerſale ꝯtra ſingulare 7
diuidiᷣ p hoc ꝙ vniuerſale eſt in intellectu. ſingulare ex/
tra intellectū. ſed vniuerſale nunq̄ eſt extra intellectū. er
go nec ſingulare vnq̄ eſt in intellectu. ⁊ ſic nō poteſt p in 8
tellectum cognoſci ¶ Pꝛe. Nulla potentia extendiᷣ vl/
tra ſuū obiectum. ſed q̄dditas depurata a materia eſt ob
iectum intellectus. vt dr̄ in. iij. de anima. ergo cū eſſentia
ſingularis ſit ꝯcreta cum materia ſenſibili. nō poteſt p in/
tellectum cognoſci ¶ Pꝛe. Qḋ p certitudinem cogno/ 9
ſcitur nō poteſt aliter ſe habere. q2 intellectus eſt ſimplici
ter pꝛ̄ſentium ⁊ abſentiū. de his aūt que poſſunt aliter ſe
habere nō eſt certitudo. cū fiant abſentia. vt dr̄ in. vij. me
taph. ergo ſingularia poſſunt aliter ſe habere. cū ſint mo/
tui ⁊ variationi ſubiecta. ergo nō poſſunt p intellectū co 10
gnoſci. ⁊ ſic idem qḋ pꝛius ¶ Pꝛe. Forma intellectus eſt
ſimplicioꝛ intellectu ſicut pfectio pfectibili. ſed intellect⁹
angeli eſt immaterialis. ergo ⁊ forme ipſius ſunt immateria/
les. ſed forme nō ſunt indiuidue niſi ſint materiales. er/
go forme ille ſunt vniuerſales. ⁊ ita nō ſunt pꝛincipium co/
gnoſcendi particulare ¶ Pꝛe. Menſura que eſt pꝛincipi/ 11
um cognoſcendi menſuratū debet eſſe omogenia menſura
to. vt dr̄ in. x. metaph. ergo et ſpēs que eſt pꝛincipiū cogno
ſcendi debet eſſe omogenia rei que p ipſam cognoſciᷣ. ſꝫ foꝛ
ma intellectus angelici nō eſt omogenia ſingulari. cū ſit
immaterialis. ergo p eam angelus non p̄t ſingularia co/
gnoſcere ¶ Pꝛe. Poteſtas gloꝛie excedit poteſtatē natu 12
re. ſꝫ cognitio intellectus humani gloꝛificati excedit co/
gnitōem angeli naturalem. ſed intellectus hōis gloꝛifi/
cati non cognoſcit ſingularia que hic ſunt. q2 vt dīt Aug⁹
in libro de cura pꝛo moꝛtuis agenda. neſciūt moꝛtui etiā
ſancti qd agant viui etiā coꝝ filij. ſꝫ nec angeli ſingu/

laria cognoſcũt cognitõe naturali. ¶ Preterea. Si angelus
ſingularia cognoſcit, aut hoc eſt ꝑ ſpẽs ſingulares aut vni-
uerſales. ſed nõ ꝑ ſingulares. quia opteret ꝙ tot apud ipm
eſſent ſpẽs quot ſingularia. ſingularia aũt ſunt in potẽtia
infinita. qđ ꝑcipue appareret ſi ponatur ꝙ mũdus in poſteruȝ
non deficiat ab hoc ſtatu. qđ ꝯſtat deo eſſe poſſibile. ꝛ ſic
eſſent infinite forme intellectus i intellectu angeli. qđ eſt
impoſſibile ſimpliciter. Nec ꝑ vniuerſales. quia ſic nõ habe-
ret diſtinctam cognitõnem de ſingularibꝫ. ꝛ hoc eſſet co-
gnoſcere ſingularia impfecte. qđ nõ eſt angelis attribuen-
dum. ergo nullo mõ angeli ſingularia cognoſcũt.

Cõtra ¶ Sed contra. Nullus cuſtodit illud qđ ignorat. ſȝ an-
geli cuſtodiũt ſingulares hoĩes. vt patȝ in pſ. angelis ſu-
is mãdauit ꝛc. ergo ipſi cognoſcũt ſingularia ¶ Preterea.
Amor nõ eſt niſi cogniti. vt patȝ in libro de trini. per Au-
guſtinũ. ſed angeli cũ habeant charitateȝ amant ſingula-
res hoĩes etiã ꝙ̃tum ad ſenſibilia corpora. q̃ ſunt ex cha-
ritate diligenda. ergo ꝛ eos cognoſcunt ¶ Preterea. Dicit
phus in libro poſteriorum. ꝙ ſciens vniuerſale ſcit particu-
lare. ſed nõ ꝯuertitur. ſed angeli cognoſcũt vles cauſas. ergo ꝛ
ſingularia cognoſcũt ¶ Preterea. Quicquid põt virtus inferi-
or. ꝛ ſuperior. vt Boetius dicit in libro de ꝯſol. ſed vis ſen-
ſitiua ꝛ imaginatiua hoĩs ſingularia cognoſcit. ergo multo
fortius vis intellectiua ipſius angeli.

Rñſio ¶ Reſpõſio dicendum. ꝙ quidam circa hoc errauerunt
dicentes angelos ſingularia nõ cognoſcere. Sed hec po-
ſitio a fide eſt aliena. quia remouet miniſteria angelorum circa
hoĩes. et etiã recte ratõi repugnat. quia ſi angeli ignorãt ea
que nos cognoſcimus ad minus ꝙ̃tum ad hoc imperfecti-
or eſt eorum cognitio. ſicut ꝛ phus dicit in ꝑmo de aĩa. ꝙ acci-
Quattu- deret deũ inſipientiſſimũ eſſe ſi diſcordiaȝ neſciret quam
or modi q̃ alij ſciũt. Unde hoc errore excluſo quattuor modi in-
bus ãgeli ueniũtur aſſignati a diuerſis quibꝫ angeli ſingularia co-
ſinglaria gnoſcant. Quidã eñ dicũt ꝙ angeli ſingularia cognoſcũt
cognoſcũt ſingulariũ ſpẽs abſtrahendo. ſicut ꝛ nos per ſenſus ea co-
Re.pbaº. gnoſcimus Sed illa poſitio eſt oĩnino irrõnabilis. ꝑ-
mo quia angeli nõ habent cognitõem a rebꝫ acceptã. vt pa-
tet ꝑ Dyo. ꝛ Augu. in .ij. ſup gene. ad litteraȝ. ꝛ ex his
que ſupra dicta ſunt. Secũdo quia dato ꝙ a rebꝫ acciperent
forme tñ recepte in intellectu angelico eſſent per modum
intellectus recipientis. ꝛ ſic eadem difficultas remaneret
qualiter per eas ſingularia poſſunt cognoſci que ex mate-
Scđs ria indiuiduãtur Alius aũt modus eſt quẽ Auicẽna
ponit in metaphy. ſua dicẽs. ꝙ deus ꝛ angeli ſingularia co-
gnoſcũt vniuerſaliter ꝛ non ſingulariter. vt intelligatur ali-
quid ſimpliciter cognoſci qñ cognoſcitur ſicut ꝑut eſt hic ꝛ
nũc ſcḋm omnes ꝯditiones indiuiduantes. vniuerſaliter
autẽ qñ cognoſcitur ſcḋm ꝑncipia et cãs vniuerſales. Sicut
ſingulariter cognoſcit aliquis hanc eclypſim. cũ eam ſen-
ſu ꝑcipit. vniuerſaliter vero cũ ex motibꝫ celeſtibꝫ eam ꝑ-
nũciat. ꝛ ſic ab angelis ſingularia cognoſcũtur vniuerſa-
liter inꝙ̃tum cognitis cauſis oĩbꝫ vniuerſalibꝫ nihil re-
manet ignotũ in ſingularibꝫ effectibꝫ Sed hic modus
Re.pbaº cognitionis nõ videtur ſufficere. ponimus eñ angelos ſin-
gularia cognoſcere etiam ſcḋm ea que ad eorum ſingularitatẽ
ꝑtinent. ſicut ꝙ cognoſcũt ſingulares hominum actus. ꝛ
Tercius hmõi que ſpectant ad effectũ cuſtodie Unde tercius
modus aſſignatur a quibuſdã. ſcȝ qui dicũt ꝙ angeli habent
penes ſe formas vles totius ordinis vniuerſi a creatiõe
ſibi inditas quas applicant ad hoc vel ſingulare illud. et
Re.pbaº ſic ex formis vlibꝫ ſingularia cognoſcũt Sed hic modꝰ
etiã nõ videtur nobis cõueniens. quia nõ põt aliquid ad alte-
rum applicari. niſi illud alterũ ſit aliquo mõ precognitũ
ſicut nos vniuerſalem cognitõem ſingularibꝫ applicamꝰ
que in cognitõe ſenſitiua ꝑexiſtunt. In angelis aũt non
eſt aliqua alia cognitio ꝙ̃ intellectiua. in qua ſingulariũ
cognitio ꝑexiſtat. vt ſic vniuerſales forme intellectus eo-
rum poſſunt ſingularibꝫ applicari. Unñ patȝ ꝙ vniuerſalis
applicatio vlis ad ꝑticulare ꝑexigit cognitõem intelligi-
bilem ſingulariũ in angelis ꝛ nõ eſt cauſa ipſius. Et Quartꝰ ꝛ ꝓ
ideo alij dicũt ꝛ ꝓbabiliꝰ. ꝙ forme que ſunt in intellectu babilior
angeli ſunt efficaces ad cauſandũ cognitõem nõ ſolũ vni-
uerſaliũ. ſed etiam particulariũ. nulla applicatiõe ꝑſuppo-
ſita. ꝙ̃uis non ſit ita de formis noſtri intellectus Que ſe
habent ad res dupliciter. vno mõ vt cauſe rerum ſicut forme
practici intellectus. Alio modo ſicut cauſate a rebꝫ. ſicut
forme intellectus ſpeculatiui quibꝫ naturalia ſpeculamur
per formas aũt practici intellectus artifex nõ operatur ni-
ſi formã. vnde forma illa eſt ſilitudo illius forme. ꝛ quia
oĩnis forma inꝙ̃tum hmõi vniuerſalis eſt. ideo ꝑ formã
artis nõ habet cognitõem artifex de artificiato niſi vni-
uerſalem. ſed cognitõem illius in ſingulari acquirit ꝑ ſen-
ſuȝ. ſicut ꝛ q̃libȝ aliꝰ. ſi aũt ꝑ formã artis faceret materiã ꝛ
formã. tũc forma illa exemplar eſſȝ forme ꝛ materie. ꝛ ſic
ꝑ illam formã cognoſceretur res artificiata nõ ſolũ in vni-
uerſali ſed etiã in ſingulari. quia etiam principiũ ſingularis
eſt materia. forme aũt que ſunt in intellectu ſpeculatiuo fi-
unt in nobis quodãmodo ex actõe ipſarum reruȝ. omnis
aũt actio eſt a forma. ꝛ ideo ꝙ̃tum ex virtute eſt agentis
nõ fit aliqua forma a rebꝫ in nobis niſi que ſit ſimilitudo
forme. ſed ꝑ accidens cõtingit vt ſit ſimilitudo etiã ma-
terialiũ diſpoſitionũ inꝙ̃tum recipitur in organo materiali
qđ materialiter recipit. ꝛ ſic retinentur alique ꝯditiones
materie ex quibꝫ ꝯtingit ꝙ ſenſus ꝛ imaginatio ſingula-
ria cognoſcãt. ſed quia intellectus omnino immaterialiter
recipit. ideo forme q̃ ſunt in intellectu ſpeculatiuo ſunt ſi-
militudines rerũ ſcḋm formas tñ. ratõnes vero ydeales in
deo exiſtentes ſunt effectiue rerum. non ſolum ꝙ̃tum ad
formam ſed etiaȝ ꝙ̃tum ad materiã. ꝛ ideo ſunt ſimilitu-
dines rerum ꝙ̃tum ad vtrũqȝ. et ꝓpter hoc ꝑ eas cogno-
ſcitur res a deo. nõ ſoluȝ in vniuerſali natura ex parte for-
me. ſed in ſua ſingularitate ex ꝑte materie. Sicut aũt ab
intellectu diuino effluũt res naturales ſcḋm formã ꝛ ma-
teriam ad eſſenduȝ ex vtraqȝ. ita effluũt forme intellectꝰ
angelici ad cognoſcẽdũ vtrũqȝ. Et ideo angeli ꝑ formas
innatas cognoſcũt res in ſua ſingularitate ꝛ in vniuerſali-
tate inꝙ̃tuȝ ſunt ſimiles formis factiuis. ſcȝ ydeis in men-
te diuina exiſtentibꝫ. ꝙ̃uis ipe nõ ſint rerũ factiue

¶ Ad ꝑmũ ergo dicendum. ꝙ verbũ Boetij intelligitur de
intellectu noſtro qui accipit formas a rebꝫ. nõ aũt de in- Ad .j.
tellectu angelico. qui accipit formas immediate a deo. et ꝑ
rõne iam dicta ¶ Ad ſecũdũ dicendum. ꝙ in intellectu ange-
li forme immaterialius recipiũtur ꝙ̃ in intellectu noſtro. et Ad 2
ideo ſunt efficaciores. ꝛ ſic ſe extendũt ad repñtandum
rem. nõ ſolum ꝙ̃tum ad ꝑncipia formalia. ſed etiã mate-
rialia ¶ Ad terciũ dicendum. ꝙ inter cognoſcens ꝛ cognituȝ Ad 3
nõ exigitur ſilitudo q̃ eſt ſcḋm ꝯuenientiaȝ in natura. ſed ſcḋm
repñtatõnem tm̃. Cõſtat eñ ꝙ forma lapidis eſt in aĩa
longe alterius nature ꝙ̃ forma lapidis in materia. ſed in-
ꝙ̃tum repñtat eam. ſic eſt ꝑncipium ducens in cogniti-
onẽ eius. Unñ ꝙ̃uis forme que ſunt in intellectu ãgeli ſunt
immateriales ſcḋm naturaȝ ſui. nihil tñ prohibet quin ꝑ eas
aſſimiletur rebꝫ nõ ſolũ ſcḋm formã. ſed etiã ſcḋm materiam
¶ Ad .iiij. dicendum. ꝙ nõ oportȝ formã que eſt ꝑncipiũ eſſen- Ad 4

dr rem esse pncipiū cognoscendi rem p essentiā suam. sed solum sm suā silitudinē. forma eni qua lapis est nō est in anima. sed silitudo eius. Unū nō oportet q forma intellectus angelici qua singulare cognoscit sit indiuiduata. sed solū q sit forme indiuiduate similitudo. ¶ Ad. v. dōm q forme in intellectu angelico sunt immaterialiter. 7 tn sūt spēs rerum materialiū. sicut 7 ydee in deo existentes que sunt multo imaterialiores. 7 sic p eas possunt cognosci singularia ¶ Ad. vi. dōm. q vna spēs pt esse rō prīa diuersoꝝ inqtum est supexcedens. vt ex dictis pz supra. p vnū aūt mediū adequatū nō possunt diuersa distincte cognosci ¶ Ad. vij. dōm. q qūis vniuersale habeat esse in intellectu. tñ esse in intellectu est plus qz vniuersale. 7 ideo in pcessu est fallacia psequentis. ¶ Ad. viij. dōm. q p illaz spēm a materia depuratā quā intellectus angeli penes se habet intelligit 7 materiales pditōes rei. vt ex dictis pz.

Ad 5 — Ad 6 — Ad 7 — Ad 8

¶ Ad. ix. dōm. q intellectus angeli p spēm quam apud se habet cognoscit singulare. nō solum in sua substātia. sed etiā sm omnia accidētia eius. 7 ideo cognoscit cuicūq accidenti singulare variatum subsit. 7 sic variatio singularis certitudinē cognitōis angelice nō tollit. ¶ Ad. x. pz responsio ex dictis ¶ Ad. xi. dōm. q mensura inqtum est pncipiū cognoscendi mensuratū. est vnius generis cū mēsurato. 7 nō simplr. sicut patz q vlna est mensura panni 7 nō puenit cū eo nisi in quātitate. sic eni est mensura eius sicut etiā forma intellectus angelici nō oportz q pueniat cū singulari extra aīam existenti sm modū essendi. cū singulare sit materiale. 7 forma pdicta sit imaterialis.

Ad 9 — Ad 10 — Ad 11

Ad 12 ¶ Ad. xij. dōm. q sancti qui sunt in gloria cognoscunt in verbo ea q hic aguntur manifeste. vt Grego. dr in moral. verbū aūt Augustini intelligendū est qtum ad naturalez pditiōem Nec est sile de angelo 7 aīa. q angelus naturaliter hz formas a creatōe sibi inditas. quib singularia cognoscit ¶ Ad. xiij. dōm. q forme intellectus angelici neqz sunt singulares. sicut forme imaginatōnis vel sensus. cū sint penitus imateriales. neqz sunt hoc mō vles. sicut forme intellectus nostri quib nō nisi natura vlis repsentaf. sed in se immateriales existentes exprimūt 7 demonstrant vlem naturā 7 particulares pditiōes

Ad 13

## Duodecimo queritur

1\. Utrū angeli cognoscant futura. Et videf q sic. angeli eni cognoscunt res p formas innatas. sed forme equaliter se habēt ad psentia 7 futura. ergo cū angeli per eas psentia cognoscant. cognoscent similiter 7 futura.

2 ¶ Pre. Boetius in. v. de psola. hāc cām assignat. q deus futura 7 ptingentia infallibiliter pscire potest. q eius visio est tota simul. cū eternitate mensuref. sed eius scz angeli visio beata est tota simul. cum eternitate participata mensuref. ergo angeli beati futura ptingentia cognoscūt

3 ¶ Pre. Grego. in. iiij. dyal. dr q aīa cum recedit a nexibus corporalib vi subtilitatis nature cognoscit futura. sed angelus est maxime a nexib corporis absolutus 7 est subtilissime nature. g cognoscit futura

4 ¶ Prete. Intellectus possibilis aīe nostre est in potentia ad oīa cognoscenda. 7 ita in potentia ad cognoscenda futura. sed potētia intellectus angelici est tota terminata p formas innatas. vt supra dictum est. ergo ipi habent notitiā de futuris

5 ¶ Pre. Quicūqz habet puidentiā sup aliqua. debet habere 7 psciam eoꝝ que spectant ad ipm. sed angeli hñt puidentiā 7 curam de nobis p officiū custodie. g ipsi cognoscūt ea q nobis sunt futura

6 ¶ Pre. Intellect angelicus excedit humanum intellectum. sed intellectus humanus pscit futura que habent causas determinatas in natura. g angelus cognoscit futura ptingentia ad vtrūlibet. que nō hūt aliquas causas determinatas

7 ¶ Pre. Propter hoc nos aliter habemus ad cognoscendū psentia 7 futura. q cognitōem a reb accipimus. vnde opztet res cognitas pexistere scie nostre. sed angeli nō accipiūnt cognitōem a reb. g equaliter se hūt ad cognoscendū presentia 7 futura. 7 sic idez qd prius

8 ¶ Pre. Intellectua cognitio nō pcernit aliquod tēpus. q abstrahit ab hic 7 nūc. 7 sic equaliter se hz ad oīe temp. sed angelus nō habet cognitōem nisi intellectuā. g equaliter se habet ad cognoscendū psentia 7 futura. 7 sic idem qd prius.

9 ¶ Pre. Plura cognoscit angelus qz possz hō cognoscere. sed hō in statu innocentie cognoscebat futura Unū gen. ii. Adā dixit. pter hoc relinquet 7c. g angeli cognoscūt futura

Instātie 1. ¶ Sed ptra est qd dr Isa. xli. que ventura sunt annūciate. 7 dicemus qm dij estis vos. 7 sic scire futura est diuinitatis indiciū. sed angeli nō sunt dij. ergo futura ignorant

2 ¶ Pre. Cognitio certitudinis haberi nō pt nisi eorum q habēt veritatē determinatā. sed futura ptingētia nō sunt hmōi. vt pz in pmo periyar. ergo angeli futura cōtingentia nō cognoscūt

3 ¶ Pre. Futura cognosci nō pūt nisi p spēm artis. sicut artifex cognoscit ea que factur est vel in causis suis. sicut cognoscif frigus futurū in signis 7 disposītōib stellarū. sed angeli nō cognoscūt futura p artem. q ipsi nō sunt reꝝ operatores. Nec iterū in causis suis. q futura ptingentia nō sunt determiata in suis causis. alr essent necessarij. g nullo mō angeli futura ptingētia cognoscūt.

4 ¶ Pre. Hugo de sancto victo. dr in libro de sacramentis. q monstratū est angelis qd facturi eēnt. nō aūt qd eis esset futurū. ergo multo minus alia futura cognoscunt

R° ¶ Rūsio dōm. q vnūqdqz hoc mō cognoscif in alio quo est in eo. quedā g futura sunt in causis proximis determinata hoc mō vt ex eis necario ptingant. sicut solez oriri cras. 7 tales effect futuri in suis causis cognosci pñt Quidā vero effectus futuri in suis causis nō sunt determinate vt aliter euenire nō possint. sed tñ coꝝ cause magis se habēt ad vnū qz ad alterū. Et ista sunt ptingentia que in plurib vel paucioribz accidūt. et hmōi effectus in causis suis nō pūt cognosci infallibiliter. sed cū quadam certitudine piecture. Quidā aūt effectus futuri sunt qrum cause indifferenter se habēt ad vtrūqz. hec aūt vocantur ptingentia ad vtrūlibet. vt sunt illa pcipue que pendent ex libero arbitrio. Sed q ex cā ad vtrūlibet cuz sit quasi in potentia nō pducif aliquis effectus nisi p aliquā aliā cām determinef magis ad vnū qz ad aliud. vt cōmētator dr in. ij. phy. ideo hmōi effectus in causis quidem ad vtrūlibet nullo mō cognosci possunt p se acceptis. sed si piūgātur cause ille que causas ad vtrumlibet inclināt. magis ad vnū qz ad aliud potest aliqua certitudo piecturalis de effectib pdictis haberi. Sicut de his que ex libero arbitrio dependent aliq futura piicimus ex psuetudinib 7 pplexionib hominū quib inclinantur ad vnum. Oīes aūt hmōi effectus qualescūqz sint eoꝝ cause proxime. tñ in cā pma oēs sunt determinati. q sua princīpia omīa intuef. 7 sua puidentia omnib modū apponit. Angeli aūt 7 diuinā essentiā intuenf. 7 p formas innatas cognitōem omniū reꝝ 7 caꝝ naturaliū habent. g cognitione naturali illa tm per formas innatas futura pscire

ꝑoſſunt que in cauſis naturalib⁹ ſunt determinata. vel in
vna cā vel in collectōe pluriū. qꝛ aliqd eſt ꝯtingens reſpe
ctu vnius cauſe. qđ reſpectu ꝯcurſus pluriū cauſaꝝ eſt ne
ceſſariū. Angeli aūt omes cās naturales cognoſcunt. vñ
q̄dam que ꝯtingentia videnť aliquib⁹ cauſis eoꝝ penſa/
tis. angeli vt neceſſaria cognoſcūt. dū ipſoꝝ omes cauſas
cognoſcūt. Si aūt diuinā ꝓuidentiā ꝯprehenderent om
nes futuros euentus certitudinaliter ſcirent. ſed qꝛ qui/
dam ꝑfectius alijs diuinā ꝓuidentiā intuenť. q̄uis nul/
lus eoꝝ ꝑfecte ꝯprehendat. ideo quidā in verbo plura fu
Ad .j. tura etiā de ꝯtingentib⁹ ad vtrūlibet ſciunt
¶ Ad p̄mū ergo dōm. ꝙ ſpēs q̄ ſunt in mente angeli
nō ſe habent equaliter ad p̄ſentia ⁊ futura. qꝛ illa q̄ ſunt p̄
ſentia ſunt ſimilia in actu formis in angelis exiſtentibus
et ſic ꝑ ea poſſunt cognoſci. Illa vero q̄ ſunt futura nō dū
ſunt ſilia. et ideo ꝑ formas p̄dictas nō cognoſcūtur. vt ſu
Ad 2 pra determinatū eſt. ¶ Ad .ij. dōm. ꝙ q̄tum ad viſioneꝫ
qua vident res in verbo indifferenter ſe habēt ad cogno
ſcenda p̄ſentia ⁊ futura. nō tñ ſequiť ꝙ in ꝟbo omia futu/
ra cognoſcant. qꝛ ꝟbum nō ꝯp̄hendūt ¶ Ad .iij. dōm. ꝙ
Ad 3 ſicut Aug⁹. narrat in .xv. ſuꝑ gene. ad litte. Quidā poſu
Opinio erūt ꝙ aīa in ſeipſa quādam vim diuinatōis habet. Sed
Reꝓbaꝰ hoc Aug⁹. ibidem reprobat. qꝛ ſi ſꝫm ſeipſam poſſet futu
ra p̄dicere ſemꝑ eſſet p̄ſcia futuroꝝ. nūc aūt videmus ꝙ
nō ſit in poteſtate ſua cognitōem futuroꝝ habere qñcūqꝫ
voluerit. q̄uis aliqñ p̄ſciat. vnde oportꝫ ꝙ adiutorio ali/
cuius eueniat ꝙ futura cognoſcat. adiuuatur eñ aliquo
ſuperiori ſpū increato vel creato bono vel malo. et qꝛ mo
le corporis aggrauať ⁊ dum intendit ſenſibilib⁹ minus eſt
intelligibiliū capax. et ideo qñ a ſenſibilib⁹ abſtrahiť vel ꝑ
ſomnū vel ꝑ egritudinē vel quocunqꝫ alio mō. fit ex hoc
magis idonea ad impꝛeſſionem ſuꝑioris ſpūs recipiendaꝫ
et ideo duꝫ p̄dicto mō a nexib⁹ corporis abſoluiť futura
p̄noſcit aliquo ſpū reuelante qui ei futura reuelare poteſt
que ipſe p̄ſcit vel naturali cognitōe vel in ꝟbo. vt dictuꝫ
Ad 4 eſt ¶ Ad .iiij. dōm. ꝙ duplex eſt potentia. vna eſt natura
lis que p̄t ꝑ agens naturale in actū deduci. et talis potē/
tia eſt in angelis totaliter ꝯpleta ꝑ formas innatas. ſꝫ ſꝫm
talem potentiā intellectus noſter poſſibilis nō eſt in potē
tia ad futura q̄libet cognoſcenda. nec etiā angelicus. Eſt
aūt alia potentia obedientie ſꝫm quam in creatura fieri p̄t
quid in ea fieri voluerit creator. et ſic intellectus poſſibi/
lis eſt in potentia ad futura quelibet ꝯgnoſcenda. inq̄tū
ſcꝫ ei poſſunt diuinitus reuelari. talis aūt potentia intel/
lectus angelici nō eſt totaliter ꝯpleta ꝑ formas innatas
Ad 5 ¶ Ad .v. dōm. ꝙ ille qui habet aliquoꝝ ꝓuidentiā non
oportꝫ ꝙ p̄ſciat futuros euentus. ſed vt ꝓuideat q̄ euen
Ad 6 tus ꝯtingere poſſunt. vt ſꝫm h̄ remedia adhibeat. ¶ Ad
ſextū dōm. ꝙ intellectus angeli excedit humanū in hoc ꝙ
ꝯtingentiū determinatoꝝ. in ſuis cauſis plura ⁊ certius
Ad 7 nouit. nō aūt oportꝫ ꝙ excedat q̄tū ad hoc qđ obiectio
Ad 8 tangit ¶ Ad .vij. dōm ſicut ad p̄mum ¶ Ad .viij. dōm
ꝙ angelus ꝑ intellectiuā cognitōem cognoſcit ea q̄ ſtꝫ hic
et nūc. q̄uis ipſe intellectus cognoſcens ſit abſtractus ab
hic ⁊ nūc. vt ex dictis pꝫ. Et ideo nō eſt mirū ſi alio mō
cognoſcit p̄ſentia q̄ꝫ futura. nō ex hoc ꝙ ipſe aliter ſe ad ea
habeat. ſed ex hoc ꝙ ea aliter ſe habent ad eūꝫ. vt patꝫ ex
Ad 9 dictis ¶ Ad .ix. dōm. ꝙ hō in ſtatu innocentie futura cō
tingentia p̄ſcire non poterat. niſi vel in cauſis ſuis vel in
Hō⁹ in/ ꝟbo vt angeli cognoſcūt. vt ex dictis pꝫ. ¶ Ad ea ꝟo
ſtantiaꝝ que in ꝯtrariū obijciūtur. inq̄tum ꝯtra veritatem proce
dunt pꝫ reſponſio ex dictis.

# Decimotertio queriť

Utrū angeli poſſint ſcire occulta cordiū. Et 1.
videť ꝙ ſic. angeloꝝ eñ officiū eſt purgare. ſꝫ impuritas
a qua purgamur eſt ꝯſcientie. ergo angeli ꝯſcias noſtras
cognoſcūt ¶ Pꝛe. Sicut corpus figurať figura. ita intel 2
lectus figurať ſpecie eius qđ actu cogitat. ſed angelus vi
dens corpus videt ſimul figuram corporis. g̃ ⁊ angelus
videns intellectū alterius angeli videt eius cognitōnem
¶ Pꝛe. Spēs que ſunt in intellectu cū ſint intelligibi/
les in actu ſunt magis intelligibiles q̄ꝫ forme in reb⁹ ma/ 3
terialib⁹ exiſtentes que ſunt intelligibiles in potētia tñ
ſed angeli ꝑ formas quas apud ſe habent intelligūt rerū
materialiū formas. g̃ multo fortius intelligūt formas ex
iſtentes in intellectu noſtro. ⁊ ſic cognoſcent cogitatōes
noſtras ¶ Pꝛe. Cognitio hoīs nunq̄ꝫ eſt ſine phantaſ/ 4
mate. ſed angeli cognoſcūt phātaſmata q̄ ſunt in nr̄a ima
ginatōe. Unū Aug⁹. dī. xv. ſuꝑ gene. ad litteram. ꝙ ſpūa
les corporaliū ſilitudines in animo noſtro innoteſcūt ſpi/
ritib⁹ etiā imūdis. ergo angeli cogitatōes noſtras cogno
ſcūt ¶ Pꝛe. Angelus ꝑ formas quas apud ſe habet co/
gnoſcit q̄cquid poteſt ꝑ eas facere. ſed ipſe poteſt impme 5
re in intellectū noſtrū illuminādo ⁊ purgando nos. ergo
multo fortius poteſt cogitatōnes noſtras cognoſcere
¶ Pꝛe. Aug⁹. dī in libro de diuinatōib⁹ demonū. ꝙ de 6
mones aliqñ hominū diſputatōes nō ſolum voce ꝓla/
tas. verū etiam cogitatōe ꝯceptas dum ex animo impri
mūtur in corpore tota facilitate ꝑdiſcūt. ſed nō eſt aliqua
cogitatio que motū aliquem nō relinquat in corpore. er/
go omes cogitatōes noſtras demones ⁊ multo amplius
angeli ſancti cognoſcūt ¶ Pꝛete. Origeñ. ſuꝑ illud ad
Roma. ij. et inter ſe cogitationū accuſantiū ⁊ defenden 7
tium dī. ꝙ intelligendum eſt de cogitatōib⁹ que p̄us fue
rūt quatū quedā ſignacula in cogitantib⁹ remanſerūt. g̃
ex qualibet cogitatōe ſignū aliquod in aīa relinquitur. ſed
hoc ſignū nō poteſt eſſe angelo ignotū. qui totā animaꝫ
videt. ergo angeli cogitatōes nr̄as cognoſcūt. ¶ Pꝛe. 8.
Angeli in cauſis cognoſcūt. ſed notitia ꝓcedit a mente.
vt Aug⁹. ix. de trini. dī. ⁊ ex habituali notitia ꝓcedit in/
telligentia actualis. g̃ cum angeli mentem noſtrā cogno/
ſcant. cognoſcent notitiam noſtrā ⁊ cogitatōem actualeꝫ
¶ Sed ꝯtra. Hiere. xvij. prauū eſt cor hoīs quis co Cōtra
gnoſcet illud ego dñs. g̃ ſolius dei eſt ſecreta cordiū ſcire
¶ Pꝛe. In p̄s. dī ſcrutās corda ⁊ renes deus.
¶ Rñſio dōm. ꝙ angeli cogitatōes cordiū ꝑ ſe ⁊ di/ Rꝫo
recte intueri nō p̄nt. ad hoc eñ ꝙ mens aliq̄d cogitet ac
tu requiriť intentio volentis qua mens ꝯuertať in actuꝫ
ad ſpēm quam hꝫ. vt pꝫ ꝑ Aug⁹. in libro de trini. mot⁹
aūt volūtatis alterius nō p̄t angelo notus eſſe naturali
cognitōe. qꝛ angelus naturaliter cognoſcit ꝑ formas ſi/
bi inditas. que ſunt ſilitudines rerū in natura exiſtentiū
motus aūt volūtatis nō hꝫ dependentiā neqꝫ ꝯnexionē
ad aliquam cām naturalem. ſed ſolū ad cām diuinā. q̄ in
volūtatē ſolā impmere poteſt. vnde motus volūtatis ⁊
cordis cogitatio nō p̄t cognoſci in aliquib⁹ ſilib⁹ rerū na/
turaliū. ſed ſolum in eſſentia diuina que in volūtatē imp
mit. et ſic angeli nō poſſunt cognoſcere cogitatōes cordi
um directe. niſi in verbo eis reueleť Sed ꝑ accñs p̄t co Nota
gnoſcere cogitatōes cordis quādoqꝫ. Et hoc dupl'r. vno
mō inq̄tum ex cogitatōe actuali reſultat aliquis motus
in corpe. dum aliquis gaudio vel triſticia afficiť ex his
que cogitat. ⁊ ſic quodāmodo cor moueť. ꝑ hūc eñ mo/

tiꝫ etiã medici qñqꝫ pñt paſſionẽ cordis cognoſcere Alio
mõ inqñtum ex actuali cogitatõe aliquis meretur vel de
meretˀ. ⁊ ſic mutatˀ quodãmõ ſtatus agentis vl̃ cogitãtis
in bonũ vel in malũ. Et hanc diſtinctõnem mutationum
angeli cognoſcũt. ſed tñ ex hoc nõ cognoſcitur cogitatio
niſi in generali. ex diuerſis eñ ⁊ multis cogitatõibꝫ codẽ
mõ aliquis meretˀ vel demeretˀ. gaudet vel triſtatˀ

Ad .j. ¶ Ad pmũ ergo dõm. ꝙ purgatio illa de qua loqͣtur
Dyoni. nõ eſt intelligenda ab impuritate peccati. ſed ab
Ad 2 ignorantia ¶ Ad .ij. dõm. ꝙ ex vna ſpecie quã intellectus
penes ſe hꝫ in diuerſas cogitatões ꝓcedit. ſicut ꝑ ſpecieꝫ
hoĩs varia de hoĩe poſſumus cogitare. vnde et ſi angeli
videant intellectũ noſtrũ figurati ꝑ ſpẽm hoĩs. nõ ſeqͣtur
Ad 3 ꝙ cogitatõem cordis determinate cognoſcant ¶ Ad .iij
dõm. ꝙ nõ actu oĩa cogitamꝰ quoꝝ ſpẽs apud nos ha-
bemus. cum qñqꝫ ſpẽs ſint in nobis in habitu tñ. Vñ ex
hoc ꝙ ſpẽs intellectus noſtri videntˀ ab angelo. nõ ſequitˀ
Ad 4 ꝙ cogitatio cognoſcatˀ ¶ Ad .iiij. dõm. ꝙ ex eiſdem phan
taſmatibꝫ noſtra ratio in diuerſa tendit cogitãdo. ⁊ ideo
phantaſmatibꝫ cognitis quibꝫ aĩa intendit non ſequitˀ ꝙ
cogitatio cognoſcatˀ. Vñ Augꝰ. ibidẽ ſubdit. ꝙ ſi demo-
¶ Ad .x. dicendum ꝙ anteqꝫ delectatio nem rõ perpendat vel nocumentũ ipſius nõ habet interpretatiuũ ꝯſenſum. etiã ſi nõ reſiſtat. ſed quãdo iam per Ad 10

pendit rõ de delectatione inſurgẽte. ⁊ de nocumento cõ
ſequente. vtpote cũ ꝑcipit homo ſe totaliter ꝑ delectatio
nem in peccatũ inclinati ⁊ in preceps ruere. niſi expꝛſſe re
ſiſtat videt̃ ꝯſentire. ⁊ tũc peccatũ ad rõnem transfertur
per actũ eius. q2 agere ⁊ non agere cum quis agere debet
ad genus actus reducũtur ſm ꝙ peccatũ omiſſionis ad
Ad .ij peccatũ actus reducit̃. ¶ Ad .xi. dõm. ꝙ vis p̄cepti dei ꝑ
uenit vſq3 ad rõnem inferiorẽ inq̃ztum ipſa participat re
Ad 12 gimen ſuꝑioris. ¶ Ad .xij. dõm. ꝙ ꝯuerſio qua quis poſt
deliberatõem ad aliq̃d de genere mali ꝯuertit̃. ſufficit ad
rõnem peccati mortalis. q̃zuis poſt hanc ꝯpletõem aliq̃
alia completio addi poſſit. ¶ Ad .xiij. dõm. ꝙ ſicut dicit
Ad 13 Diony. iiij. ca. de diui. no. Bonũ cauſat̃ ex vna tota ⁊ ꝑfe
cta cauſa. ſed malũ ex ſingulis defectib9. ⁊ ita plura requi
rũtur ad hoc ꝙ aliquid ſit bonũ meritoriũ q̃3 ad hoc ꝙ
aliquid ſit malũ demeritoriu3. q̃zuis deus ſit pronior ad
remunerãdũ bona q̃3 ad puniendũ mala. Vñ ꝯſenſus
delectationis ſine ꝯſenſu operis nõ ſufficit ad merendu3
ſufficit aũt ad demerendũ ¶ Ad .xiiij. dõm. ꝙ mulier de
Ad 14 iure nõ debet velle ꝯtra debitam viri ordinatõem. ſed tñ
de facto p̄t q̃nq3 contrarium velle ⁊ vult. ⁊ ita de inferio
ri ratione.

So. inſtã. ¶ Rationes in ꝯtrariũ ꝯcedimus. q̃zuis vltima nõ concludat. procedit eñ acſi gentilis ſm rõnem ſuperiorem peccare nõ poſſet. nullus eñ eſt qui non eſtimet in aliquo eſſe finem humane vite. ⁊ cum ex illo deliberatõem acci pit ꝑtinet ad rõnem ſuperiorem.

## Quinto querit̃. vtru3 in rõne ſuperiori poſſit eſſe peccatũ veniale.

.1. Et videt̃ ꝙ non. rõnis eñ ſuperioris eſt inherere rõnib9
eternis. ergo ⁊ peccatũ in ea eſſe nõ p̄t. niſi ꝑ hoc ꝙ defle
ctitur a rõnib9 eternis. ſed deflecti ab illis eſt peccatum
2 mortale. g̃ ⁊c̃. ¶ Pre. Peccatũ veniale ꝑ cõtemptum fit
mortale. ſed nõ videt̃ eſſe ſine ꝯtemptu ꝙ aliquis delibe
ret aliq̃d eſſe malũ ⁊ a deo puniendũ. ⁊ tñ illud cõmitte
re ꝯſentiat. ergo videt̃ ꝙ q̃ncunq3 poſt deliberatõnem ſu
perioris ratiõis in actum etiã ꝯſentit peccati venialis fit
peccatũ mortale. ¶ Item. Eſt aliquid in aĩa in quo non
3 p̄t eẽ peccatũ veniale. ſc3 ſenſualitas. ⁊ aliq̃d in quo p̄t eẽ
veniale ⁊ mortale. ſc3 inferior rõ. ergo videtur ꝙ ibi ſit ali
quid in quo nõ poteſt eſſe niſi mortale. hoc aũt nõ eſt ſyn
4 deriſis. q2 in ea nullũ peccatũ eſt. ergo ⁊c̃. ¶ Item In an
gelo ⁊ hoie in ſtatu innocentie nõ poterat eſſe peccatum
veniale. ꝓpter hoc ꝙ peccatũ veniale ex corruptõe carnis
oritur q̃ tũc nõ erat. ſed rõ ſuꝑior eſt remota a carnis cor
ruptione. ergo ⁊c̃.

Cõtra ¶ Contra. Conſenſus in actũ peccati nõ eſt grauior q̃3 ipſe actus peccati. ſed ꝯſenſus in actũ venialis ad ſu periorẽ rõnem ꝑtinet. g̃ ⁊c̃. ¶ Item Subitus motus in fidelitatis peccatum veniale eſt. ⁊ non eſt niſi in ſuperiori ratione. ergo ⁊c̃

Rõ ¶ Rñſio dõm. ꝙ in ſuꝑiori parte rõnis peccatũ ve niale p̄t eſſe ⁊ mortale. ſ3 tñ aliqua materia eſt circa quã nõ p̄t eſſe in ea niſi peccatũ mortale. Qđ ſic p3. ſuꝑior eñ rõ tñ habet actũ circa aliquã materiam directe. ſc3 circa rationes eternas. ⁊ circa aliquã materiã indirecte. ſc3 cir ca rões tꝑales. de quib9 iudicat ſm rões eternas Circa materiã aũt ꝓpriam. ſc3 circa rõnes eternas h3 duplicem actum. ſc3 ſubitũ ⁊ deliberatũ. Cu3 aũt peccatũ mortale nõ ꝑficiat̃ niſi poſt actũ deliberatiõis poterit eſſe in ſuꝑio ri rõne peccatu3 veniale q̃n erit motus ſubitus. mortale aũt q̃n erit motus deliberatus. ſicut in peccato infidelita tis p3. Sed circa ꝓ materiã tꝑaliũ rerũ non habet actũ niſi deliberatũ. q2 nõ fertur ad ea niſi ꝯſerens rõnes eternas. Vñ q̃ztum ad huiõi materiã ſi ſit in genere peccati mor talis ſemꝑ actus rõnis ſuꝑioris eſt peccatũ mortale. ſi au tẽ ſit i genere peccati venialis erit peccatũ veniale. vt p3 cũ quis ꝯſentit in verbũ ocioſum

¶ Ad p̄mũ ergo dõm. ꝙ rõ ſuperior peccat ꝑ hoc ꝙ Ad .1.
deflectit̃ a rõnib9 eternis. nõ ſolum faciendo ꝯtra eas. ſ3
etiam faciendo p̄ter eas. qđ eſt peccatũ veniale ¶ Ad .ij. Ad 2
dõm ꝙ nõ quilibet ꝯtemptus facit peccatũ mortale. ſed
ꝯtemptus dei ſolus. per hunc eñ ſolũ homo auertitur a
deo. poſt quãtãcũq3 aũt deliberatõem hõ in ipſum venia
le cõſentiat nõ contẽnet deũ. niſi extimaret peccatum il
lud eſſe cõtrariũ p̄cepto diuino. ¶ Ad .iij. dõm. ꝙ hoc Ad 3
ꝙ in ſenſualitate nõ p̄t eſſe peccatũ mortale cõtingit ex
imꝑfectione eius. rõ aũt ꝑfecta potentia eſt. Et ideo in ea
p̄t eſſe peccatũ ſm oẽm peccati differentiã. actus eñ ei9
p̄t eſſe in quolibet genere ꝯplerius. vñ ſi ſit in genere veni
alis eſt veniale. ſi in genere mortalis eſt mortale. ¶ Ad
Ad 4 iiij. dõm. ꝙ q̃zuis rõ ſuꝑior nõ ſit imediate carni coniũcta
tñ corruptio carnis vſq3 ad ipſam ꝑtingit inq̃ztum ſupe
riores potentie ab inferiorib9 accipiũt

¶ Materia. xvi. De Syndereſi

## Queſtio xvj. de ſyndereſi. ⁊ habet tres queſtiones.

Prima vtrũ ſyndereſis ſit potentia vel habitus. Secun da vtrũ ſyndereſis poſſit peccare. Tercio vtrũ ſyndereſis in aliquo extinguatur

## Onſequẽter queritur de ſyndereſi.

Et p̄mo queritur
vtrũ ſyndereſis ſit potentia vel habi 1
tus. Et videtur ꝙ ſit potẽtia. ea
eñ que ꝯuenũt in eadẽ diuiſione ſũt
eiuſdẽ generis. ſed ſyndereſis diuidit̃
ꝯtra cõcupiſcibilẽ iraſcibile ⁊ rõnalẽ. vt d2 in glo. Hiero.
Ezech. p̄mo. ſed iraſcibil' ⁊ cõcupiſcibilis ⁊ rõnalis ſunt
potentie. g̃ ⁊ ſyndereſis. Sed diceres. ꝙ nõ ſignat po
tentiã abſolute. ſ3 potẽtiã cũ habitu. ¶ Sed ꝯtra. Sub 2
iectũ cũ accñte nõ diuidit̃ cõtra ſubiectũ abſolute ſumptũ
nõ eñ d2 diuiſio cõueniẽs. ſc3 aĩaliũ aliud hõ. aliud hõ al
bus. ſed habitus cõparat̃ ad potentiã ſicut accñs ad ſub
iectũ. g̃ nõ debet diuidi illud qđ dicit potentiam tñ. ſc3
iraſcibilis cõcupiſcibilis ⁊ rõnalis. contra illud qđ noĩat
potentiã cũ habitu ¶ Item Unius potentie cõtingit eẽ 3
diuerſos habitus. ſi igit̃ rõne habitus vna potentia con
tra aliã diſtingueretur quot ſunt habitus potentiaꝝ tot
mẽbra eſſe deberent illius diuiſionis qua ꝑtes aĩe ad in
uicẽ diſtinguũtur ¶ Itẽ Nihil vnũ ⁊ idẽ p̄t eſſe regulãs 4
et regulatũ. ſed potentia ꝑ habitũ regulat̃. g̃ nõ p̄t poten
tia ⁊ habitus in idem coincidere vt vnũ nomen potẽtia3
et habitũ ſimul deſignet. ¶ Item Habitui non inſcribit̃
aliquid ſed potentie tñ. ſed vñia p̄ncipia iuris dicũtur in 5
ſcribi ſyndereſi. g̃ ipſam potentiã nominat abſolute ⁊c̃.
¶ Itẽ. Ex duob9 nõ p̄t fieri vnũ niſi altero tranſmutato
ſed habitus naturalis quẽ ſignificare d2 nomẽ ſynderiſ 6

nõ mutat̃.qꝛ opoꝛꝫ manere naturalia. nec ſctũ potentie aĩe trãſmutant̃.ergo ex habitu naturali ⁊ potẽtia nõ pt
7 fieri vt vtrũq̃ vno noie nomĩet̃. ¶ Itẽ Synderiſi oppoĩt̃ ſenſualitas.qꝛ ſicut ſenſualitas ĩclinat ſemꝑ ad malum ita ſynderiſis ad bonum.ſed ſenſualitas eſt ſemper abſo⸗
8 lute potentia ſine habitu.g̃ ⁊c̃. ¶ Itẽ Sicut dꝛ.iiij. metaphy.rõ quã deſignat nomẽ eſt definitio.g̃ illud nomen qđ nõ eſt ħ mõ vnũ.q̃ diffinibile eſt.vno noie noiari non pt.ſed aggregatũ ex ſubiecto ⁊ accñte.vt hoc qđ dico hõ albꝰ.definiri nõ pt.vt pbat̃.vij.metaphy.g̃ nec etiã aggregatũ ex potentia ⁊ habitu.g̃ nõ pt potẽtia ⁊ habi⸗
9 tus vno noie noiari. ¶ Item. Supioꝛ rõ potentiã abſolute noiat.ſed ſynderiſis idem eſt qđ ſuperioꝛ rõ.vt videt̃ dicit eñ Augꝰ.in li.de libero arbitrio.in naturali iudicatoꝛio qđ nos ſynderiſim dicimus aſſunt q̃dam regule et lumina virtutũ ⁊ vera ⁊ incõmutabilia.incõmutabilibꝫ aũt rõnibꝫ adherere ẜm Augꝰ.xij.de trini.eſt ſuperioꝛis
10 rõnis.g̃ ſynderiſis eſt potentia abſolute. ¶ Itẽ Scđm phm.ij.ethi.oĩe qđ eſt in aĩa eſt potentia aut habitꝰ aut paſſio.g̃ dictũ phi eſt vel inſufficiẽs vel nõ eſt aliquid in
11 aĩa qđ ſit ſimul habitus ⁊ potentia. ¶ Itẽ. Cõtraria nõ pñt eſſe in eodẽ.ſed nobis eſt fomes innatus qui ſemper inclinat ad malũ.g̃ in nobis nõ pt eſſe aliqs habitꝰ ſemꝑ inclinans ad bonũ.⁊ ita ſynderiſis q̃ ſemꝑ inclinat ad bonũ nõ eſt habitus vel habitus cũ potentia.ſꝫ potentia ab
12 ſolute. ¶ Itẽ Ad operandũ ſufficit potentia ⁊ habitus ſi g̃ ſynderiſis ſit potentia cũ habitu innato.cũ ſynderiſ inclinat ad bonũ.hõ ſufficiẽs erit ex puris naturalibꝫ ad
13 bonũ operandũ.qđ videt̃ hereſis eſſe Pelagij. ¶ Itẽ Si ſynderiſis ſit potentia cũ habitu nõ eſt paſſiua potentia. ſꝫ actiua.cũ habeat opatiõem aliquã.ſicut aũt poña paſſiua fundat̃ ſupra materiã.ita actiua ſupra formaꝫ. In aĩa aũt humana eſt duplex forma.vna ꝑ quã cũ angelis conuenit inq̃ntum ſpũs eſt.que eſt ſuperioꝛ. Alia inferioꝛ per quã coꝛpus viuificat inq̃ntũ aĩa eſt.que eſt inferioꝛ.opoꝛ [illegible] ſynderiſis fundet̃ ſupra formã ſuperioꝛẽ vel inferioꝛẽ.ſi ſupra ſuperioꝛẽ eſt ſupioꝛ rõ.ſi ſupra inferioꝛẽ eſt inferioꝛ rõ.ſed tam ſupioꝛ q̃ inferioꝛ rõ noiat potentiaꝫ
14 abſolute.g̃ ⁊c̃. ¶ Itẽ. Si ſynderiſis ſit potentia cũ habitu hoc nõ eſt niſi cũ habitu innato.ſi eñ cũ habitu infuſo vel acquiſito poſſibile eſſet ſynderesim amittere.ſꝫ ſynderiſis nõ noiat habitũ innatũ.g̃ potentiã abſolute. Probatio medie.oĩs habitus q̃ pſupponit actuꝫ tempaleꝫ nõ eſt habitus innatus.ſed ſynderiſis pſupponit actum tpalem.eſt eñ ſynderiſis malo remurmurare ⁊ inſtigare ad bonũ.qđ nõ pt eſſe niſi prius actualiter intelligat̃ bonũ
15 et malũ.g̃ ſynderiſis pexigit actũ tpalẽ ¶ Itẽ. Officiuꝫ ſynderiſis videt̃ eſſe iudicare.vñ ⁊ naturale iudicatoꝛiuꝫ dꝛ.ſed liberũ arbitriũ a iudicãdo nomen accipit.g̃ liberũ arbitriũ eſt idem qđ ſynderiſis.ſed liberũ arbitriũ eſt po⸗
16 tentia abſolute.g̃ ⁊c̃. ¶ Itẽ. Si ſynderiſis ſit potẽtia cũ habitu [illegible] hoc eñ nõ eſt cõpõne logica qua ſpẽs ex genere ⁊ drñtia cõponit̃.qꝛ potentia nõ ſe hꝫ ad habitũ vt genus ad drñtiã.ſic eñ quilibet habitꝰ potentie ſupinductus ſpẽalem potentiã cõſtitueret.g̃ eſt cõpoſitio naturalis.ſed in cõpõne naturali cõpoſitũ eſt aliud a cõponentibꝫ.vt pbat̃.vij.metaphy.g̃ ſynderiſis nõ eſt potentia vel habitus.ſed aliqđ pter hoc.qđ eſſe nõ poteſt. relinquitur g̃ q̃ ſit potentia abſolute

Cõtra ¶ Contra Si ſynderesis ſit potentia.opoꝛꝫ q̃ ſit potentia rõnalis.ſed potentie rõnales ſe hñt ad oppoſita.g̃ ſynderiſis ad oppoſita ſe habebit.ſed hoc eſt falſum.quia ſemꝑ inſtigat ad bonũ ⁊ nũq̃ ad malũ. ¶ Itẽ Si ſynderiſis ſit potentia.aut eſt eadẽ cũ rõne aut alia.ſꝫ nõ eſt eadem.qꝛ cõtra rõnem diuidit̃ in gloſa Ezech.i. Nec etiaꝫ opoꝛꝫ dici q̃ ſit alia potentia a rõne.ſpẽalis eñ potentia ſpẽalẽ actũ requirit.nullus aũt actus ſynderiſi attribuitur quẽ rõ facere nõ poſſit.rõ eñ ipſa ⁊ inſtigat ad bonũ ⁊ remurmurat malo.g̃ ⁊c̃. ¶ Iteꝫ Fomes ſemꝑ inclinat ad malũ.ſynderesis ſemꝑ ad bonũ.g̃ iſta duo directe opponũtur.ſed fomes eſt habitus vel ꝑ modũ habitꝰ.ſꝫ hñs ipſa cũ cõcupiſcẽtia que eſt in pueris habitualis eſt.ẜm Augꝰ.in adultis vero actualis fomes eſſe dꝛ.g̃ ſynderiſis eſt habitus ¶ Itẽ. Si ſynderiſis eſt potẽtia.aut cognitiua aut motiua.ſed cõſtat q̃ nõ eſt cognitiua abſolute.ex ħ q̃ actus eius ſit inclinare ad bonũ ⁊ remurmurare malo.g̃ ſi ſit potẽtia erit motiua.hoc aũt apparet eẽ falſum.qꝛ potẽtie motiue ſufficiẽter diuidũtur ꝑ iraſcibilem cõcupiſcibilẽ ⁊ rõnalẽ.cõtra q̃s diuidit̃ ſynderiſis.vt prius dictũ eſt.g̃ ⁊c̃. ¶ Itẽ. Sicut in pte aĩe operatiua ſynderiſis nũq̃ errat.ita in pte ſpeculatiua intellectꝰ pncipioꝝ nũq̃ errat.ſed intellectꝰ pncipioꝝ eſt habitꝰ q̃dã.vt pꝫ ꝑ phm in.vi.ethi.g̃ ſynderiſis habitus eſt

R̃o ¶ Rñſio.circa hãc q̃ſtionẽ diuerſe opiniones ſũt.q̃dã
Opinio.1a eñ dixũt q̃ ſynderiſis potẽtiã abſolute noiat.⁊ aliã a rõ⸗
Opio 2a ne ea ſuperioꝛẽ. Alij xo dicũt potentiã abſolute eẽ.ſed eãdẽ rõni ẜm rem.cõſideratõe tñ diuerſam. Cõſideratur eñ rõ vt rõ.id eſt inq̃ntũ rõcinat̃ ⁊ cõfert.⁊ ſic rõ noiatur vis rõnalis.⁊ vt natura.id eſt inq̃ntũ naturalr cognoſcit aliqđ.⁊ ſic dꝛ ſynderiſis Alij xo dicũt ſynderiſim noiare ipſaꝫ potẽtiã rõnis cũ habitu aliq̃ naturali. Quid aũt veriꝰ ſit ſic videri pt.

Inq̃rit' vitatẽ opinionũ

Sicut eñ dicit Dyo.ix.ca.de di.no.diuina ſapiẽtia coniungit fines ſuperioꝝ pncipijs inferioꝝ.nature [illegible] eñ ordinare ad inuicẽ ſic ſe hñt ſicut coꝛpa cõtiguata.qꝛ inferius in ſuo ſupmo tangit ſupiꝰ in ſuo infimo.vñ ⁊ natura inferioꝛ attingit in ſui ſupremo ad aliqđ qđ eſt ꝓpriũ ſupioꝛis nature imꝑfecte illud pticipãs. Natura aũt aĩe humane eſt infra angelicã ſi cõſideremꝰ naturalẽ modum cognoſcẽdi vtriuſq̃.naturalis eñ modus cognoſcẽdi et ꝓprius nature angelice eſt vt veritatẽ cognoſcat ſine inq̃ſitione ⁊ diſcurſu. Humane xo aĩe ꝓpriũ eſt vt ad veritatẽ cognoſcendã ꝑueniat inq̃rẽdo ⁊ ab vno in aliud diſcurrẽdo. Vñ aĩa humana q̃ntũ ad illud qđ in ipſa ſupmuꝫ eſt aliqđ attingit de eo qđ ꝓpriũ eſt nature angelice.ſcꝫ vt aliquoꝝ cognitõem ſubito ⁊ ſine inq̃ſitõe habeat.q̃uis etiã q̃ntũ ad hoc inueniat̃ angelo inferioꝛ.inq̃ntũ etiã in his veritatẽ cognoſcere nõ pt niſi a ſenſu accipiẽdo. Inuenit̃

Duplex cognitioꝰ ãgelica

aũt in natura angelica duplex cognitio.ſpeculatiua.q̃ua ipſam rerũ veritatẽ ſimplr ⁊ abſolute intuet̃. Et practica tã ẜm phos q̃ poſuerũt angelos motores oꝛbiũ ⁊ oẽs formas naturales pexiſtere in eoꝝ cognitõe.q̃ etiã ẜm theologos q̃ ponũt angelos deo in officijs ſpũalibꝫ miniſtrare ẜm que oꝛdines diſtinguũtur. Vñ ⁊ in humana natura inq̃ntũ attingit angelicã opꝫ eſſe cognitõem veritatis ſine inq̃ſitõe ⁊ in ſpeculatiuis ⁊ practicis.et hanc q̃dẽ cognitõem opꝫ eſſe pncipiũ totius cognitõnis ſequẽtis ſiue ſpeculatiue ſiue practice.cũ pncipia opteat eẽ certioꝛa et ſtabilioꝛa.vñ ⁊ hãc cognitõem oꝫ hoi naturaliter ineſſe cũ ħ q̃dẽ cognoſcit q̃ſi ſeminariũ q̃ddã totius cognitõis ſequẽtis ⁊ in oĩbꝫ naturis ſequẽtiũ opationũ ⁊ effectuũ q̃dã naturalia ſemina pexiſtũt. Opꝫ etiaꝫ ꝑ habitualem hãc cognitõeꝫ actualẽ eſſe vt in promptu poſſit ea vti cũ neceſſe fuerit. Sicut g̃ aĩe humane q̃dã eſt habitꝰ natu⸗ [illegible]

ſimus intellectū ꝑncipioꝝ. ita etiā in ipſa eſt q̄dā habitus
naturalis ꝑmoꝝ ꝑncipioꝝ opabiliū. q̄ ſunt vlia ꝑncipia
iuris naturalis. qui q̄dē habitꝰ ad ſynderiſim ꝑtinet. Hic
aūt habitꝰ nō in alia potentia exiſtit q̄ʒ in rōne. niſi forte
ponamꝰ intellectū eſſe potentiā a rōne diſtinctā. cuiꝰ cō
trariū ſupra dictū eſt. Reſtat igiꝛ vt hoc nomē ſynderiſ
vel noiet abſolute habitū naturalē ſilē habitui ꝑncipi/
oꝝ. vel noiet ipam potētiā rōnis cū tali habitu. ⁊ qḋcūq̄
hoꝝ fuerit nō differt multū. q: hoc nō facit dubitatio
nē niſi circa nois ſignificatōem. Q̄ aūt potētia ipa rōnis
ꝓut naturaliter cognoſcit abſq̄ omni habitu ſynderiſis
dicat abſq̄ oī dubio eſſe nō pt. q: naturaliter cognitio
nꝰ ꝯuenit ſm aliquē habitū naturalem. vt de intellectu
principiorum patet.

Ad .j. ¶ Ad pmū ḡ dōm. q̄ aliq̄ poſſunt in eandē diuiſionē
venire ſm q̄ in aliq̄ ꝯmuni ꝯueniūt quicq̄d ſit illud ꝯmu
ne ſiue genus ſit ſiue accn̄s. In illa igiꝛ diuiſione q̄ dirimē
bat q̄ ſynderiſis ꝯtra has tres potentias diſtinguit. non
diſtinguūtur mēbra diuiſionis ſm q̄ ꝯueniūt in hoc com
muni qḋ eſt potētia. ſed ſm q̄ ꝯueniūt in h̄ ꝯmuni qḋ eſt
ꝑncipiū motiuū Vn̄ nō ſeq̄tur q̄ ſynderiſis ſit potēa. ſʒ q̄
Ad 2 ſit ꝑncipiū motiuū ¶ Ad .ij. dōm. q̄ qn̄ ex accn̄te ſupue
nit ſubiecto aliqḋ ſpeāle ꝑter id qḋ ꝯuenit ſibi ex ſua na
tura. tūc nihil ꝓhibet accn̄s diuidi ꝯtra ſubiectū. vel ſub
iectū cū accn̄te ꝯtra ſubiectū abſolute ſumptū. ſicut ſi di
uiderē ſupficiē coloratā ꝯtra ſupficiē abſolute dictā. inq̄
tum eīn ſupficies abſolute ſumit eſt q̄dā mathematicū
ꝑ h̄ vo qḋ dr̄ coloratā trahit ad genꝰ nature. ita rō noiat
cognitōem ſm modū humanū. ſed ꝑ habitū naturalem
trahit ad alteriꝰ generis ꝯditōem. vt pʒ ex dictis. vn̄ ni
hil ꝓhibet ipm habitū diuidi ꝯtra potētiā in diuiſione q̄
diuidit ꝑncipiū motiuū. vel ipſam potētiā habitualē di/
Ad 3 uidi ꝯtra potētiā abſolute ſumptā ¶ Ad .iij. dōm. q̄ aliq̄
habitꝰ q̄ inſunt potētie rōnali eodē mō mouēt ꝑ illū mo
dū q̄ eſt ꝓpriꝰ rōni inq̄tū eſt rō. ⁊ ideo illi habitus diſtin/
gui nō pn̄t ꝯtra rōnē ſicut habitꝰ naturalis a q̄ ſynderi
Ad 4 ſis noiat. ¶ Ad .iiij. dōm. q̄ ſynderiſis nō dr̄ ſignare po
tentiā ⁊ habitū q̄ſi eadē res ſit potētia ⁊ habitꝰ. ſʒ q: vno
noīe ſignificat ipſa potētia cū habitu cui ſubſternitur
Ad 5 ¶ Ad .v. dōm. q̄ ſcribi aliq̄d in aliq̄ eſt dupl̄r. vno mō
ſicut in ſubiecto. ſic in aīa nō pt aliq̄d ſcribi niſi q̄ntuʒ ad
potentiā. Vel ſicut in concipiente. ⁊ ſic nihil ꝓhibet habi
tui etiā aliq̄d inſcribi. ſm q̄ dicimus ſingula q̄ ad geome
triā ꝑtinēt ipſi geometri inſcribi. ¶ Ad .vi. dōm. q̄ rō
Ad 6 illa ꝓcedit qn̄ aliq̄d fit vnū ex duobꝫ ꝑ modū mixtionis.
ſic aūt nō fit vnū ex potentia ⁊ habitu. ſed ſicut ex poten/
Ad 7 tia ⁊ ſubiecto ¶ Ad .vij. dōm. q̄ hoc q̄ ſenſualitas incli/
nat ſemꝑ ad malū hʒ ex corruptōe fomitis. q̄ q̄dē corru/
ptio ineſt ꝑ modū cuiuſdā habitꝰ. ⁊ ſic etiā ſynderiſis ex
Ad 8 aliq̄ habitu naturali hʒ q̄ ſemꝑ ad bonū inclinet. ¶ Ad
viij. dōm. q̄ hō albꝰ definiri nō pt definitōne ꝓprie dicta
q̄lis eſt definitio ſubaꝝ q̄ ſignant vnū ꝑ ſe. ſed pt definiri
definitōe quadā ſm q̄d inq̄tum ex ſubiecto ⁊ accn̄te fit
vnū ſm q̄d. ⁊ talis vnitas ſufficit ad hoc q̄ vnū nomen
poſſit iponi. Vn̄ ⁊ phs ibidē dr̄ q̄ ſubiectū cū accn̄te pt
Ad 9 vno noīe noīari. ¶ Ad .ix. dōm. q̄ ſynderiſis neq̄ noiat
rōnem ſupiorē neq̄ inferioreʒ. ſed aliq̄d cōiter ſe hn̄s ad
vtrūq̄. in ipſo eīn habitu vliū ꝑncipioꝝ iuris ꝯtinent
q̄dā q̄ ꝑtinent ad rōnes eternas. vt hoc qḋ eſt deo obedi
endū eſſe. q̄dā vero q̄ ꝑtinēt ad rōnes inferiores. vtpote
ſm rōnem eſſe viuēdū. Aliter aūt ſynderiſis dr̄ incōmu
tabilibꝫ intendere. aliter rō ſuperior. Dicit eīn aliq̄d incō
mutabile ꝓpter incōmutabilitatē nature. ⁊ ſic diuina in
cōmutabilia ſunt. Et hoc mō rō ſuperior incōmutabili/
bus intendit. Dicit etiā aliq̄d incōmutabile ꝓpter neceſſita
tem veritatis. q̄uis etiā ſit circa res ſm naturā ꝯmuta
biles. ſicut illa veritas. oē totū eſt maius ſua pte. incōmu
tabilis etiā eſt incōmutabilibꝫ rebꝫ. ⁊ h̄ mō ſynderiſis in
cōmutabilibꝫ intendere dr̄. ¶ Ad .x. dōm. q̄ q̄uis oē qḋ Ad 10
ſit in aīa ſit ſolū habitus vel ſolū paſſio vel ſolū potētia. tn̄
nō oē qḋ in aīa noiat eſt alteꝝ hoꝝ tm̄. illa eīn q̄ ſm rē di/
ſtincta ſunt pt intellectꝰ ꝯiūgere ⁊ vno noīe nomiare
¶ Ad .xi. dōm. q̄ habitꝰ ille inclinās ad malū innatꝰ ꝑ/ Ad .11
tinet ad inferiorē ptē aīe qua corpꝰ ꝯiūgit. habitꝰ aūt na/
turaliter inclinās ad bonū pertinet ad ſuperiorē partē. ⁊
ideo hi duo habitꝰ ꝯtrarij nō ſunt eiuſdē ſm idē ¶ Ad Ad 12
xij. dōm. q̄ habitus cū potentia ſufficit ad actū qui eſt il/
lius habitus. actus aūt huiōi habitꝰ naturalis quē ſyn
deriſis noiat eſt remurmurare malo ⁊ inclinare ad bonū.
et ideo ad hūc actū hō naturalr̄ pt. nō aūt ſeq̄tur ad hoc
q̄ in opus meritorium hō ex puris naturalibꝫ poſſit. hoc
eīn naturali facultati imputare ſolūmodo pelagiane im/
pietatis eſt. ¶ Ad .xiij. dōm. q̄ ſynderesis ſm q̄ potētiā Ad 13
noiat magis videt noiare potentiā paſſiuā q̄ʒ actiuā. nō
eīn diſtinguit potētia actiua a paſſiua ex hoc q̄ hʒ opati/
onē. q: cū cuiuſlibet potētie aīe tā actiue q̄ʒ paſſiue ſit ope
ratio aliq̄. q̄libet potēa aīe eſſʒ actiua. Cognoſcit aūt eoꝝ
diſtinctio ꝑ ꝯparatōem potētie ad obiectum. ſi eīn obie
ctū ſe habeat ad potentiā vt patiēs ⁊ trāſmutatum. ſic erit
potentia actiua. ſi aūt econuerſo ſe hʒ vt agēs ⁊ mouēs ſic
erit potētia paſſiua. Et inde eſt q̄ oēs potētie vegetabi
lis aīe ſunt actiue. q: alimentū trāſmutat ꝑ potentiā aīe
tā nutriendo q̄ʒ augēdo q̄ʒ etiā in generādo. Sʒ poten/
tie ſenſitiue oēs ſunt potentie paſſiue. q: per ſenſibilia ob
iecta mouent ⁊ fiūt in actu. Circa intellectum vo aliq̄ eſt
potentia actiua. aliq̄ paſſiua. eo q̄ ꝑ intellectū intelligibi/
le potētia fit intelligibile actu. qḋ eſt intellectꝰ agētis. et
ſic intellectus agens eſt potētia actiua. ipm etiā intelligi/
bile in actu facit intellectū in potētia eſſe intellectū actu.
et ſic intellectus poſſibilis erit potētia paſſiua. nō aūt po
nit q̄ intellectus agēs ſit habituū ſubiectum. ſed magis
poſſibilis. Vnde ipſa potētia q̄ habitui naturali ſubijcit
magis videt eſſe potētia paſſiua q̄ʒ actiua. dato etiam q̄
ſit potentia actiua vlteriꝰ nō recte ꝓcedit. non eīn ſunt in
aīa due forme. ſed vna tm̄. que eſt eius eſſentia. q: ꝑ eſſen
tiā ſuā ſpūs eſt. ⁊ ꝑ eſſentiā ſuā forma corꝑis eſt nō ꝑ ali
q̄d ſupadditū. Vn̄ rō ſupior ⁊ inferior nō fundāt ſup du
as formas. ſed ſup vnā aīe eſſentiā. Nec etiaʒ eſt verū q̄
rō inferior fundet ſup eēntiā aīe ſm illā habitudinē q̄ eſt
forma corꝑis. ſic eīn fundātur in eſſentia aīe ſolū ille vires
q̄ ſunt organis affixe. qualis nō eſt rō inferior. dato etiaʒ
q̄ illa potētia quā noiat ſynderiſis ſit ideʒ qḋ ſupior vel
inferior rō nihil ꝓhibet noīe rōnis noīari illā potentiā ab
ſolute. noīe aūt ſynderiſis noīari eandē cū habitu ſibi in/
herente ¶ Ad .xiiij. dōm. q̄ actꝰ cognitōis nō pexigit ad Ad 14
potētiā vel habitū ſynderiſis. ſʒ ad actū ipiꝰ. vn̄ ꝓpter h̄
nō excludit q̄ habitꝰ ſynderiſ ſit innatꝰ ¶ Ad .xv. dōm Ad 15
q̄ iudiciū eſt duplex. ſcʒ in vli. ⁊ h̄ ꝑtinet ad ſynderiſim. ⁊
in ꝑticulari opabili. ⁊ hoc ꝑtinet ad liberū arbitriuʒ. vn̄ rō
nō ſeq̄tur q̄ ſint idē ¶ Ad .xvi. dōm. ꝯpoſitio phyſica ⁊ Ad 16
naturalis eſt multiplex. Eſt eīn ꝯpoſitio mixti ex elemē/
tis. ⁊ de hac ꝯpōne loquit phūs q̄ opʒ formā mixti eſſe
aliā oīno ab ipſis elemētis. Eſt etiā ꝯpoſitio forme ſuba
lis ⁊ materie ex qua reſultat totū. ſcʒ forma ſpēi. q̄ q̄dem
non eſt oīno aliud a materia ⁊ forma. ſed ſe habʒ ad eas
vt totum ad ptes. Eſt etiā cōpoſitio ſubiecti ⁊ acciden/

tis in qua nõ reſultat aliquid totũ ex vtroqȝ. ⁊ talis com
poſitio eſt potentie ⁊ habitus

## Ecũdo queritˀ. vtruȝ

1 ſynderesˀ poſſit peccare. Et videtˀ ꝙ ſic. qꝛ vt
dꝛ in glo. Iheroni. ezech. i. de ſynderesi. Hãc interdũ pci
pitari videmꝰ. ſed pcipitatio in operabilibꝰ nihil aliud eſt
ꝙ peccatũ. ergo ⁊c. ¶ Item Cum peccare nõ ſit habitus pro
2 prie loquẽdo neqȝ potẽtie ſed hoĩs. qꝛ actus ſunt ſingula
riũ. dꝛ tñ aliqs habitus vel potẽtia peccare ſm ꝙ per actũ
alicuius potentie vel habitus hõ inducitˀ ad peccandum
Sed per actũ ſynderesˀ hõ inducitˀ ad peccandũ quãqȝ. vt
dꝛ Ioh. xvi. venit hora vt omnis q interficit vos ⁊c. et ſic
ad occiſionẽ aploꝝ aliq inclinabantˀ ex hoc ꝙ iudicabant
eſſe obſequendũ deo. qđ ad ſynderesim ptinet. ergo ⁊c.
¶ Item Ierem. ij. filij quoqȝ mempheos ⁊ thaphnicos con
3 ſtuprauerũt te vſqȝ ad verticẽ. vertex aũt eſt ſupior pars
aĩe. vt dꝛ glo. ſup illud ps. in verticẽ ipſius iniqtas eius
deſcẽdet. ⁊ ſic ad ſynderesim ptinet q eſt ſupremum in aĩa
4 ergo ſynderesis a demonibꝰ cõſtupratˀ ¶ Item Potẽtia rõna
lis ſe habet ad oppoſita ſm phm. ſed ſynderesis eſt potẽ
tia rõnalis. ergo ſe hȝ ad oppoſita. ergo pt bonũ facere et pecca
5 re. ¶ Itẽ Cõtraria nata ſunt fieri circa idẽ. ſed virtus et
petã ſunt cõtraria. cũ igitˀ in ſynderesi ſit actus virtutis. qꝛ
incitat ad bonũ. etiã in ipſa actus pcti erit. ¶ Itẽ Sicut
6 ſe hȝ habitus pncipioꝝ in ſpeculatiuis. ita ſynderesis in
operatiuis. ſed omĩs operatio rõnis ſpeculatiue ex pmis pn
cipijs oritˀ. ergo et oĩs operatio practice rõnis ex ſynderesi ini
tiũ ſumit. ergo ſicut ſynderesi attribuitˀ operatio rõnis practi
ce que eſt ſm virtutẽ. ita attribuitˀ ei operatio rõnis que eſt
ſm pctm. ¶ Itẽ Pena rñdet culpe. ſed tota aĩa punitˀ in
7 ¶ Cõtra Bonũ (dãnatis. etiã ſynderesˀ. ergo ⁊ ipſa peccat
Contra pt eſſe magis purũ ꝙ malũ. qꝛ aliqđ bonum eſt cui nihil
admiſcetˀ de malo. nihil aũt adeo eſt malũ qđ non habeat
aliqđ de bono pmixtũ. ſed in nobis eſt aliquid qđ ſp incli
nat ad maluȝ. ſcȝ fomes. ergo et aliqđ erit qđ ſp inclinet
ad bonũ Hoc aũt nõ videtˀ eſſe niſi ſynderesis. ⁊ ſic ſynde
resis nunqȝ peccat ¶ Itẽ Qđ naturaliter ineſt ſp ineſt. ſȝ
naturale eſt ſynderesi ꝙ remurmuret malo. ergo ipſa nunqȝ
in malum cõſentit. ergo non peccat.

Rº ¶ Rñſio dõm ꝙ natura in oibus operibꝰ ſuis bonuȝ
intẽdit ⁊ cõſeruatõem eoꝝ q per operationẽ nature fiũt. et
ideo in operibꝰ nature oibus ſp pncipia ſunt pmanentia
et immutabilia ⁊ rectitudinẽ cõſeruantia. pncipia enĩ ma
nere oportet. vt dꝛ in pmo phiſicoꝝ. nõ enĩ poſſet eſſe ali
qua firmitas vel certitudo in his que ſunt a pncipijs niſi
pncipia eſſent firmiter ſtabilita. Et inde eſt ꝙ oĩa muta
bilia reducuntˀ ad aliqđ primũ immobile. Inde eſt etiam
ꝙ omĩs ſpeculatiua cognitio deriuatˀ ab aliq certiſſima co
gnitione circa quã error eſſe nõ pt. q ẽ cognitio pmoꝝ pn
cipioꝝ vniuerſaliũ. ad q oĩa alia cognita examinãtˀ. et ex q
omne verũ approbatˀ. ⁊ omne falſum reſpuitˀ. in qbus ſi aliqs
error accidere poſſet nulla rectitudo in tota ſequẽti cõgni
tione inueniretˀ. Vñ et in opibꝰ humanis ad hoc ꝙ in eis
aliq certitudo eſſe poſſit oportet aliqđ pncipiũ eſſe permã
nẽs. qđ certitudinẽ immutabilẽ habeat ad qđ oĩa opera
examinantˀ. ita ꝙ illud pncipiũ pmanẽs omĩ malo reſiſtat.
et omĩ bono aſſentiat. ⁊ hoc eſt ſynderesis. cuius officiuȝ
eſt remurmurare malo. ⁊ inclinare ad bonum Et ideo cõ
cedimus ꝙ in ea non poſſit eſſe peccatum
¶ Ad pm ergo dõm ꝙ ſynderesˀ nunqȝ pcipitatˀ in vli. ſed
Ad .j. in ipſa applicatiõe vlis pncipij ad aliqđ pticulare pt acci
dere error propter imperfectã vel falſam deductõem vel ali
cuius falſi aſſumptõem. Et ideo nõ dixit ſimplr ꝙ pcipi
tatˀ ſynderesˀ. ſed ꝙ cõſcia pcipitatˀ q vlẽ iudiciũ ſynderesˀ
ad pticularia opera applicat ¶ Ad. ij. dõm ꝙ qñ in aliq ſyl Ad 2
logiſmo cõcluſio falſa inducitˀ ex duabꝰ pmiſſis. quaꝝ vna
eſt falſa ⁊ reliq vera. pctm cõcluſionis non attribuitˀ vero.
ſed falſo. Et ideo in illo arbitrio q occiſores aploꝝ ſe ar
bitrabãtˀ obſequiũ pſtare deo. pctm nõ pueniebat ex vlĩ
iudicio ſynderesis qđ eſt deo obſequẽdũ. ſed ex falſo iudi
cio rõnis ſupioris. q arbitrabatˀ occiſionẽ aploꝝ eſſe bn e
placitã deo. ⁊ ideo nõ eſt cõcedendũ ꝙ per actũ ſynderesˀ in
clinaretˀ ad pctm ¶ Ad. iij. dõm ꝙ ſicut vertex corpis eſt Ad 3
ſuprema ps corpis. ita vertex aĩe eſt ſuprema ps aĩe. Vñ ſm
diuerſas diſtinctões partiũ aĩe vertex aĩe diuerſimode
accipitˀ. Diſtinguẽdo enĩ ptem intellectiuã a ſenſitiua ro
ta intellectiua ps vertex aĩe dici pt. Vlterius diſtinguẽ
do intellectiuã ptẽ in rõem ſupiorẽ ⁊ inferiorẽ. rõ ſuperior
vertex dꝛ. Vlterius diſtinguẽdo rõem in naturale iudi
ciũ ⁊ rõnis deliberatõnem. naturale iudicatoriũ dicetˀ eſſe
vertex. Cũ igitˀ aĩa dꝛ ad verticẽ cõſtuprari intelligitˀ ſm
ꝙ vertex noĩat ſupiorẽ rõem. nõ aũt put noĩat ſynderesim.
¶ Ad. iiij. dõm ꝙ potẽtia rõnalis q de ſe. ſe hȝ ad oppoſi Ad 4
ta. per habitũ quãqȝ determinatˀ ad vnũ. ⁊ maxie ſi ſit habi
tus cõpletus. ſynderesˀ aũt nõ noĩat potentiã rõnalẽ abſo
lute. ſed pfectã per habitũ certiſſimũ. ¶ Ad. v. dõm ꝙ actꝰ Ad 5
ſynderesˀ nõ eſt actus virtutis ſimplr. ſed pambulũ ad actũ
virtutis. ſicut naturalia ſunt pambula virtutibꝰ gratuitis
et acqſitis ¶ Ad. vi. dõm ꝙ ſicut in ſpeculatiuis rõ falſa. qȝ Ad 6
uis originẽ ſumat a pncipijs. nõ tñ a pncipijs pmis falſi
tatẽ hȝ. ſed ex malo vſu pncipioꝝ. ⁊ ita etiã in operatiuis ac
cidit ¶ Ad. vij. dõm ꝙ Augꝰ. in. xij. de tri. oñdit hoc ar Ad 7
gumentũ nõ valere. dꝛ enĩ ꝙ pro pctõ ſolius inferioris rõis
totꝰ hõ dãnatˀ. ⁊ hoc iõ. qꝛ ad vnã pſonã ptinet vtraqȝ rõ
cuiꝰ eſt pprie peccare. ⁊ ideo pena rñdet directe et pprie p
ſone nõ potẽtie niſi inqñtũ potẽtia ẽ pſone. pro pctõ enĩ qđ
hõ vna ſui pte cõmiſit ipſa pſona penã meretˀ qñtũ ad oĩa q
in pſona cõtinentˀ. Vnde ⁊ in iudicio ſeculari pro homici
dio quod homo manu cõmittit nõ ſola punitˀ manus

## Ercio queritˀ. vtruȝ

ſynderesˀ in aliq extinguatˀ. Et videtˀ ꝙ ſic. ps
corrupti ſũt ⁊ abhomĩabiles facti ⁊c. glo. corrupti oi lumĩe 1
rõnis priuati. ſȝ lumẽ ſynderesˀ ẽ lumẽ rõis. ergo ſynderesis in
aliq extinguitˀ ¶ Itẽ Infideles nõ hñt aliquẽ remorſuȝ cõ 2
ſcie de ſua infidelitate. quãqȝ aũt infidelitas eſt pctm. cũ igitˀ
officiũ ſynderesˀ ſit remurmurare pctõ. videtˀ ꝙ in eis ſit
extincta ¶ Itẽ Sȝm phm. vij. ethi. ille q hȝ habitũ vitij ẽ 3
corruptꝰ circa pncipia operabiliũ. ſȝ pncipia operationũ pti
nẽt ad ſynderesim. ergo in hñte hitũ vitij alicuiꝰ ſynderesis
[illegible] 4
[illegible]
Ihero. i glo. Eze. i. ergo in aliq extinguitˀ ¶ Itẽ [illegible]
mouetˀ ois inclinatio ad malũ. ergo per cõtrariũ ⁊ in dãnatis ois 5
inclinatio ad bonũ. ſȝ ſynderesˀ inclinat ad bonũ. ergo ⁊c.
¶ Cõtra. vermis eoꝝ nõ morietˀ Iſay. vltĩo. et exponitˀ
de verme cõſcie ſm Augꝰ. q eſt remorſus cõſcie. ſȝ remorſus Cõtra
cõſcie cauſatˀ ex hoc ꝙ ſynderesˀ remurmurat malo. ergo ſynde
resˀ nõ extinguitˀ ¶ Itẽ In pctis pfundiſſimũ tenet locuȝ
deſperatꝰ q ẽ pctm in ſpm ſctm. ſȝ ⁊ etiã in deſperatis ſynde
resˀ nõ extinguitˀ. vt pȝ per Ihero. in glo. ſup. Eze. i. vbi dꝛ ꝙ
nec etiã in chayn eſt extincta. quẽ cõſtat deſperatũ fuiſſe
per hoc ꝙ dꝛ Geñ. iiij. maior eſt iniquitas ⁊c.

Rñſio Diſtictō ¶ Rñſio dōm ꝙ ſynderesim extingui pꝫ intelligi duplr. vno mō q̄ntū ad ipm lumē habituale. ꝛ ſic impoſſibile eſt ꝙ ſynderesꝭ extinguat᷑. ſicut eſt impoſſibile ꝙ aīa hoīs priuet᷑ lumine intellectus agētis. p q̄d pncipia pma in opatiuis ꝛ ſpeculatiuis nobis innoteſcūt. hoc eīn lumē ē de natura aie. cū p hoc ſit intelligibilis. de q̄ lumine dr in ps ſignatū eſt ſup nos lumen ꝛc. q̄d ſcꝫ nobis bona oſtendit Hec eīn eſt rñſio ad id q̄d dixerat. q̄s oñdit nobis bona Alio mō q̄ntū ad actū. ꝛ hoc duplr. vno mō vt dicat᷑ actus ſynderesꝭ extingui inq̄ntū eius actꝰ oīno intercipit᷑. ꝛ ſic ɔtingit actū ſynderesis extingui in nō hñtibꝫ vſuꝫ liberi arbitrij. neq̄ aliquē vſuꝫ rōnis. ꝛ hoc ꝓpt impedimētū pueniens ex leſione organoꝝ corpaliū. a q̄bus rō nr̄a accipere indiget. Alio mō ꝓpter hoc ꝙ actus ſynderesis ad ɔtrariū deflectat᷑. ꝛ ſic impoſſibile eſt in vlī iudiciū ſynderesis extingui. In pticulari vero opabili extinguit᷑ q̄ñcunq̄ peccat᷑ in eligēdo. vis eīn ɔcupiſcentie vel alterius paſſionis ita rōem abſorbet vt in eligendo ſynderesis vlē iudiciū ad pticularē actū nō applicet. ſed hoc non eſt extingui ſynderesim ſimplr. ſed ſm q̄d. Unde ſimplr loquendo cōcedimus ꝙ ſynderesis nunq̄ extinguitur

Ad .j. ¶ Ad primū dōm ꝙ dicunt᷑ aliq̄ peccatores oīni lumine rōnis puati q̄ntū ad actū electionis. in qua rō errat p hoc ꝙ abſorbet᷑ ab aliq̄ paſſione vel dep̄mit᷑ ab aliq̄ habitu. vt lumē ſynderesꝭ nō ſeq̄tur in eligendo

Ad 2 ¶ Ad ſcōm dōm ꝙ in hereticis nō remurmurat ɔſcia eoꝝ infidelitati ꝓpter errorē qui eſt in rōne eoꝝ ſupiori. ex quo ɔtingit ꝙ iudiciū ſynderesis huic pticulari nō applicet᷑. in vlī aūt iudiciū ſynderesis manet in eis. iudicat eīn malū eſſe non credere que a deo dicunt᷑. In hoc aūt errāt ſm ſupiorē rōnem. q2 nō credūt hoc eſſe a deo dictū

Ad 3 ¶ Ad terciū dōm ꝙ ille q̄ habet habituꝫ alicuius vitij eſt q̄dem corruptus circa operationū pncipia. nō q̄dem in vlī ſed in pticulari opabili inq̄ntū ſcꝫ p habitū vitij dep̄mit᷑ rōne vlē iudiciū ad pticulare opabile applicet in eligēdo. ꝛ per hunc modū ipius in pfundū peccatoꝝ veniēs contēnere dicit᷑. Et ſic pꝫ ſolutio ad q̄rtū

Ad 4 Ad 5 ¶ Ad quintū dōm ꝙ malū eſt preter naturā. ꝛ ideo nihil ꝓhibet inclinatōem ad malū a beatis remoueri. ſed bonū ꝛ inclinatio ad bonū cōſequit᷑ ipſam naturā. vnde natura manente non poteſt inclinatio ad bonum tolli in damnatis.

¶ Materia decimaſeptima De cōſcientia.

## Queſtio xvij. de conſcientia.

ꝛ habet q̄ſtiones q̄nq̄. Prima vtrū conſciētia ſit potētia vel habitus vel actus. Scđa vtrū ɔſcia poſſit errare. Tercia vtrū cōſcientia liget. Quarta vtrum ɔſcia erronea liget. Quinta vtrum cōſcia in indifferētibꝫ plus liget vel minꝰ q̄ p̄ceptū plati

## Queſtio eſt de cōſcientia

Et p̄mo queri t᷑. vtrū conſcientia ſit potētia vel habitus vel actus Et videt᷑ ꝙ ſit potētia. dr eīn Iheroni. in gloſa Ezech. i. poſtq̄ de ſynderesi fecerat mentōem. hāc ɔſciaꝫ interdū p̄cipitari videmꝰ. ex q̄ videt᷑ ꝙ idē ſit ɔſcia ꝛ ſynderesis. ſed ſynderesꝭ q̄ñq̄ mō eſt potētia. q̄ ꝛ ɔſcietia

2 ¶ Pre. Nihil erit ſubiectū vitij niſi potētia aie. ſed ɔſcia eſt ſubiectū inq̄nationis peccati. vt pꝫ ad Titū. i. inq̄nate ſꝫ ꝛ eoꝝ mens ꝛ ɔſcia. q̄ ɔſcia ē potētia Sed diceres ꝙ inq̄natō nō eſt in ɔſcia ſicut in ſubiecto Solutio

¶ Sꝫ ɔtra nihil pꝫ numero idē eſſe inquinatū ꝛ mundū niſi ſit ſubiectū inq̄natōis. ſed oīne q̄d mutat᷑ de inq̄narōe in mundiciā idē numero manēs q̄nq̄ eſt mundū et q̄ñq̄ inq̄natū. q̄ oīne q̄d mutat᷑ de inq̄natiōe in mundiciā vel ecōuerſo ē ſubiectū inq̄natiōis ꝛ mūdicie. ſed ɔſcia mutat᷑ de inq̄natione in mundiciā Heb. ix. ſanguis chriſti emūdabit cōſciam noſtrā ab operibꝫ mortuis. q̄ ɔſcia eſt potentia 3

¶ Pre. Cōſcia dr eſſe rōnis dictamē. dictamē nihil aliud eſt q̄ rōnis iudiciū. ſꝫ iudiciū ad liberū arbitriū ptinet. a q̄ etiā noiat᷑. q̄ videt᷑ ꝙ liberū arbitriū ꝛ ɔſcia ſint idē. ſed liberū arbitriū eſt potētia. q̄ ꝛ ɔſcia. 4

¶ Pre. Baſilius dt ꝙ cōſcia eſt naturale iudicatoriū. naturale aūt iudicatoriū eſt ſynderesꝭ. ſed ſynderesꝭ eſt potētia aliq̄ mō. q̄ et cōſcia. 5

¶ Pre. Peccatū nō eſt niſi in volūtate vel rōne. peccatū aūt eſt in ɔſcia. q̄ ɔſcia eſt rō. ſed rō ꝛ volūtas ſunt potentie. q̄ et ɔſcia 6

¶ Pre. Habitus neq̄ actus dr ſcire. ſed cōſcia dr ſcire Eccs. vij. ſcit eīn ɔſcia tua q2 et tu crebro maledixiſti alijs. q̄ ɔſcia nō eſt actus neq̄ habitus. q̄ potētia 7

¶ Prete. Origeñ. dt ꝙ ɔſcia eſt ſpūs correctoꝛ ꝛ pedagogus aie ſociatus q̄ ſepatur a malis. et adheret bonis. ſed ſpūs noiat potentiā aie vel etiā eſſentiā. q̄ ɔſcia aliquam potentiā noiat 8

¶ Pre. Cōſcia vel eſt habitꝰ vel actus vel potētia. ſed nō eſt actus. q2 nō ſp manet actu. q2 non ē in dormiēte qui tñ ɔſciam habere dr. nec etiaꝫ habitus. q̄ potentia eſt. 9

Qꝫ non ſit habitus ſic oſtendit᷑. nullus habitus rationis eſt de pticularibus. ſed cōſcientia eſt pticulatium actuū. ergo conſcientia nō eſt habitus rōnis. nec alicuius alterius potentie. tum cōſtientia ad rōnem pertineat Probat ɔſciaꝫ nō eē habitū

¶ Prete. In ratione non ſunt niſi habitus ſpeculatiui ꝛ operatiui. ſed cōſcientia nō eſt habitus ſpeculatiuus. cum habeat ordinem ad opus. nec etiaꝫ operatiuus cum non ſit ars vel prudentia. hos eīn ſolos phs in ſexto ethicoꝝ ponit in pte operatiua. ergo cōſcientia nō eſt habitꝰ. Qꝫ aūt nō ſit ars manifeſtū eſt. Qꝫ aūt nō ſit prudentia ſic patet. Prudētia eſt recta rō rerum agibiliuꝫ. vt dr in ſexto ethicoꝝ. non aūt reſpicit agibilia ſingula. quia cum ſint infinita non poteſt eſſe ratio eorum. et iterum ſequeret᷑ ꝙ prudētia augeretur p ſe loquēdo ſm cōſiderationem pluriūoꝝ actuū ſingulatiū. quod nō videt᷑ eſſe verū. cōſcientia aūt reſpicit ſingularia opera. ergo cōſcientia nō eſt prudentia. 10

Sed diceres. ꝙ cōſcientia eſt q̄dam habitus quo applicat᷑ iudiciū vniuerſale rōnis ad particulare opus

¶ Sed cōtra. ad id quod poteſt fieri per vnū habitū non requiruntur duo. ſed habens habitū vniuerſalem poteſt applicare ad ſingulare. ſolūmodo potentia ſenſitiua ſupueniēte. ſicut ex habitu quo quis ſcit omnē mulam eſſe ſterilem. ſciet hanc mulaꝫ eſſe ſterilem. cum eam percipit eſſe mulam p ſenſum. ergo ad applicationeꝫ vniuerſalis iudicij ad particularē actū. non requiritur aliq̄s habitus. ꝛ ſic cōſcientia non eſt habitus. et ſic ideꝫ quod prius. 11

¶ Prete. Omnis habitus vel eſt naturalis vel infuſus vel acq̄ſitus. ſed cōſcientia non eſt habitus naturalis. q2 talis habitus eſt idem apud oīnes. nō aūt omnes eandē cōſciam habēt. Nec iterū eſt habitꝰ infuſus. q2 talis habitus ſem p eſt rectus. conſcia aūt quādoq̄ non recta eſt. Nec eſt iterū habitꝰ acq̄ſitus. q2 ſic in pueris cōſciētia non eſſet nec in homine anteq̄ p multos actus habitum acquiſiſſet. ergo nō eſt habitus. 12

¶ Prete. Habitus ſm phm ex multis actibus acquiritur. ſed ex vno actu 13

quis habet conſcientiã. ergo conſcientia non eſt habitus
4 ¶ Pre. Conſcientia eſt pena in dãnatis, vt habet̃.i. Co/
rinth. iij. in gloſa. ſed habitus nõ eſt pena ſed magis pfe/
ctio habẽtis. ergo nõ eſt habitus

Inſtãtie ꝙ ſit con/ſcia hitus ¶ Sz ꝯtra. videt̃ ꝙ ꝯſcia ſit habit⁹ ꝯſcia eĩ ſm Dam.
eſt lex noſtri intellectus. ſed lex intellectus eſt habit⁹ vni
uerſaliũ pncipiorum. videt̃ ergo ꝙ ꝯſcia ſit habitus ¶ Pre.
Ro. ij. ſup illud. cũ eĩ gentes que legẽ. dr glo. etſi genti
les nõ habẽt legem ſcriptã. habẽt tamẽ legem naturalem
qua quiſqȝ intelligit. ⁊ qua qſqȝ ſibi cõſcius eſt qd ſit bo/
nũ ⁊ quid ſit malũ. Ex quo videt̃ ꝙ lex naturalis ſit qua
aliqs ſibi cõſcius eſt. ſed qlibet ſibi ꝯſcius eſt p cõſcientiã
3 ergo ꝯſcia eſt lex naturalis. ⁊ ſic idẽ qd pus ¶ Pre. Scia
nominat habitũ cõcluſionis. ſed ꝯſcia qdaz ſcia eſt. ergo
4 eſt habitus ¶ Prete. Ex actib⁹ multiplicatis generat̃ ali
quis habitus. ſed aliqs opatur frequenter ſm ꝯſciam. g
ex talib⁹ actib⁹ generat̃ aliquis habitus q ꝯſcia dici poteſt
5 ¶ Pre. Thimo. i. finis pcepti eſt charitas de corde pu/
ro cõſcia bona. ſpe ⁊ fide nõ ficta. glo. de ꝯſcia bona. id eſt
ſpes ſed ſpes eſt habitus qdam. g et ꝯſcia ¶ Pre. Illud
6 quod ineſt nobis p immiſſionẽ a deo videt̃ eſſe habitus
infuſus. ſed ſm Dam. in. viij. li. ſicut eſt fomes p immiſ/
ſionẽ a demone. ita ꝯſcia p immiſſionẽ a deo. g ꝯſcia eſt ha/
7 bitus infuſus. ¶ Pre. Sz^m phm in. ij. ethi. oĩe qd eſt in
aĩa eſt habitus vel potẽtia vel paſſio. ſed ꝯſcia nõ eſt paſ
ſio. qꝛ paſſionib⁹ non meremur neqȝ demeremur nec lau/
damur nec vituperamur. vt ibidẽ phs dr. Nec iterum eſt
cõſcientia potentia. quia potẽtia non poteſt deponi. ꝯſcia
aũt deponitur. ergo cõſcientia eſt habitus

Contra ¶ Sed cõtra. videt̃ ꝙ ſit actus. cõſcia eĩ dr excuſare
vel accuſare. ſed nõ excuſat̃ aliqs vel accuſat̃ niſi ſm ꝙ ac
tu aliqd ꝯſiderat. g conſcientia eſt actus aliqs ¶ Prete.
Scire qd ꝯſiſtit in collatõe eſt ſcire in actu. ſed cõſcientia
nominat ſciam cũ collatione. dr eĩ cõſcire qſi ſimul ſcire.
ergo cõſcientia eſt ſcientia actualis

R°. Opinio ¶ Rñſio dcdm ꝙ qdam dicũt ꝯſciam tripĺr dici. Quã
doqȝ eĩ ꝯſcia ſumit̃ p ipſa re ꝯſcita. ſicut etiã fides acci/
pit̃ p re credita. qñqȝ p potẽtia q cõſcimus. qñqȝ etiã pro
hitu. a qbuſdã etiã dr qñqȝ pro actu. Et hui⁹ diſtinctõ
nis videt̃ hec eſſe rõ. qꝛ cũ ꝯſcire ſit aliqs actus ⁊ circa ac
tum ꝯſiderat̃ obiectum potentia habitus ⁊ ipſe actus. in
uenit̃ eĩ qñqȝ aliqd nomẽ qd ad illa qtuor equocatur. ſi
cut hoc nomẽ intellectus qñqȝ ſignificat rem intellectã. ſi
cut noia dicunt̃ ſignificare intellectus. qñqȝ vero ipam in
tellectiuã potentiã. qñqȝ vero habitũ quendã. qñqȝ vero
actũ. in hmõi tñ noiationib⁹ ſequẽdus eſt vſus loquẽdi.
q⁹ noibus vtendũ eſt vt plures. vt dr. ij. topi. illud qd ſm
vſum loquentiũ eſſe videt̃ vt ꝯſcia qñqȝ p re ꝯſcita acci/
pit̃. vt cũ dr. dicã tibi ꝯſciam meã. i. qd ẽ in ꝯſcia mea Sz
potẽtie vel habitui ꝓprie hoc nomẽ attribui nõ pt. ſed ſo
lũ actui. in qua ſignificatõe ſolũ cõcordant oĩa q de cõſcia
dicunt̃ Sciendũ eſt eĩ ꝙ nõ ꝯſueuit idẽ nomẽ eſſe ac/
Nota tus potẽtie vl habitus niſi qñ actus eſt ꝓprius alicui⁹ po
tentie vel alicuius habitus. ſicut videre eſt ꝓpriũ potẽtie
viſiue. ⁊ ſcire in actu habitus ſcie. vñ qñqȝ viſus nominat
potentiã. qñqȝ actũ. ⁊ ſcia ſilr. Si aũt ſit actus aliqs q cõ
ueniat plurib⁹ aut oĩbus habitibus vel potẽtijs nõ cõ
ſueuit a tali nomine actus aut aliqua potẽtia vel aliquis
habitus denoiari ſicut patet de hoc noĩe vſus. ſignificat
eĩ actũ cuiuſlibet potẽtie ⁊ habitus. vſus eĩ eſt illi⁹ po
Opĩo 2ª. tẽtie cui⁹ eſt actus Vñ hoc nomẽ vſus ita ſignificat ac
tum ꝙ nullo mõ potentiã vel habitum. ⁊ ſilr videt̃ eſſe de

conſcia. nomẽ eĩ cõſcientie ſignificat applicatõem ſciẽtie
ad aliquid. vñ ꝯſcire dr quaſi ſimul ſcire. qlibet eĩ ſcientia
ad aliquid applicari pt. vnde cõſcientia nõ pt noiare ali/
quẽ habitũ ſpecialẽ vel aliquã potentiã. ſed noiat ipm ac
tum q eſt applicatio cuiuſcũqȝ habitus vel cuiuſcũqȝ no/
ticie ad aliquẽ actum pticularẽ. Applicat̃ aũt aliq noti Noticia ap/plicat̃ dupĺr ad actũ.
cia ad aliquẽ actũ dupĺr. vno mõ ſm ꝙ ꝯſiderat̃ an act⁹
ſit vel fuerit. Alio mõ ſm ꝙ conſideratur an actus ſit re/
ctus vel nõ rectus. Et ſm qdẽ primũ modũ applicatõis
dicimur habere ꝯſciam alicuius actus inquantũ ſcimus
illũ actũ eſſe factũ vel non factum. ſicut eſt in cõmuni vſu
loquentiũ quãdo dr. hoc nõ eſt de ꝯſcientia mea factum
id eſt neſcio vel neſciui an hoc factũ ſit vel fieret. ⁊ ſm hũc
modũ loquendi dr Gen. xliij. nõ eſt in ꝯſcientijs noſtris
quis pecuniã poſuerit in ſaccis Et Ecclaſtes. vij. ſcit cõ
ſcientia tua qꝛ et tu crebro maledixiſti alijs. et ſm hoc dr
cõſcientia teſtificari aliqd Roma. ix. teſtimoniũ mihi pro
hibente cõſcientia mea. Secundũ vero aliud modũ appli/
cationis quo noticia applicatur ad actum vt ſciatur an re/
ctus ſit actus vel non. duplex eſt via. vna ſm quã p habi Alia diſtĩc.
tum ſcientie dirigimur in aliqd faciendũ vel nõ faciendũ
Alio mõ ſm ꝙ actus poſtqȝ factus eſt examinat̃ ad habi
tũ ſciẽtie an ſit rectus vel nõ rectus. Et hec duplex via in
operatiuis diſtinguit̃ ſm duplicẽ viam que eſt in ſpecula
tiuis. ſcz viam inueniẽdi ⁊ iudicãdi. illa aũt via qua p cõ
ſcientiã inſpicimus qd agendũ eſt. quaſi ꝯſiderantes ẽ ſi/
milis inuentioni p quã inueſtigamus ꝯcluſiones ex pnci/
pijs. illa aũt via p quã ea que iam facta ſunt examinam⁹
et diſcutimus an recta ſint, eſt ſicut via iudicij p quã con
cluſiones in principia reſoluunt̃. Sz^m aũt vtriuſqȝ appli/
cationis modũ nomine conſcientie vtimur. ſm autem ꝙ
cõſcientia applicatur ad actum vt dirigens in ipſum. ſm
hoc dicitur conſcientia inſtigare vel inducere vel ligare.
ſm autem ꝙ applicatur ſcientia ad actum per modũ exa/
minationis eorum que iam acta ſunt. ſic dr cõſcientia ac/
cuſare vel remordere. quando illud quod factum eſt inue
nitur diſcordare a ſcientia ad quã examinatur. defendere
aut excuſare qñ inuenitur id qd factum eſt proceſſiſſe ſm
formã ſcientie Sed ſciendũ ꝙ in pma applicatõne qua Nota
applicatur ſcientia ad actum vt ſciatur an factũ ſit eſt ap
plicatio ad actũ pticularẽ noticie ſenſitiue. vt memorie p
quã eius qd factum eſt recordamur. vel ſenſus p quẽ hũc
particularẽ actum quẽ nunc agimus pcipimus. ſed in ſe/
cũda ⁊ tercia applicatõe qua ꝯſiliamus qd agendũ ſit vel
examinamus iam facta applicant̃ ad actũ habitus ratio
nis opatiui. ſ. habitus ſynderẽſis vel habitus ſapiẽtie. q
perficitur ratio ſupior. ⁊ habitus ſcie quo perficitur ratõ
inferior ſiue ſimul oĩa applicentur ſiue alicui eorum tñ.
Ad hos enim habitus examinamus que fecimus. et ſm
eos reconſiliamur de faciendis. examinatio tamen nõ ſo
lum eſt de factis. ſed etiam de faciendis. conſilium autẽ
de faciendis tantũ.

Ad .1. ¶ Ad primũ ergo dicendũ ꝙ cum dr Iheronimus p
cipitan hanc cõſcientiam videmus non demonſtrat̃ ip/
ſa ſynderẽſis quã dixit eſſe conſcientie ſcintillam. ſed de/
monſtratur ipſa conſcientia de qua ſupra fecerat mentio
nẽ Vel poteſt dici ꝙ tota vis conſcientie examinantis
vel cõſiderantis ex iudicio ſynderẽſis dependet. ſicut to/
ta veritas ratõnis ſpeculatiue pendet ex pncipijs pmis.
ideo ꝯſcia ſynderẽſim nominat inquantũ ex vi eius agit
et precipue qñ volebat exprimere defectũ quo ſynderẽſis
deficere pt. nõ eĩ deficit in vniuerſali. ſed in applicatõne

ad ſingularia. ⁊ ſic ſynderesis non in ſe deficit. ſed q̄dam/
mō in ꝯſcia. ⁊ ideo in explicādo defectū ſynderesis. ſynde
reſi ꝯſciam iunxit. ¶ Ad ſcd̄m dōm ꝙ inq̄natio nō dicit̄
Ad 2 eſſe in ꝯſcia. ſicut in ſubiecto. ſed ſicut ſcitū in cognitōne
dicit̄ eī aliquis habere ꝯſciam inquinatā qñ alicui⁹ inq̄
Ad 3 nationis ſibi eſt conſcius. ¶ Ad tercium dōm ꝙ ſm hoc
cōſcia inq̄nata ⁊ mundari dr̄. ſm ꝙ aliquis fuerit ſibi con/
ſcius p̄us peccati poſtmodū ſcit ſe eſſe a peccato munda/
tum. ⁊ ita dr̄ habere ꝯſciam purā. Eſt igitur eadē cōſcia
q̄ p̄us imūda ⁊ poſtea mūda. nō q̄d ē ita ꝙ cōſcia ſit ſub
iectū mūdicie ⁊ imūdicie. ſꝫ q2 p ꝯſciaꝫ examinātē vtrūq3
cognoſcit̄. nō ꝙ idē ſit actus numero q̄ p̄us ſciebat ſe eſſe
immundū ⁊ poſtea ſcit ſe eē mundū. ſed q2 ex eiſdē princi
pijs vtrūq3 cognoſcit̄. ſicut dr̄ eadē cōſideratio q̄ ex eiſdeꝫ
Ad 4 p̄ncipijs ꝓcedit ¶ Ad quartū dōꝫ ꝙ iudiciū ꝯſcie ⁊ libe.
arbi. q̄ntū ad aliq̄d differūt ⁊ quantū ad aliq̄d cōueniūt.
cōueniūt eī quantū ad hoc ꝙ vtrūq3 eſt de hoc ꝑticula/
ri actu. cōpetit aūt hoc iudiciū ꝯſcie in via qua eſt exami/
natiꝰ. ⁊ in hoc differt iudiciū vtriuſq3 a iudicio ſynderes̄
Et differt iudiciū ꝯſcie ⁊ libe. arbi. q2 iudiciū ꝯſcie ꝯſiſtit
in pura cognitōe. Judiciū aūt libe. ar. in applicatōe cognitio
nis ad affectōem. qđ q̄dem iudiciū eſt iudiciū electionis.
et ideo cōtingit quādoq3 ꝙ iudiciū liberi arbitrij ꝑuertit̄
non aūt ꝯſcie. ſicut cuꝫ aliq̄s examinat aliq̄d qđ imminet
faciendū ⁊ iudicat q̄ſi adhuc ſpeculando ꝑ p̄ncipia hoc eē
malū. vtpote fornicari cū hac muliere. Sed qñ incipit ap
plicare ad agenduꝫ occurrunt vndiq3 multe circūſtantie
ad ipm actum. vtpote fornicatōis delectatio. ex cui⁹ cō/
cupiſcētia ligat̄ rō ne eius dictamē electione ꝓrumpat. ⁊
ſic aliquis errat in eligēdo ⁊ nō in cōſcia. ſed cōtra cōſcie/
tiam facit. et dicat̄ hec mala ꝯſcia facere inquantū factuꝫ
iudicio ꝯſcie nō cōcordat. ⁊ ſic pꝫ ꝙ nō oportet ꝯſcientiā
Ad 5 eſſe idē ꝙ liberꝝ arbitriū ¶ Ad. v. dōm ꝙ ꝯſcia dr̄ eſſe na/
turale iudicatoriū inq̄ntū tota examīatio vel cōſideratō
cōſcie ex naturali iudicatorio depēdet. vt p̄us dictum eſt
Ad 6 ¶ Ad. vi. dōm ꝙ peccatū eſt in voluntate ⁊ rōne. ſicut in
Ad 7 ſubiecto. in ꝯſcia aūt alio mō. vt dictū eſt ¶ Ad. vij. dōm
ꝙ cōſcia dr̄ ſcire aliq̄d nō ꝓprie. ſed ſm illū modū loquen
Ad 8 di q̄ dicimur ſcire id q̄ ſcimus ¶ Ad. viij. dōm ꝙ ſic dr̄ eē
ſpiritus. id eſt ſpūs noſtri inſtinctus ꝑut rō ſpiritus dr̄.
Ad 9 ¶ Ad. ix. dōm. ꝙ cōſcia nec eſt potētia nec habitus ſed
actus. ⁊ q̄uis actus ꝯſcie nō ſit ſꝑ nec ſit in dormiēte. tñ
act⁹ ipe manet in ſua radice. i. in habitib⁹ applicabilib⁹ ad
Rñſiones ad illas q̄ ꝓbāt ꝯſciaꝫ eē actū ꝯcedim⁹ (actū
Sol' inſtan. ¶ Ad primū vero qđ in contrariū obijcit̄ ꝙ ſcꝫ ſit ha
Ad 1 bitus dōm. ꝙ ꝯſcia dr̄ lex intellectus noſtri. q2 ē iudiciū
Ad 2 rōnis ex lege naturali deductū ¶ Ad. ij. dōm ꝙ aliq̄s ſibi
ipſi dr̄ eſſe cōſcius ꝑ legē naturalē eo mō loquēdi q̄ q̄s dr̄
cōſiderare ſm p̄ncipia. ſed ꝑ ꝯſciam eo mō loquēdi q̄ ali/
quis dr̄ ꝯſiderare ipo actu cōſideratōis ¶ Ad. iij. dōm ꝙ
Ad 3 q̄uis ſcia ſit habitus tñ applicatio ſcie ad aliq̄d nō eſt ha
Ad 4 bitus ſed actus. ⁊ ſignificat̄ hoc noie ꝯſcie ¶ Ad. iiij. dōꝫ
ꝙ ex his actib⁹ nō generat̄ habitus alteriuſmodi ab illo
habitu ex q̄ actus eliciunt̄. ſed vel aliq̄s habit⁹ eiuſdē rō
nis. ſicut ex actib⁹ infuſe charitatis generat̄ aliq̄s habit⁹
dilectōis acq̄ſitus. vel etiā habitus p̄exiſtens augmētat̄.
ſicut in eo q̄ hꝫ habitū tꝑantie acquiſitū ex actib⁹ tēperā
tie ipe habit⁹ augmētat̄. Et ita ſilr̄ cū act⁹ ꝯſcie ꝓcedat
ex habitu ſcie ⁊ ſapiētie nō generat̄ inde habitus aliquis
Ad 5 alius ab eis. ſed illi habitus ꝑficiunt̄. ¶ Ad. v. dōm ꝙ cū
conſciētia dicat̄ eſſe ſpes. eſt p̄dicatio ꝑ cauſam inquantū
cōſcia bona facit hoīem eſſe bone ſpei. vt gloſa ibideꝫ ex/
ponit ¶ Ad. vi. dōm ꝙ etiā ipſi habit⁹ naturales inſunt
nobis ex immiſſione diuina. ⁊ ideo cū cōſcia ſit act⁹ ꝓueniēs Ad 6
ex habitu naturali ipius ſynderesis dr̄ eē ꝯſcia ex diuina im
miſſione ꝑ moduꝫ q̄ ois cognitio veritatis q̄ eſt in nobis
dr̄ eſſe a deo. a quo p̄ncipioꝝ primoꝝ cognitio nature nr̄e
eſt indita ¶ Ad. vij. dōm ꝙ in illa diuiſione p̄hi actus in Ad 7
habitu includit̄. eo ꝙ habitus ex actib⁹ generari ꝓbaue/
rat ⁊ ſimiliū actuū eos eē p̄ncipiū. ⁊ ſic ꝯſcia nō eſt habi
tus nec potētia. ſed actus q̄ ad habitum reducitur

# Secūdo querit̄. utruꝫ

cōſcia poſſit errare ¶ Et videt̄ ꝙ nō. naturale 1
eī iudicatoriū nunq̄ errat. ſꝫ cōſcia eſt naturale iudica/
toriū ſm Baſil. ergo nō errat ¶ Pre. Cōſcia aliq̄d addit ſu 2
per ſciam. illud aūt nihil diminuit de rōe ſcie. ſed ſcia nū/
q̄ errat. q2 eſt habitus quo ſꝑ verꝝ dr̄. vt pꝫ in. vi. ethico.
ergo nec ꝯſcia errare pt̄ ¶ Pre. Synderesis ē ſcintilla ꝯſcie 3
tie. vt dr̄ in glo. Ezechi. i. ergo conſcia ꝯpat̄ ad ſynderesim ſi
cut ignis ad ſcintillā. ſed eadē eſt oꝑatio ⁊ mot⁹ ignis et
ſcintille. ergo ⁊ cōſcie ⁊ ſynderes̄. ſed ſynderes̄ nunq̄ errat. ergo 4
nec cōſcia ¶ Pre. Cōſcia ſm Dam. li°. iiij. eſt lex noſtri in
tellectus. ſed lex eſt certior q̄ ipe intellectus. intellectus
aūt ſꝑ eſt rectus. vt dr̄ in li. de aīa. ergo multo fortius cōſcia
ſꝑ eſt recta ¶ Pre. Rō ex ea parte q̄ ſynderesim attingit 5
nō errat. ſed rō cōiuncta ſynderesi facit cōſciam. ergo cōſcia
nunq̄ errat ¶ Pre. In iudicio ſtat̄ dictis teſtiū. ſed in iu 6
dicio diuino teſtis eſt cōſcia. vt pꝫ Ro. ij. cū igit̄ iudiciū
diuinū nunq̄ poſſit falli. videt̄ ꝙ cōſcia nūq̄ errare poſſꝫ
¶ Pre. In oibus regulam ad quā regulant̄ alia habere 7
oportet rectitudinē indeficientē. ſed regula q̄dā humanoꝝ
oper ꝝ eſt cōſcia. ergo oportet cōſciam eſſe rectā. ¶ Pre. Spes
[illegible] 8
cōſcia bona ſed ſpes eſt certiſſima. vt habet̄ Heb. [illegible]
tiſſimū ſolaciū habeam⁹ q̄ cōfugim⁹ ad ꝓpoſitaꝫ ſpem ergo
cōſcia indeficientē rectitudinē habet
¶ Sed cōtra eſt qđ dr̄ Joh. xvi. venit hora vt oīs q̄ Contra
interficit vos ⁊c. ergo his q̄ occidebāt apl'os dictabat ꝯſcia
ꝙ ex hoc placerēt deo. ſed hoc eſt erroneū. ergo cōſcientia
errat ¶ Prete. Cōſcia collatōem quandā dr̄. ſed rō cōfe/
rendo decipi pt̄. ergo cōſcientia errare poteſt.
¶ Rñſio dōm ꝙ ſicut ex dictis pꝫ. cōſcia nihil aliud ē Rñſio
q̄ applicatio ſcie in aliquē ſpeialē actū. In q̄ q̄dem applica Diſtīctō
tione ꝯtingit eſſe errorē dupl'r. Uno mō ꝙ illud qđ appli
cat̄ in ſe errorē hꝫ. Alio mō ex eo ꝙ nō recte applicat̄. ſicut
in ſyllogiſando cōtingit peccatuꝫ dupl'r. vel ex eo ꝙ aliq̄s
falſis vtit̄. vel ex eo ꝙ nō recte ſyllogizat. ſꝫ ex hoc ꝙ falſis
vtat̄ ex vna ꝑte q̄dē cōtingit. aut ex alia ꝑte nō cōtingit
dictū eſt eīm ſup̄ ꝙ ꝑ cōſciam applicat̄ noticia ſynderesis ⁊
rōnis ſuꝑioris ⁊ inferioris ad actū ꝑticularē examinādū
cū aūt actus ſit ꝑticularis ⁊ ſynderesis iudiciū vl'e exiſtat
nō pt̄ applicari iudiciū ſynderesis ad actū niſi fiat aſſum/
ptio alicui⁹ ꝑticularis. quā q̄dē ꝑticularē q̄nq3 ſubmini/
ſtrat rō ſuꝑior. q̄nq3 inferior. ⁊ ſic cōſcia ꝑficit̄ quodā ſyl/
logiſmo ꝑticulari. vt ſi ex iudicio ſynderesis ꝓferat̄. nihil
ꝓhibitū lege dei faciendū eſt. ⁊ ex noticia ſuperioris aſſu
mat̄. cōcubitū cū iſta muliere eſt ꝓhibitū lege dei. fiet ap
plicatio cōſcie cōcludēdo ab hoc cōcubitu eſſe abſtinen/
duꝫ. In vniuerſali q̄dem iudicio ſynderesis errorē eſſe nō
cōtingit. vt ex ſup̄ dictis pꝫ. ſed in iudicio rōnis ſuꝑioris
cōtingit eſſe peccatū. ſicut cū q̄s exiſtimat eē ſm legē dei vl'
cōtra qđ nō eſt. vt heretici q̄ credūt iuramentū a deo eſſe

pꝛohibitū. ꝛ ita erroꝛ accidit in cōſcientia ꝓpter falſitatē
que erat in ſupꝛioꝛi pte rōnis. et ſilr ꝯtingit erroꝛ in ꝯſciā
ex erroꝛe exiſtente in inferioꝛi pte rōnis. vt cū aliqs erret
circa ciuiles rōnes iuſti vel iniuſti. honeſti vel inhoneſti.
et hoc aūt ꝙ nō recto mō applicatio fiat etiam in ꝯſciā er-
roꝛ ꝯtingit. qꝛ ſicut in ſyllogizando in ſpeculatiuis contin-
git foꝛmā debitā arguēdi ptermitti. ꝛ ex hoc in cōcluſio-
ne accidere falſitatē. ſic etiā contingit in ſyllogiſmo qui in
Nota operabilibꝫ reqritur. vt dictū eſt Sciendū tñ ꝙ in qui-
tãtū poteſt eſſe dupliciter. ſcilicet negatio vel aliqua relatio. Omnis enī poſitio abſoluta aliquid in rerum natura exiſtens ſignificat Sic ergo ſuper ens qḋ eſt prima cõceptio intellectꝰ vnū addit illud qḋ eſt rõnis tm̄ ſcꝫ negationē tm̄. dicitur enī vnū quod ē ens indiuiſum. Sꝫ verū et bonum poſitiue dicūtur. vnde non poſſunt addere niſi relationem que ſit rationis tantū. Illa enī relatio ſcḋm phm in quinto Metaphyſ. dicitur eſſe rationis tantum. ſcḋm quam dicitur referri illud quod non dependet ab alio ad quod refertur. ſed ecõuerſo eſt illa relatio quedam dependentia. ſicut patet in ſcientia ꝛ ſcibili. ſenſu et ſenſibili. ſciẽtia enī dependet a ſcibili. ſed non econuerſo. Vnde relatio qua ſcientia refertur ad ſcibile ē realis. relatio vero qua ſcibile ad ſcientiam refertur eſt rationis tãtum. Dicitur enī ſcibile relatiuū ſm phm. nõ q̇a ipſum referatur. ſed quia aliquid refertur ad ipſum. Et ita eſt in omnibus alijs que ſe habent vt menſura ꝛ menſuratum. vel perfectiuū et perfectibile Oportet igitur ꝙ verum et bonū ſuper intellectum entis addant reſpectū perfectiui In quolibet enī ente eſt duo cõſiderare. ſcilicet ipſam rationem ſpeciei et eſſe ipſum quo aliquid ſubſiſtit in ſpecie illa Et ſic aliquod ens poteſt eſſe perfectiuū dupliciter. vno modo ſcḋm rationem ſpeciei tantum. ꝛ ſic ab ente ꝑficitur intellectus qui percipit rationẽ entis non tamen eſt ens in eo ſcḋm eſſe naturale. et ideo hunc modum perficiendi addit verum ſuper ens. verum enī eſt in mente. vt dicit phs in ſexto metaphyſ. ꝙ vnumqḋ q̄ ens in tãtum dicitur verum inquantū conformatum eſt vel conformabile intellectui. et ideo omnes recte diffinientes verum ponunt in eius diffinitione intellectum. Alio modo ens eſt perfectiuū alterius non ſolum ſcḋm rationem ſpeciei. ſed etiam ſcḋm eſſe quod habet in rerū natura. Et per hunc modum eſt perfectiuū bonum. bonum enī eſt in rebus vt dicit phs ſexto metaphyſ. Inquantum enī vnum ens eſt ſcḋm eſſe ſuum perfectiuum alterius. et ꝯſummatiuū habet rationem finis reſpectu illius qui ab eo perficitur Et inde eſt ꝙ omnes recte diffinientes bonum. ponunt in ratione eius aliquid quod pertinet ad habitudinem finis. vnde phs dicit in primo ethycorum. ꝙ bonum optime diffinierunt dicentes ꝙ bonum eſt qḋ omnia appetunt. Sic ergo primo et principaliter dicitur bonum ens perfectiuū alterius per modum finis. ſed ſcḋario dicitur aliquid bonum quod ē ductiuum in finem prout vtile dicitur bonum. vel quod natum eſt conſequi finem. ſicut et ſanum dicitur non ſolū habens ſanitatem. ſed perficiens et conſeruãs et ſignificans.

¶ Ad primū igitur dicẽdum. ꝙ cum ens dicitur abſolute. bonum vero ſuperaddat habitudinem cauſe finalis ipſa eſſentia rei abſolute conſiderata ſufficit ad hoc ꝙ p eam aliquid dicatur ens. non autem ad hoc vt per eam aliquid dicatur bonum. Sicut enī in alijs generibꝫ cauſarum habitudo ſecunde cauſe dependet ab habitudine prime cauſe. prime vero cauſe habitudo non dependet Ad .1.

ex aliquo alio. ita etiam ē in cauſis finalib9. quia ſecundi
fines participant habitudinē cauſe finalis ex ordine ad
vltimū finem. Ipſe autem vltimus finis habet hanc ha
bitudinem ex ſeipſo. ꝛ inde eſt ꝙ eſſentia dei que eſt vl/
timus finis rerum ſufficit ad hoc ꝙ per eam dicatur de
us bonus. ſed eſſentia creature poſita nō dicitur res bo
na niſi ex habitudine ad deum ex quo habet habitudinē
cauſe finalis. Et pro tāto dicitur ꝙ creatura non eſt bo
na per eſſentiam. ſed per participationem. vno modo ſci
licet inquantum ipſa eſſentia ſcōm rationem intelligen/
di conſideratur vt quid aliud ꝗ̄ habitudo ad deum a
quo habet rationem cauſe finalis ꝛ ad quem ordinatur
vt ad finem. Sed ſcōm alium modum creatura poteſt
dici per eſſentiam bona inquātum eſſentia creature non
inuenitur ſine habitudine ad dei bonitatem. Et hoc in
Ad 2 tendit Boecius in libro de ebdo. ¶ Ad ſecūdum dicē
dum. ꝙ non ſolum negatio dicit id qđ eſt rationis tan/
Ad 3 tum. ſed etiam quedam relatio vt dictum eſt. ¶ Ad ter
tium dicendum. ꝙ omnis relatio realis eſt in genere de
terminato. ſed relationes nō reales poſſunt circuire om
ne ens. ¶ Ad quartum dicendum. ꝙ diffundere licet
Ad 4 ſcōm proprietatem vocabuli videatur importare opera
tionem cauſe efficientis. tamen largo modo poteſt im/
portare habitudinem cuiuſcunqꝫ cauſe. ſicut influere ꝛ fa
cere et alia huiuſmodi. Cum autem dicitur ꝙ bonū eſt
diffuſiuum ſcōm ſui rationem. non eſt intelligenda diffu
ſio ſcōm ꝙ importat operationem cauſe efficientis. ſed
ſcōm ꝙ importat habitudinem cauſe finalis. et talis dif
fuſio non eſt mediante aliqua virtute ſuperaddita. Di
citur autem bonum diffuſiuū ſm genus cauſe finalis et
non cauſe efficientis. Tum quia efficiens inquantum
huiuſmodi non ē rei menſura ꝛ perfectio. ſed magis ini
tium. tum quia effectus participat cauſam efficientem
ſm aſſimilationem forme tātum. ſed finem conſequitur
res ſm eſſe totum ſuum. ꝛ in hoc conſiſtit tota ratio bo/
ni. ¶ Ad quintū dicendū. ꝙ dupliciter aliqua poſſunt
Ad 5 eſſe vnum in deo ſcōm rem. vno modo ex parte eius in
quo ſunt tantum. ꝛ non ex propria ratione. ſicut ſcientia
et potentia. non enī ſcientia ex hoc ꝙ ſcientia eſt idē qđ
potētia ſcōm rem. ſed ex hoc ꝙ eſt diuina. et que ſic ſunt
vnum re in deo. in creaturis inueniūtur differre ſcōm rē
Alio modo ex ipſa ratione eoꝝ que dicūtur eſſe vnum
realiter in deo. et ſic bonum et ens ſunt vnum in deo rea
liter. quia de ratione boni eſt ꝙ non differat ſcōm rē ab
ente. ꝛ ideo vbicunqꝫ inuenitur bonum et ens ſunt idē
Ad 6 ſcōm rem. ¶ Ad ſextum dicēdum. ꝙ ſicut ens quoddā
eſt eſſentiale et quoddam accidētale ita quoddā eſt bo/
num eſſentiale ꝛ bonum quoddā accidentale. Et ideo
eodem modo amittit aliquid bonitatem ſicut eſſe ſub/
Ad 7 ſtantiale vel accidentale. ¶ Ad ſeptimū dicēdum. ꝙ ex
habitudine predicta cōtingit ꝙ bonum ſm rationem di
Ad 8 catur ens determinatiue vel informatiue. ¶ Ad octa/
uū dicendum. ꝙ iſti rationi aliquid reſpondet in re. ſcili/
cet realis dependentia eius quod eſt ad finem ipſum. ſi
Ad 9 cut eſt in alijs rationis relationibus. ¶ Ad nonum di/
cendum. ꝙ ꝗ̄uis bonum dicat aliquā ſpecialem habitu
dinem ſcilicet finis. tamen illa habitudo competit cuili/
bet enti. nec ponit aliquid ſcōm rem in ente: vnde ratio
Ad 10 non ſequitur. ¶ Ad decimū dicēdum. ꝙ riſibile ꝗ̄uis
conuertatur cum homine. tamen addit aliquā naturam
extraneam ſuper hominē que eſt preter eſſentiam homi
nis. ſic autem nihil poteſt addi ſuper ens vt dictum eſt.

¶ Primū vero quod in contrariū obijcitur concedi/ Solōnes
mus. quia bonum ſcōm ꝙ bonum nō addit aliquid ſm instātiarū
rem ſupra ens. Scōm vero probat ꝙ nec etiam ſcōm Ad .1.
rationem. Ideo ad ſcōm dicendū. ꝙ dupliciter poteſt in Ad 2
telligi aliquid ſine altero. vno modo per modum enun/
ciandi dum ſcilicet intelligitur vnum eſſe ſine altero. ꝛ h̄
modo quicquid intellectus poteſt intelligere ſine altero
deus poteſt facere. Sic autem ens non poteſt intelligi ſi
ne bono vt ſcilicet intellectus intelligat aliquid eſſe ens
et non bonum. Alio modo poteſt intelligi aliquid ſine al
tero per modum diffiniendi. vt ſcilicet intelligatur vnū
nō cointellecto altero. ſicut ſi animal intelligatur ſine ho
mine et omnibus alijs ſpeciebus. ꝛ ſic ens poteſt intelli
gi ſine bono. Nec tamē ſequitur ꝙ de9 poſſet facere ens
ſine bono. quia hoc ipſum quod eſt facere eſt producere
aliquid in eſſe.

# Ecūdo queritꝰ. utrū

ens et bonum cōuertātur ſcōm ſuppoſita. Et .1.
videtur ꝙ non. Oppoſita enī nata ſunt fieri circa idem.
bonum autem ꝛ malū ſunt oppoſita. cum ergo malū nō
ſit natum in omnibus eſſe. quia vt dicit Auicen. ꝙ vltra
orbem lune non eſt malum. videtur ꝙ nec bonū in omni/
bus entibus inueniatur. ꝛ ita bonum cum ente non con
uertitur. ¶ Prete. Quecūqꝫ ita ſe habent ꝙ vnum ali/ 2
quid ad plura ſe extendit ꝗ̄ aliud. non ſunt conuertibi/
lia ad inuicem. ſed ſicut in. iiij. capitu. de di. no. Commē.
dicit Maximus. aliqđ bonum ad plura ſe extendit ꝗ̄
ens. extendit enī ſe ad non entia que per bonum vocan
tur in eſſe. ergo bonum et eſſe non ſunt conuertibilia.
¶ Prete. Sicut dicit Algazel. bonum eſt perfectio cui9 3
apprehenſio eſt delectabilis. ſed non omne ens habet per
fectionem. materia enī prima non habet pfectionem ali/
quā. ergo nec omne ens bonum eſt. ¶ Prete. In mathe 4.
maticis eſt ens non autem ibi eſt bonum. vt patet per
phm in tertio metaphyſice. ergo bonū et ens non con/
uertūtur. ¶ Prete. In libro de cauſis dicitur. ꝙ prima
rerum creatarū eſt eſſe. ſed ſcōm phm in predicamen. pri 5
us eſt a quo non cōuertitur conſequētia ſubſiſtendi. er/
go ab ente non cōuertitur cōſequentia ad bonum. ꝛ ita
ens et bonū non conuertūtur. ¶ Prete. Diuiſum non 6
cōuertitur cum aliquo diuidētium. ſicut animal cum ra
tionali. ſed ens diuiditur per bonū ꝛ malum cum multa
entia mala dicantur. ergo bonum ꝛ ens non conuertun/
tur. ¶ Prete. Priuatio ſm phm in decimo metaphyſ. 7
dicitur ens quodāmodo. ſed nullo modo poteſt dici bo/
num. alias malum cuius ratio in priuatione boni ꝯſiſtit
eſſet bonum. ergo bonū ꝛ ens non conuertūtur. ¶ Pre. 8
Scōm Boe. in libro de ebdo. propter hoc omnia dicun
tur eſſe bona. quia ſunt a bono quod eſt deus. ſed boni/
tas dei eſt ipſa ſapientia ſua et ſua iuſtitia. ergo eadem ra
tione omnia que ſunt a deo eſſent ſapientia ꝛ iuſtitia. qđ
eſt falſum. ergo ꝛ primū ſcꝫ ꝙ omnia ſunt bona.
¶ Sed contra. Nihil tendit niſi in ſuum ſimile. ſed Contra
omne ens tendit in bonum vt Boe. dicit in libro de eb/
do. ergo omne ens eſt bonum. nec poteſt aliquod eē bo/
num niſi aliquo modo ſit. ergo bonum ꝛ ens conuertun
tur. ¶ Prete. A bono non poteſt aliquid eſſe niſi bonū
ſed omne ens procedit a diuina bonitate. ergo omne ens
eſt bonum. ꝛ ſic idem qđ prius.

Rꝫo. ¶ Reſpõſio dicendū. ꝙ cū ratio boni in hoc cõſiſtit
ꝙ aliqͦd ſit perfectiuū alteriꝰ per modū finis o͞ne illud
qͦd inuenitur habere rationem finis habet etiam rationez
Diſtĩctõ boni. Duo autez ſunt de ratione finis. vt ſcilicet ſit ap
petitum vel deſideratum ab his que ad finem nondum
attingunt. ⁊ vt ſit dilectum et quaſi delectabile ab his q̄
finem participant cum eiuſdem rationis ſit tendere in fi-
nem et in fine requieſcere. ſicut per eandem naturam la-
pis mouetur ad medium et quieſcit in medio. Hec au
tem duo inueniūtur competere ipſi eſſe que enī nondūz
eſſe participant. in eſſe quodaz naturali appetitu tendūt
Unde et materia appetit formaz ſcd̃m ph̃m primo phy
ſicorum. Omnia autem dum iam eſſe habēt illud eſſe ſu
um naturaliter amant et ipſum tota virtute conſeruant
Unde Boecius dicit in tertio de Conſol' Dedit diuina
prouidentia creatis a ſe hanc rebus maximam manēdi
cauſaz vt quoad poſſunt naturaliter manere deſiderēt.
quare nihil eſt quod vllo modo queas dubitare cuncta
que ſunt naturaliter appetere conſtantiam permanen-
di deuitare perniciē. Ipſum igitur eſſe habet rationē bo
ni. vnde ſicut impoſſibile eſt ꝙ ſit aliquod ens quod nõ
habeat eſſe. ita neceſſe eſt vt omne ens ſit bonum. ex hoc
ipſo ꝙ eſſe habet. q̄uis enī et in quibuſdam entibꝰ mul-
te rationes bonitatis ſuperaddātur ſuper ſuū eſſe quo
ſubſiſtant. cum autem bonum rationem entis includat
vt ex predictis patet. impoſſibile eſt aliquod eſſe bonum
quod non ſit ens. Et ita relinquitur ꝙ bonum ⁊ ens cõ
uertuntur.
Ad .1. ¶ Ad primū igitur dicendum. ꝙ bonum et malum
opponūtur per modum habitus et priuationis. non ta-
men oportet ꝙ cuicunq̄ ineſt habitus nata ſit ineſſe pri
uatio. ⁊ ideo. non oportet vt in quibuſcunq̄ natum ē eſſe
bonum natum ſit eſſe malum. In contrarijs etiā quan
do vnum ineſt per naturam alterum nõ eſt natum ineſſe
eidem ſcd̃m phyloſophum in predicamentis. bonū au-
tem cuilibet enti naturaliter ineſt. cum dicatur bonuz ex
Ad 2 ipſo naturali ſuo eſſe. ¶ Ad ſecundum dicendum. ꝙ bo
num non ſe extendit ad non entia per predicationem. ſed
per cauſalitatem inquãtum non entia appetunt bonū. vt
dicamus non entia ea que ſunt in potentia ⁊ non in actu
ſed eſſe forte non habet cauſalitatem. niſi ſcd̃m rationem
cauſe exemplaris. que quidem cauſe non ſe extendunt ni
Ad 3 ſi ad ea que actu eſſe participant. ¶ Ad tertium dicen-
dum. ꝙ ſicut materia prima eſt ens in potentia et non in
actu. ita eſt perfecta in potentia ⁊ non in actu. bona in po
Ad 4 tentia ⁊ non in actu. ¶ Ad quartum dicendum. ꝙ ea
que mathematicus conſiderat ſcd̃m eſſe quod habent in
rebus ſunt bona. ipſum enī eſſe linee vel numeri bonum
eſt. ſed a mathematico non conſiderātur ſcd̃m eſſe ſuum
ſed ſolum ſcd̃m rationem ſpeciei. Conſiderat enī ea ab-
ſtracte. non autem ſunt abſtracta ſm̄ eſſe. ſed ſolum ſm̄
rationem. Dictum eſt enī ꝙ bonum nõ ſequitur ſpeciei
rationem. niſi ſm̄ eſſe quod habet in re aliqua. ⁊ ideo ra-
tio boni non competit linee vel numero ſm̄ hoc ꝙ cadūt
in conſideratione mathematici q̄uis linea et numerus
Ad 5 bona ſint. ¶ Ad quintum dicēdum. ꝙ ens non dicitur
Ad 6 prius illo modo dicendi prius quem obiectio tangit. ſed
alio modo. ſicut abſolutum reſpectiuo. ¶ Ad ſextum di
cēdum. ꝙ aliquid poteſt dici bonum ex ſuo eſſe ⁊ ex ſua
proprietate vel habitudine ſuperaddita. ſicut dicit̃ ho-
mo bonus et inquãtum eſt iuſtus et caſtus vel ordina-
tus ad beatitudinem. Ratione igitur prime bonitatis
ens conuertitur cum bono et ecõuerſo. ſed ratione ſcd̃e
bonum diuidit ens. ¶ Ad ſeptimū dicendum. ꝙ priua Ad 7
tio non dicitur ens nature. ſed ſolummodo ens rationis
et ſic etiam eſt bonum rationis Nam priuatio ratione co
gnoſcitur. ⁊ quodcunq̄ tale bonum eſt. et mali cognitio
ſcd̃m Boeciū bono deeſſe non poteſt. ¶ Ad octauū dicē Ad 8
dum. ꝙ ſcd̃m Boecium aliquid dicitur eſſe bonū ex ipſo
ſuo eſſe. ſed iuſtum dicitur eſſe ratione alicuius ſue actio
nis. eſſe autem in omnia que a deo procedunt diffundi-
tur. non autem omnia participant illud agere ad qͦd iu
ſtitia ordinatur. q̄uis enī in deo ſit idez agere quod eſſe
ac per hoc ſua iuſtitia ſit ſua bonitas. tamē in creaturis
aliud eſt agere. aliud eſſe. vnde eſſe poteſt communicari
alicui cui agere non cõmunicatur. ⁊ quibus vtrunq̄ cõ
municatur non ſunt idem in eſſe agere ⁊ eſſe. vnde ⁊ ho-
mines qui ſunt iuſti ⁊ boni ſunt quidem boni inquantū
ſunt. ſed non iuſti inquantum ſunt. ſed inquãtum habēt
habitum quēdaz ad agere. Et ſimiliter poteſt dici de ſa
pientia ⁊ alijs huiuſmodi Uel aliter dicendum ſcd̃m
eundem. ꝙ iuſtum ⁊ ſapiens ⁊ alia huiuſmodi ſunt que
dam ſpecialia bona. cum ſint quedaz ſpeciales perfectio
nes. bonū autem aliquod perfectum abſolute deſignat.
Ab ipſo igitur deo procedunt res perfecte non eodem
modo perfectionis quo deus perfectus eſt. quia quod
fit non eſt ſcd̃m modum agentis. ſed ſcd̃m modum finis
Nec omnia que a deo perfectionem accipiūt eodem mo
do accipiunt. ⁊ ideo ſicut deo ⁊ creaturis omnibus com
mune eſt eſſe perfectum abſolute. non autem eſſe pfectū
hoc vel illo modo. ita eſſe bonum deo conuenit ⁊ omni
bus creaturis. ſed habere hanc bonitatem que eſt ſapiē-
tia vel que eſt iuſtitia. non oportet ꝙ ſit omnibus com-
mune. ſed quedam deo tãtum conueniunt. vt eternitas
et omnipotētia. quedam vero quibuſdã creaturis et deo
vt ſapientia ⁊ iuſtitia ⁊ huiuſmodi.

# Ertio queritur. vtruz

bonum ſit prius ſm̄ rationem q̄ verum. Et
videtur ꝙ ſic Illud enī quod eſt in rebus eſt prius eo qͦd 1
eſt tantum in apprehenſione. eo ꝙ ⁊ apprehenſio noſtra
cauſatur ⁊ menſuratur a rebus. ſed ſcd̃m ph̃m. vi. meta
phyſ. bonum eſt in rebus. verum autem in mente. ergo
bonum eſt prius q̄ verū ſcd̃m rationem. ¶ Prete. Pri 2
us eſt aliquid in ſe perfectum ſcd̃m rationem q̄ ſit alteri
us perfectiuū. ſed bonum dicitur aliquid inquãtum eſt
in ſe pfectum. verū autem inquãtum eſt pfectiuū alteri-
us. ergo bonum eſt prius q̄ verum. ¶ Prete. Bonum
dicitur p ordinem ad cauſam finalem. verū autem per or
dinem ad cauſam formalem. ſed cauſa finalis eſt prior q̄ 3
cauſa formalis. quia finis eſt cauſa cauſarū. ergo bonum
eſt prius vero ¶ Prete. Bonum particulare poſterius
eſt q̄ bonum vniuerſale. ſed verum eſt quoddam parti- 4.
culare bonum. eſt enī bonum intellectus vt dicit ph̃s in
ſexto ethycor. ergo bonum naturaliter ē prius ſcd̃m ra-
tionem q̄ verum. ¶ Prete. Bonum habet rationem fi- 5
nis. ſed finis eſt prior in intentione. ergo intentio boni ē
prior intentione veri.
¶ Sed contra. Bonum eſt perfectiuū affectus. ve- Inſtãtie
rum autez intellectus. intellectus vero naturaliter pre
cedit affectum. ergo ⁊ verum bonuz. ¶ Prete. Quanto 2
aliquid eſt immaterialius tanto eſt prius. ſed verum eſt

ſimmaterialiꝰ ꝗ bonũ. quia bonũ eſt in rebus materia
libꝰ. veꝝ āt ſolũ in mēte. ꝗ veꝝ naturaliter ē ꝑus bono
Rſo. ¶ Reſponſio dicēdum. ꝙ tam verũ ꝗ bonũ ſcđꝫ ꝙ
dictum eſt habet ratiōnē ꝑfectionũ ſiue ꝑfectoꝝ. Ordo
aũt inter ꝑfectiones aliquas poteſt attendi dupliciter.
vno modo ex parte ipſaruꝫ ꝑfectionum. Alio modo ex
Diſtīctō parte ꝑfectibilium. Conſiderādo ergo veꝝ ⁊ bonũ ſcđꝫ
ſe. ſic verũ eſt prius bono ſcđm rationem. cum verum ſit
perfectiuũ alicuius ſcđm rationem ſpeciei. bonũ autē nō
ſolum ſcđm ratiōnē ſpeciei. ſed etiam ſm eſſe quod ha-
bet in re. ⁊ ita plura includit in ſe ratio boni ꝗ ratio ve-
ri. ⁊ ſic ſe habet quodāmodo ꝑ additionē ad illam. ⁊ ſic
bonũ preſupponit verũ. verũ aũt preſupponit vnum. cuꝫ
veri ratio ex apprehenſione intellectus perficiatur. vnde
vnũquodqꝫ eſt intelligibile inquātum eſt vnuꝫ. qui eñ
non intelligit vnũ nihil intelligit. vt dicit phs in quarto
metaphyſ. Vñ iſtoꝝ nominũ tranſcendentium talis eſt
ordo. ſi ſcđm ſe cōſiderātur primo eſt ens. deinde vnum.
deinde verũ. ⁊ poſt verũ bonum. Si aũt attendatur or-
do inter verũ ⁊ bonum ex parte ꝑfectibilium. ſic ecōuer
ſo bonum eſt naturaliter prius ꝗ verũ duplici ratione.
Primo. quia ꝑfectio boni ad plura ſe extendit ꝗ ꝑfectio
veri. vero eñ non ſunt nata perfici niſi illa q̄ poſſunt ali
quod ens recipe in ſeipſis. vel in ſeipſis habere ſm ſuam
rationem ⁊ non ſm illud eſſe qđ ens habet in ſcipſo. ⁊ hu
iuſmodi ſunt ſolũ ea que immaterialiter aliq̄d recipiunt.
vt ſunt cognoſcitiua. ſpecies eñ lapidis eſt in anima nō
aũt ſcđm eſſe qđ habet in lapide. Sed a bono nata ſunt
perfici illa etiam q̄ ſcđm materiale eſſe aliq̄d recipiũt. cũ
ratio boni in hoc conſiſtat ꝙ aliquid ſit perfectiuũ alteri
us tam ſcđm ratōnem ſpeciei ꝗ etiam ſcđm eſſe vt dictũ
eſt prius. ⁊ ideo omnia appetunt bonũ. ſed non oĩa co
gnoſcunt verũ. in vtroqꝫ eñ oſtenditur habitudo perfe
ctibilis ad ꝑfectionem que eſt bonũ ⁊ verũ. ſcilicet in ap-
petitu boni ⁊ in cognitione veri. Scđo. quia illa etiaꝫ q̄
nata ſunt ꝑfici vero ⁊ bono ꝑ prius perficiũtur bono ꝗ
vero. ex hoc eñ ꝙ eſſe participāt ꝑficiũtur a bono vt di-
ctum eſt. Ex hoc eñ ꝙ cognoſcũt ꝑficiũtur vero. cogni
tio aũt eſt poſterior ꝗ eſſe. vnde ⁊ in hac ꝯſideratōne ex
ꝑte perfectibiliũ bonum precedit verum.
Ad 1. ¶ Ad primũ ergo dicendum. ꝙ ratio illa procedit de
ordine boni ⁊ veri ex parte ꝑfectibiliũ. non aũt ex ꝑte ipſi
us boni ⁊ veri. mens eñ ſola ē ꝑfectibilis vero. ſed om-
Ad 2 nis res ꝑfectibilis eſt bono ¶ Ad. ij. dōm. ꝙ bonũ nō ſo
lum habet ratiōnē ꝑfecti. ſed etiā ꝑfectiui ſicut ⁊ verũ vt
Ad 3 prius dictũ eſt. ⁊ ideo nō ſequitur ratio. ¶ Ad. iij. dōm.
ꝙ finis ē prior in cauſando ꝗ aliqua aliarum cauſarum
cauſatum enim perficitur per ſuam cauſam. vnde ratio
illa procedit ſm ordinem perfectibilis ad perfectionem
in quo eſt prius. ſed abſolute conſiderando formā ⁊ finē
cum ipſa forma ſit finis prior eſt forma in ſe conſiderata
Ad 4 ꝗ ſm ꝙ eſt alterius finis. ratio aũt veri ex ipſa ſpecie con
ſurgit. prout eſt intellecta ſicut eſt. ¶ Ad quartũ dicen-
dum. ꝙ verum dicitur eſſe quoddam bonũ inquantum
habet eſſe in aliquo perfectibili ſpeciali. ⁊ ſic etiaꝫ hec ob
Ad 5 iectio ꝑtinet ad ordinem perfectibilis ad ꝑfectionem
¶ Ad quintũ dicendum. ꝙ finis dicitur eſſe prior inten
tione his que ſunt ad finē non alijs cauſis niſi ſm ꝙ ipſe
ſunt ad finem. ⁊ ſic ſoluendum eſt ſicut ad tertiũ. Eſt ta-
men ſciēdum. ꝙ cum dicitur ꝙ finis ē prior in intētione
intentio ſumitur pro actu mentis qui eſt intendere. cum
autem comparamus intentionem boni ⁊ veri. intentio
ſumitur pro ratione quā ſignificat diffinitio. vnde diffi-
nitio equiuoce accipitur vtrobiqꝫ. Solo in
¶ Ad primũ in contrariũ obiectum dicēdum. ꝙ ali- ſtantiaꝝ
quid eſt natum ꝑfici bono non ſolum mediante affectu. Ad 1.
ſed etiam inquātum habet eſſe. vnde ꝗuis intellectus ſit
prior affectu. non ſequitur ꝙ per prius ꝑficiatur aliquid
vero ꝗ bono. ¶ Ad ſecũdum dicēdum. ꝙ ratio illa pro Ad 2
cedit de vero ⁊ bono prout ſm ſe cōſiderantur vnde con
cedenda eſt.

## Quarto queritur. vtrum

omnia ſint bona bonitate prima. Et videt ꝙ 1.
ſic. Quia ſcđm Boe. in libro de ebdo. ſi intelligamus ꝑ
impoſſibile deum eſſe abſtracta ꝑ intellectum bonitate.
ſequitur omnia illa eſſe entia. nō autem bona. intellecta
autem in deo bonitate. ſequitur omnia eſſe bona ſicut en
tia. ergo omnia dicũtur bona bonitate prima.
¶ Sed diceres. ꝙ hoc ideo ꝯtingit. ꝙ nō intellecta bo- Solutio
nitate in deo non eſt bonitas in alijs creaturis. quia bo-
nitas creature cauſatur a bonitate dei. non quia denomi
netur res bona bonitate dei formaliter. ¶ Sed contra. 2
Quicũqꝫ denominatur aliquid aliquale ex ſolo reſpectu
ad alterũ. nō denominabitur tale ꝑ aliquid ſibi formali
ter inherens. ſed ꝑ illud quod eſt extra ipſum ad quod
refertur. ſicut vrina q̄ dicitur ſana ex hoc ꝙ ſignificat ſa-
nitatem animalis. non denominatur ſana ab aliqua ſani
tate ſibi inherente. ſed a ſanitate animalis quā ſignificat.
Sed creatura dicitur eſſe bona per reſpectum ad primā
bonitatem. quia ſm hoc vnũquodqꝫ dicitur bonũ quod
a primo bono defluxit. vt dicit Boe. in libro de ebdo. er-
go creatura non denominatur bona ab aliqua formali bo
nitate ĩ ipſa exiſtēte. ſed ab ipſa bonitate diuina. ¶ Pre. 3
Augꝰ. dicit octauo de tri. Bonum ē hoc ⁊ bonum eſt il-
lud. tolle hoc ⁊ illud ⁊ vide ipſum bonum. ſi potes ita de
um videbis. non aũt alio bono bonum. ſed bonum oĩs
boni. ſed ipſo bono quod eſt omnis boni bonum dicũtur
omnia bona. ergo diuina bonitate de qua loquitur oĩa 4
dicũtur bona. ¶ Prete. Cum omnis creatura ſit bona
aut ē bona bonitate ſibi inherēte. aut ſolum bonitate pri-
ma Si aũt bonitate ſibi inherēte. cum etiam illa ſit que-
dam creatura ⁊ ipſa bona erit. aut ergo ſe bonitate aut
alia. ſi ſe bonitate. ergo eſt bonitas prima. hec eñ eſt ra-
tio primi boni vt ex autoritate Augꝰ. iaꝫ dicta patet. ꝙ
ſeipſo ſit bonum. ⁊ ſic habetur propoſitũ ꝙ creatura ſit
bona bonitate prima. Si aũt illa bonitas ē bona bonita
te alia. eadē queſtio remanet de illa. aut ergo erit procede
re in infinitũ quod eſt impoſſibile. aut erit deuenire ad ali
quā bonitatē creatam denominātem que eſt bona ſeipſa
et hec ē bonitas prima. ergo oportet ꝙ omnis creatura 5
ſit bona bonitate prima. ¶ Pre. Scđm Anſelmũ. Om
ne verũ eſt verũ veritate prima. ſed ſicut veritas ꝑma ſe
habet ad vera. ita bonitas prima ſe habet ad bona. ergo
omnia ſunt bona bonitate prima. ¶ Pre. Quod nō po 6
teſt in minus non poteſt in maius. ſed minus eſt eſſe ꝗ
eſſe bonũ. ſed creatura nō pōt ſe eē. cũ oĩe eē ſit a deo. ꝗ
nec eē bonũ. ꝗ bonitas qua aliquid dicitur eē bonũ nō 7
eſt bonitas creata ¶ Pre. Scđm Hila. Eſſe eſt propri
um deo. ſed ꝓprium eſt quod vni ſoli conuenit. ergo nul
lum eſt aliud eſſe ꝗ ipſe deus. ſed oĩa ſunt bona inquā
tum habent eſſe. ergo omnia ſunt bona diuino eſſe quod
eſt eius bonitas. ¶ Pre. Bonitas prima nihil addit ſu 8

pra bonitatem. alias bonitas prima eſſet compoſita. ſed verum eſt omnia eſſe bona bonitate. ergo verum eſt om
Solõ nia eſſe bona bonitate prima ¶ Sed diceres. ꝙ bonitas prima addit ſupra bonitatem abſolutam ſcḋm rationē
9 et non ſcḋm rem. ¶ Sed contra. ratio cui non reſpōdet aliquid in re eſt caſſa ⁊ vana. ſed non ē ratio caſſa qua intelligimus bonitatem primā. ergo ſi addit aliqd ſm rationē. addit etiam aliqd ſcḋm rem. qḋ eſt impoſſibile. ⁊ ſic nec etiam ſcḋm ratione addet. ⁊ ita dicetur eſſe bona bonitate prima. ſicut ⁊ bonitate abſoluta.

Contra ¶ Sed contra. Omnia ſunt bona inquātum entia. q2
.1. ſm Aug⁹. inquantū ſumus. boni ſumus. ſed non dicuntur omnia entia formaliter ꝑ eſſentiā primā. ſed ꝑ eſſentiam creatam. ergo nec omnia ſunt bona formaliter boni-
2 tate prima. ſed bonitate creata. ¶ Prete. Vertibile nō informatur invertibili cū ſint oppoſita. ſed omnis creatura eſt vertibilis. bonitas autē prima eſt invertibilis. ergo creatura non dicitur eſſe bona formaliter bonitate pⁱma. ¶ Prete. Omnis forma eſt proportionata ſuo perfecti
3 bili. ſed bonitas prima cum ſit infinita. non poteſt eſſe ꝓportionata creature cum ſit finita. ergo creatura non dicitur bona formalit' loquēdo bonitate prima. ¶ Prete.
4. Scḋm Aug⁹. viij. de trinita. omnia creata participatione boni bona ſunt. ſed participatio boni non eſt ipſa bonitas prima. ipſa eīm eſt totalis ⁊ perfecta bonitas. ergo
5 non omnia ſunt bona bonitate prima formaliter ¶ Pre. Creatura dicitur habere veſtigium trinitatis ſm ꝙ eſt vna ⁊ vera ⁊ bona. ⁊ ſic bonum ꝑtinet ad veſtigiū. ſed veſtigiū ⁊ partes eius ſunt aliquid creatum. ergo crea
6 tura eſt bona bonitate creata. ¶ Prete. Bonitas pⁱma eſt ſimpliciſſima. ergo nec in ſe compoſita nec alij componibilis. ⁊ ita nō poteſt eſſe alicui⁹ forma. cum forma veniat in cōpoſitionem eius cuius eſt forma. ſed bonitas qua aliqua dicūtur eſſe bona eſt forma quedā. cum oīne eſſe ſit a forma. ergo creature non ſunt bone bonitate prima formaliter.

R̄ſ° ¶ Reſponſio dicēdum. ꝙ circa hanc queſtionem di
Opio uerſimode aliqui poſuerūt. Quidam eīm friuolis rationibus ducti adeo decepti fuerūt ꝙ ponerent deū eſſe de ſubſtantia cuiuſlibet rei. quoꝝ quidam poſuerunt deum eſſe idem quod materia prima. vt dauid de dynanto. Quidam aūt poſuerunt ipſum eſſe formā cuiuſlibet rei

Repba° Cuius quidē erroris ſtatim falſitas aperitur. hoc eīm omnes de deo loquentes intelligunt ꝙ eſt omniū principium effectiuum. cum oporteat ipſa entia ab vno ipſo primo ente effluere. cauſa autem efficiens ſm doctrinā phi in ſcḋo phyſicoꝝ. cum cauſa materiali non coincidit in idem. cū habeant cōtrarias rationes. vnūquodqꝫ eīm eſt agens ſcḋm ꝙ eſt actu. materie vero ratio eſt in potētia eſſe. efficiens vero ⁊ forma effectus ſunt idem ſpecie. inquantū omne agens agit ſibi ſimile. ſed nō idem numero. quia nō poteſt idem eſſe faciens ⁊ factū. Ex quo patet ꝙ ipſa diuina eſſentia neqꝫ eſt materia alicuius rei. neqꝫ forma vt ea poſſit dici creatura formaliter bona. ſicut forma coniuncta. ſed quelibet eſt dei quedā ſimilitudo.

Opi.pla Et ideo platonici dixerunt. ꝙ ōnia ſunt bona formalit' bonitate prima. non ſicut forma ꝯiuncta. ſed ſicut forma ſeparata. Ad cuius intellectum ſciendū eſt. ꝙ Plato ea que poſſunt ſeparari ſm intellectum ponebat etiam ſm eſſe ſeparata. ⁊ ideo ſicut homo poteſt intelligi p̄ter ſortem ⁊ platonem. ita ponebat hominē eſſe preter ſortē et platonem. quē dicebat per ſe hominē. ⁊ ydeā hominis cuius participatione ſortes ⁊ plato dicebātur homines. Sicut aūt inueniebat hominē ꝯmunem ſorti ⁊ platoni ⁊ in omnibꝫ huiuſmodi. ita inueniebat bonū eſſe cōmune omnibꝫ bonis. ⁊ poſſe intelligi bonum non intelligendo hoc vel illud bonū. vnde ponebat bonū eſſe ſeparatum preter oīa bona ꝑticularia. ⁊ hoc ponebat bonū ꝑ ſe ſiue ydeā cuius ꝑticipatione oīa bona dicerent'. vt patet ꝑ phm in pⁱmo ethy. Sed ſcḋm eū hoc differebat inter ydeā boni ⁊ ydeā hominis. ꝙ ydea hominis nō ſe extēdebat ad oīa. ydea aūt boni ſe extendit ad oīa. etiam ad ydeas. nā etiā ipſa ydea boni eſt aliquid bonū. ⁊ ita oporteret dicere ꝙ ipſū ꝑ ſe bonū eſſet vniuerſale rerū omniū principiū qḋ eſt deus. vnde ſequitur ſcḋm hanc poſitionē. ꝙ oīa denominētur bona ipſa bonitate prima que ē deus. ſicut ſortes ⁊ plato. ſm Platonē dicūtur homines ꝑticipatōe hoīs ſeparati nō ꝑ humanitatē eis inherentē. Et hāc poſitionē ſecuti ſūt aliquo mō porritaniſte dicebant eīm ꝙ de creatura p̄dicam⁹ bonū ſimplr. vt cū dicim⁹ homo ē bon⁹. ⁊ bonū aliquo ſupaddito. vt cum oēs dicim⁹ ſortes ē bon⁹ hō. Dicebāt igit'. ꝙ creatura eſt bona ſimplr nō aliq̄ bonitate inherente. ſed bonitate pⁱma quaſi ipſa bonitas abſoluta ⁊ ꝯmunis eſſet bonitas diuina. ſed cū dicit' creatura ē bonū hoc vel illud. denominatur abſolute creatura. q2 ꝑticulares bonitates creature create ſunt ſicut ydee ꝑticulares ſm platonem

Repba° Sz hec opinio a phō reprobat' multiplicit'. tū ex hoc ꝙ quidditates ⁊ forme reꝝ inſunt ipſis rebꝫ ꝑticularibꝫ et nō ſunt ab eis ſeparate vt ꝓbatur multiplicit' in. vij. metaphyſ. Tū etiā ſuppoſitis ydeis ꝙ ſpecialiter illa poſitio nō habeat locū de bono. q2 bonū nō vniuoce dicit' de bonis. ⁊ in talibꝫ nō aſſignat' vna idea ſm platonē. ꝑ quā viā procedit cōtra eū phs pⁱmo ethy. Specialiter tamē quantū ad ꝓpoſitum pertinet apparet falſitas p̄dicte poſitionis ex hoc ꝙ omne agens inuenit' ſibi ſimile agere. vnde ſi ipſa bonitas ſit effectiua omniū bonoꝝ. oportet ꝙ ſimilitudinē ſuā imprimat in rebꝫ effectis. ⁊ ſic vnumquodqꝫ ē dicere bonū. ſicut forma inherēte ꝑ ſimilitudinem ſummi boni ſibi inditā. ⁊ vlterius ꝑ bonitatē pⁱmā ſicut ꝑ exēplar ⁊ effectiuū oīs bonitatis create. ⁊ quātum ad hoc opinio platonis ſuſtineri pōt. Sic igitur dicimus ſcḋm communē opinionem. ꝙ omnia ſunt bona bonitate creata formaliter. ſicut forma inherente. bonitate vero increata ſicut forma exemplari.

¶ Ad primū igitur dicendum. ꝙ ſicut tactum eſt primis. pro tanto creature non eſſent bone niſi bonitas intelligeretur in deo. quia bonitas creature exemplatur a diuina bonitate vnde nō ſequitur. ꝙ creatura dicatur bona bonitate increata. niſi ſicut forma exemplari. ¶ Ad Ad .1. Ad 2
ſecūdum dicendum. ꝙ dupliciter denominatur aliqd ꝑ reſpectū ad alterū. vno mō quando ipſe reſpect⁹ ē ratio denominationis. ⁊ ſic vrina dicit' ſana ꝑ reſpectū ad ſanitatē animalis. ratio eīm ſani ſm ꝙ de vrina p̄dicatur ē ſignū ſanitatis aīalis. ⁊ i talibꝫ qḋ denominat' ꝑ reſpectū ad alterum non denominatur ab aliqua forma ſibi inherente. ſed ab aliquo extrinſeco ad qḋ refertur. Alio modo denominatur aliquid per reſpectum ad alterum quādo reſpectus non eſt ratio denominationis. ſed cauſa. Sicut ſi aer dicatur lucens a ſole non ꝙ ipſum referri aerem ad ſolem ſit lucere aeris. ſed quia directe oppoſitio aeris ad ſolem eſt cauſa ꝙ luceat. ⁊ hoc modo creatura dicitur eſſe bona per reſpectum ad deum. vnde ratio nō ſequitur. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ Aug⁹. in multis Ad 3

opinionem Platonis ſequitur quantū fieri poteſt ſm fidei veritate. ⁊ ideo verba ſua ſunt ſic intelligēda ꝙ ipſa diuina bonitas dicatur eſſe bonum omnis boni. inquantum eſt cauſa efficiens prima ⁊ exēplaris omnis boni ſine hoc ꝙ excludatur bonitas creata qua creature deno-
Ad 4 minātur bone ſicut forma inherēte. ¶ Ad quartū dicendum. ꝙ aliter ſe habet in formis generalibꝫ. ⁊ aliter in formis ſpecialibus. In formis enī ſpecialibus non recipit predicatio concreti de abſtracto. vt dicatur albedo ē alba et calor eſt calidus. vt patet p Dyoniſ. iiij. ca. de di. no. ſed in formis generalibꝫ huiuſmodi predicatio recipitur dicimus enī ꝙ eſſentia eſt ens. ⁊ bonitas eſt bona. ⁊ vnitas eſt vna. ⁊ ſic de alijs. Cuius ratio ē. quia id qđ primo cadit in apprehenſione intellect⁹ ē ens. vnde oportet ꝙ cuicūqꝫ apprehenſo p intellectum intellectus attribuat hoc qđ eſt ens. ⁊ ideo cum apprehendat eſſentiam alicuius entis dicit illam eſſentiam eſſe ens. ⁊ ſimiliter vnāquāqꝫ formā generalem et ſpecialem vt bonitas eſt ens albedo eſt ens. ⁊ ſic de alijs. ⁊ quedaꝫ ſunt que concomitantur rationem entis inſeparabiliter. vt vnum bonum et huiuſmodi. oportet ꝙ hoc etiam de quolibet apprehenſo predicetur ea ratione qua ens. vnde dicimus eſſentia eſt vna ⁊ bona. ſiľr dicimus vnitas eſt vna et bona et ita etiam de bonitate ⁊ albedine. ⁊ qualibet forma generali et ſpeciali. Sed quia album eſt ſpeciale nō concomitatur inſeparabiliter rationem entis. vnde poteſt apprehendi forma albedinis ſine hoc ꝙ attribuatur ei eſſe album vnde non cogimur dicere albedo eſt alba. album enī vno modo dicitur ens ⁊ bonum et vnum ⁊ alia huiuſmodi que de quolibet apprehenſo neceſſe ē dici. Multipliciter enī aliquid dicitur ens quia in ſe ſubſiſtit. Aliquid quia eſt principium ſubſiſtendi. vt forma. Aliquid quia ē diſpoſitio ſubſiſtentis. vt qualitas. Aliqđ quia eſt ſubſiſtentis priuatio. vt cecitas. ⁊ ideo cum dicimus eſſentia eſt ens. ſi procedatur. ergo eſt aliquo ens vel a ſe vel alio. proceſſus nō ſequitur. quia nō dicebatur hoc modo ens ſicut aliquid ſubſiſtens in eſſe ſuo eſt ens. ſed ſicut quo aliquid eſt. vnde non oportet querere quo aliquo ipſa eſſentia ſit. ſed quomodo aliqđ alterū eſt p eſſentiam. Similiter cum dicitur bonitas eſt bona nō hoc modo dicitur bona quaſi in bonitate ſubſiſtens. ſed hoc modo quo bonuꝫ dicimus illud quo aliquid bonū eſt. ⁊ ſic nō oportet querere vtrū bonitas ſit bona ſe bonitate vel alia. ſed vtrum illa bonitate ſit aliquid bonum quod ſit alterum ab ipſa bonitate. ſicut ē in creaturis. vel quod ſit ideꝫ cū
Ad 5 ipſa bonitate ſicut eſt in deo. ¶ Ad quintū dicēdum. ꝙ ſimiliter ē diſtinguēdum de veritate. ſcilicet ꝙ oīa ſunt vera veritate prima ſicut exēplari primo. cū tamen ſint vera veritate creata ſicut forma inherēte Sed tamē alia ratio eſt de veritate ⁊ bonitate. ipſa enim ratio veritatis in quadam adequatione ſiue cōmenſuratione conſiſtit. denominatur enī aliquid mēſuratum vel commenſuratum ab aliquo exteriori. ſicut pānus ab vlna. ⁊ ſcđꝫ hūc modum intelligit Anſelm⁹ omnia eſſe vera veritate prima. inquantū ſcilicet vnumquodqꝫ eſt ens cōmenſuratū diuino intellectui implendo illud ad quod diuina prouidentia ipſum ordinauit vel preſciuit. Ratio autem bonitatis non conſiſtit in commenſuratione. vnde non eſt
Ad 6 ſimile. ¶ Ad ſextum dicendum. ꝙ creatura non poteſt eſſe hoc modo. quia a ſeipſa eſſe habeat. poteſt tamē alia ratione eſſe ꝙ ſit principium formale eſſendi. ſic enī quelibet forma ineſſe poteſt. ⁊ per hunc modum etiam bonitas creata poteſt ineſſe bono tanqꝫ formale principium.
¶ Ad ſeptimū dicendum. ꝙ cum dicitur eſſe eſt propri- Ad 7
um dei. non eſt intelligēdum ꝙ nullum aliud eſſe ſit niſi increatum. ſed ꝙ ſolum illud eſſe proprie dicitur eſſe in quantum ratione ſue immutationis non nouit fuiſſe vel futurum eſſe. eſſe autem creature dicitur eſſe per quandam ſimilitudinem ad illud primum eſſe cum habeat pmixtionem eius qđ eſt futurum eſſe vel fuiſſe ratione mutabilitatis creature. Vel poteſt dici ꝙ eſſe eſt proprium deo. quia ſolus deus eſt ſuum eſſe. q̄uis alia eſſe habeant quod eſſe non eſt eſſe diuinū. ¶ Ad. viij. dicendū. Ad 8
ꝙ bonitas prima nihil addit ſcđm rem ſupra bonitateꝫ abſolutam. addit aūt aliqđ ſcđm rationem. ¶ Ad. ix. di- Ad 9
cendū. ꝙ ſicut dicit Cōmentator in libro de cauſis. ipſa bonitas prima ex hocipſo indiuiduatur. et a cūctis alijs diuiditur ꝙ nō aliquā additionem recipit. non aūt ē de ratione bonitatis abſolute. vt recipiat additionē vel nō recipiat. Si enī eſſet de ratione eius recipere additionē tunc quelibet bonitas additioneꝫ reciperet. ⁊ nulla eſſet bonitas pura. Similiter etiā ſi eſſet de ratione eius nō recipere additionē. nulla bonitas reciperet. ⁊ omnis bonitas eſſet bonitas pura. ſicut etiam de ratione animalis non eſt rationale nec irrationale. ideo hocipſum quod non eſt poſſe recipe additionem ꝯcomitatur bonitatem abſolutam. ⁊ diſtinguit primā bonitatem que ē bonitas pura ab alijs bonitatibꝫ. hoc aūt quod eſt nō recipere additionem cum ſit negatio eſt ens rationis ⁊ fundatur ſuper ſimplicitatē bonitatis prime. vnde non ſequitur ꝙ ratio ſit caſſa ⁊ vana.

## Quinto queritur. vtruꝫ

bonū creatū ſit bonū per ſuam eſſentiam. Et
videtur ꝙ ſic. Illud enī ſine quo res non poteſt eſſe vide- 1
tur ei eſſentiale. ſed creatura ſine bonitate eē nō poteſt. qr nō poteſt eē aliqđ creatū a deo qđ nō ſit bonū. ergo creatura ē bona p eſſentiam. ¶ Pre. Creatura ab eodē ha- 2
bet eſſe et eē bonū. quia ex hocipſo ꝙ habet eſſe bona ē vt prius oſtenſum eſt. ſed creatura habet eē p ſuam eſſentiā ergo eſt bona p ſuam eſſentiam. ¶ Pre. Quicqđ cōuenit alicui inquantū huiuſmodi hoc ē ei eſſentiale. ſed bonum ꝯuenit creature inquantū eſt. quia ſicut dicit Auguſti. inquantū ſumus. boni ſumus. ergo creatura ē bona p ſuā eſſentiā. ¶ Pre. Cum bonitas ſit quedā forma
creata creaturis inherēs vt oſtenſum eſt. aut erit forma 4
ſubſtātialis aut accidentalis. ſi accidētalis aliqñ ſine ea creatura eſſe poterit. qđ de creatura dici nō poteſt. relinquitur ergo ꝙ ſit forma ſubſtātialis. ſed oīs talis forma vel ē eſſentia rei vel pars eſſentie. ergo creatura ē bona p ſuam eſſentiā. ¶ Pre. Scđm Boe. in libro de ebđ. 5
Creature ſunt bone inquantū a primo bono fluxerūt. ſed p ſuā eſſentiam fluxerūt a primo bono. ergo p eſſentiam ſuā ſunt bone. ¶ Pre. Semp denominās ē ſimpli-
cius vel eque ſimplex denomiato. ſed nulla forma addita 6
eſſentie ē ſimplicior vel eque ſimplex ipſi eſſentie. ḡ nulla forma ſupaddita eēntie denomiat ipſaꝫ eſſentiā. non enī poſſum⁹ dicere ꝙ eēntia ſit alba. ſed ipſa eēntia rei denominať bonitate. q̄libet enī eēntia bona ē. ḡ bonitas non ē forma ſupaddita eſſentie ⁊ ſic quelibet creatura ē bona per ſuam eſſentiam. ¶ Pterea. Sicut vnum conuertitur
cū ente ita ⁊ bonuꝫ. ſed vnitas a qua dicit vnū qđ cōuer- 7
titur cū ente nō dicit aliquā formā ſupadditā eēntie rei.

vt dicit Cõmẽ. in. iiij. metaphy. ſed vnaqueqꝫ res ē vna per ſuã eſſentiã. ergo vnaqueqꝫ res ē bona ꝑ ſuã eſſentiam.

8 ¶ Prete. Si creatura eſt bona per bonitatem aliquã ſuperadditam eſſentie. cum omne qđ eſt bonũ ſit. illa etiam bonitas cum ſit res quedam. bona erit. non autem bonitate alia. ſed per ſuam eſſentiam. quia ſic iretur in infinitum. ergo eadem ratione poterit dici ꝙ creatura ipſa eſſet bona per eſſentiam ſuam.

Cõtra. ¶ Sed contra. Nihil qđ de aliquo dicitur per participationem conuenit ei per ſuam eſſentiam. ſed creatura dicitur bona ꝑ participationẽ. vt dicit Aug°. viij. de trinitate. ergo creatura non eſt bona ꝑ ſuam eſſentiam.

¶ Prete. Omne illud qđ eſt bonum per eſſentiam ſuã eſt ſubſtantiale bonum. ſed creata non ſunt ſubſtantialia bona. vt patet per Boe. in libro de ebdo. ergo creatura non eſt bona ꝑ eſſentiam. ¶ Prete. De quocunqꝫ predicatur aliquid eſſentialiter oppoſitum eius de eo ꝑdicari non poteſt. ſed oppoſitum boni ꝑdicatur de creatura aliqua. ſcꝫ malum. ergo nõ eſt bona per eſſentiam.

Rñ°. ¶ Reſponſio dicẽdum. ꝙ ſm tres autores oportet dicere creaturas non eſſe bonas per eſſentiam. ſed ꝑ participationem. ſcꝫ ſm Auguſti. Boe. et autorem libri de cauſis. qui dicũt ſolum deum eſſe bonitatem primã. ſed tamen diuerſis rationibus ad vnam poſitionem mouentur. Ad cuius euidẽtiam ſciendum eſt. ꝙ ſicut ex dictis patet. ſicut ens multiplicatur per accidentale et eſſentiale ſic et bonitas. Sed tamẽ hoc inter vtrunqꝫ differt ꝙ aliquid dicitur ens abſolute. propter eſſe ſuũ ſubſtantiale. ſed propter eſſe ſuum accidentale non dicitur abſolute. Unde cum generatio ſit motus ad eſſe cũ aliquis accipit eſſe ſuum ſubſtantiale dicitur generari ſimpliciter. cum vero accipit eſſe accidentale dicitur generari ſm quid. et ſimiliter eſt de corruptione per quam eſſe amittitur. De bono autẽ eſt econuerſo. nam ſm ſubſtãtialem bonitatem dicitur aliquid bonũ ſm quid. ſm vero bonitatem accidẽtalem dicitur aliquid bonũ ſimpliciter. vnde hominem iniuſtũ non dicimus eſſe bonũ ſimpliciter. ſed ſm quid inquãtum eſt homo. hominem vero iuſtum ſimpliciter bonũ dicimus. Cuius diuerſitatis illa ratio eſt. nam vnumqđqꝫ dicitur ens inquantũ abſolute conſideratur. bonũ vero vt ex dictis patet per reſpectum ad alia. In ſeipſo aũt ꝑficitur aliquid vt ſubſtat per eſſentialia principia. ſed vt debito modo ſe habet ad omnia que ſunt extra ipſum nõ perficitur niſi mediãtibus accidentibus ſuperadditis eſſentie. quia operationes quibus vnũ alteri coniũgitur ab eſſentia mediantibus virtutibus eſſentie ſuꝑadditis progrediũtur. vnde abſolute nihil bonitatẽ obtinet niſi quod ↄpletũ eſt ſm ſubſtãtiam. et ſcđm accidentia principalia. Quicqđ creatura perfectionis habet ex eſſentialibus principijs et accidentibus ſimul cõiunctis. hoc totum deus habet ꝑ vnũ eſſe ſimplex. Eius enĩ eſſentia eſt eius bonitas. ſapiẽtia. et iuſtitia et fortitudo. et omnia huiuſmodi que in nobis ſunt eſſentie ſuperaddita. et ideo ipſa abſoluta bonitas idem eſt in deo qđ eſſentia. In nobis aũt cõſideratur ſm ea q̄ ſuꝑaddũtur eſſentie. et pro tanto bonitas ↄpleta et abſoluta et augetur et minuitur et totaliter aufertur. nõ aũt in deo. ꝙuis ſubſtãtialis bonitas in nobis ſemꝑ maneat. Et ſcđm hũc modũ videtur Aug°. dicere. ꝙ deus ē bonus per eſſentiam. nos aũt ꝑ participationẽ Sed adhuc inter dei bonitatem et noſtrã alia differentia inuenitur. Eſſentialis enĩ bonitas non attẽditur ſm cõſiderationem nature abſolutam. ſed ſcđm eſſe ipſius. Humanitas aũt nõ habet rationẽ boni vel bonitatis. niſi inquãtũ eſſe habet. ipſa enĩ naturalis diuina eſſentia eſt eius eſſe natura aũt vel eſſentia cuiuſlibet rei create non ē ſuũ eſſe. ſed eſſe participãs ab alio. et ſic in deo eſt eſſe purũ. quia ipſe deus ē ſuum eſſe ſubſiſtens. in creatura aũt ē eſſe receptũ vel participatũ. vnde dato ꝙ bonitas abſoluta diceretur de re creata ſcđm eſſe ſuũ ſubſtantiale. nihilominus adhuc remanet habere bonitatẽ ꝑ participationem ſicut et habere eſſe participatũ. deus aũt eſt bonitas per eſſentiam inquãtũ eius eſſentia ē ſuum eſſe Et hec videtur eſſe intentio phi in libro de cauſis q̄ dicit ſolam bonitatem diuinã eſſe bonitatẽ purã. Sed adhuc alia differentia inuenitur inter diuinã bonitatẽ et creature. Bonitas enĩ habet rationẽ cauſe finalis. deus autẽ habet rationem cauſe finalis. cũ ſit omniũ vltimus finis et ꝑmũ principiũ. Ex quibus oportet vt omnis alius finis nõ habeat habitudinẽ vel rationẽ finis niſi ſm ordinẽ ad cauſam primã. quia cauſa ſcđa non influit in cauſatum niſi preſuppoſito influxu cauſe prime. vt patet in libro de cauſis. Unde et bonũ qđ habet rationẽ finis non poteſt dici de creatura niſi preſuppoſito ordine creatoris ad creaturã. Dato igitur ꝙ creatura eſſet ipſum ſuũ eſſe ſicut et deus adhuc tamẽ eſſe creature non haberet rationẽ boni. niſi preſuppoſito ordine ad creatorẽ. et pro tanto adhuc diceretur bona ꝑ participationẽ. et nõ abſolute in eo ꝙ ē. ſꝫ eſſe diuinũ qđ habet rationẽ boni nõ preſuppoſito aliquo alio. habet rationẽ boni ꝑ ſeipſum. et hec videtur eſſe intẽtio Boecij in libro de ebdo.

¶ Ad ꝑmũ igitur dicendũ. ꝙ creatura nõ poteſt eẽ nõ bona ſine bonitate eſſentiali q̄ eſt bonitas ſm quid. poteſt tamẽ nõ eſſe bona bonitate accidẽtali. q̄ eſt bonitas abſoluta et ſimpliciter Et ꝑma ipſa bonitas q̄ attendit ſm eſſe ſubſtãtiale nõ eſt ipſa eſſentia rei ſed eſſe participatũ et hoc etiã preſuppoſito ordine ad ꝑmũ eẽ ꝑ ſe ſubſiſtẽs Ad 1

¶ Ad. ij dicendũ. ꝙ ab eo a quo res habet eſſe. habet eẽ Ad 2
bonũ ſm quid. ſcꝫ eſſe ſubſtãtiale. non aũt ab eodẽ formaliter habet eſſe ſimpliciter. et eſſe bonũ ſimpliciter vt Ad 3
ex dictis patet. et ꝓpter hoc ratio non ſeqtur. Et ſimiliter Ad 4
dicendũ eſt ad. iij. et ad. iiij. ¶ Ad. v. dicendũ. ꝙ creatura non ſolũ eſt a deo ſm eſſentiã ſuam. ſed etiã ſm eſſe ſuum in quo ꝑcipue cõſiſtit relatio bonitatis ſubſtãtialis. et etiam ſm ꝑfectiones ſuꝑadditas in quibus cõſiſtit bonitas abſoluta. et hec nõ ſunt eſſentia rei. Et ꝑterea ipſe reſpectus quo eſſentia rei refertur ad deũ vt ad principium eſt aliud ꝙ eſſentia. ¶ Ad. vi. dicendũ. ꝙ hoc nõ eſſentia denominatur bona ſicut et ens. vnde ſicut habet eẽ per participationẽ. et ita bona eſt ꝑ participationẽ. Eſſe enĩ eſt bonũ cõmuniter acceptũ et ſimplicius ꝙ eſſentia quia cõmunius. cũ eſſe et bonũ dicãtur nõ ſolũ de eſſentia ſed etiam de eo qđ ꝑ eſſentiã ſubſiſtit. et iterũ de ipſis accidẽtibus ¶ Ad. vij. dicendũ. ꝙ vnũ quod ↄuertitur cũ ente dicitur ſm rationẽ negationis quã addit ſupra ens bonũ aũt non addit negationẽ ſupra ens. ſed eius ratio in poſitione conſiſtit. et ideo non eſt ſimile. ¶ Ad octauũ dicendum. ꝙ hoc modo bonitas rei dicitur bona ſicut eſſe rei dicitur ens. non quia eius ſit aliqđ aliud eſſe. ſed quia per hoc eſſe res eſſe dicitur. et quia hac bonitate res bona dicitur. vnde ſicut non ſequitur ꝙ ipſa ſubſtãtia rei non dicatur per eſſe aliud ꝙ ipſa non ſit. quia eius eſſe non dicitur ens per aliquod eſſe aliud ab ipſa. Ita etiam predicta ratio non ſequitur de bonitate. ſequi-

Margin notes: Boitas diuina et creature differunt. — Ad 5 (beside "dicendũ eſt ad. iij. et ad. iiij. ¶ Ad. v."); Ad 6 (beside "¶ Ad. vi."); Ad 7 (beside "¶ Ad. vij."); Ad 8 (beside "¶ Ad octauũ").

tur aūt de vnitate de qua introducit eam Commēn.iiij.
metaphyſ. quia vnum indifferēter ſe habet ad hoc ꝙ re
ſpiciat eſſentiam vel eſſe Unde eſſentia rei eſt vna per ſe
ipſam non propter eſſe ſuum. et ita non eſt vna per ali/
quā ꝑticipationem ſicut accidit de ente et bono.

# Sexto queritꝰ. vtrū bo

1 nū creature ſit in ſpē mō et ordīe ſicut Augꝰ. dr
Et videtꝰ ꝙ non Mō habet bonū habet rōnem finis ſm
phm. ſed tota ratio finis ꝯſiſtit in ordine. Ergo tota rō bo
ni conſiſtit in ordine. et ita alia duo ſuperfluūt. ¶ Pre.
2 Ens bonū et vnū differūt ſm intentiones. ſed ratio en
tis conſiſtit in ſpecie. vnius vero conſiſtit in modo. ergo
3 ratio boni non conſiſtit in modo et ſpecie. ¶ Pre. Spe
cies nominat cauſam formalem. ſed in hoc diſtinguitur
verum ⁊ bonum ſcdm quoſdam. quia verum dicitꝰ ſcdʒ
rationem cauſe formalis. bonum vero ſcdm rationē cau
ſe finalis. ergo ſpecies non pertinet ad rationem boni
¶ Prete. Bonum ⁊ malum cum ſint oppoſita attēdū/
4 tur circa idem. ſed ſicut dicit Auguſti. in libro. lxxxiij. q.
malum ſpeciei priuatione repertuʒ eſt. ergo tota ratio bo
ni in poſitione ſpeciei conſiſtit. et ſuperfluere videtꝰ mo/
5 dus et ordo. ¶ Prete. Modus eſt de conſequētibus
rem. ſed bonitas aliqua ē de eſſentia rei. ergo modus nō
6 eſt de ratione boni. ¶ Prete. Quod deus poteſt facere
per vnum non faciet per plura. ſed deus potuit facere
creaturam per vnum iſtorū. quia quodlibet horum ha/
bet rationem quādam bonitatis. ergo nō oportet ꝙ qdʒ/
libet iſtorum trium requiratur ad rationem boni. ergo
in quolibet iſtorum ſunt illa tria. et non dicitur vnū con/
7 tra aliud diuidi. ¶ Prete. Si illa tria ſint bona. oportet
ꝙ habeant modum ſpeciem et ordinē. ergo modi ē mo
8 dus. ſpeciei ſpecies ⁊ ſic in infinitum. ¶ Prete. Modꝰ
ſpecies ⁊ ordo diminuūtur per peccatum ſcdm Augꝰ.
ſed bonum ſubſtantiale rei non diminuitur ꝑ peccatum
ergo ratio boni vniuerſaliter non conſiſtit in tribus pre/
dictis. ¶ Prete. Id quod eſt de ratione boni non reci/
9 pit predicationem mali. ſed hec tria recipiunt predicatio
nem mali. ſcdm Augꝰ in libro de natura boni. dicitur
enī malus modus mala ſpecies. ergo ratio boni non cō/
10 ſiſtit in tribus predictis. ¶ Prete. Ambroſ. dicit in
Exam. ꝙ natura lucis non eſt in numero pondere ⁊ mē
ſura vt alia creatura. ſed ex his tribus. vt dicit Auguſti.
cōſtituūtur tria predicta. cum ergo lux ſit bona. ratō bo
ni nō includit tria predicta. ¶ Prete. Scdm Bernar.
11 Modus charitatis ē non habere modū. ⁊ tamen chari
tas bona eſt bona. ergo nō requirit tria predicta.

Contra ¶ Sed cōtra eſt qd dicit Augꝰ. in li. de natura boni
ꝙ vbi hec tria ſunt magna magnū bonū eſt. vbi parua par
uū. vbi nulla nullū. ergo ratio boni conſiſtit in his trib.
¶ Prete. Augꝰ. dicit in eodē li. ꝙ ſcdm hoc aliqua di/
cūtur bona. quia ſunt ordinata moderata et ſpecificata.
¶ Prete. Creature dei bona eſt ſm reſpectum ad deuʒ
vt vult Boe. in libro de ebdo. ſed deus habet habitudi
nem ad creaturā triplicis cauſe. ſcʒ efficientis finalis et
formalis id eſt exēplaris. ergo creatura dicitur eſſe bona
ſm habitudinē ad deū in ratione triplicis cauſe. Et ſm
hoc ꝙ cōparatur ad cauſam efficiētem. habet modum a
deo prefixum. Ut aūt cōparatꝰ ad eū vt ad cauſam exem
plarem habet ſpeciē. Ut aūt cōparatꝰ ad eū vt ad finē ha
bet ordinē. ergo bonū creature conſiſtit in modo. ordine
et ſpecie. ¶ Prete. Omnes creature ordinātur in deū
mediante rationali creatura q eſt ſola capax beatitudinis
hoc aūt eſt inquantū a rationali creatura ꝯgnoſcitꝰ. ergo
cū creatura ſit bona ex hoc ꝙ ordinatur in deū ad hoc ꝙ
ſit bona tria requirūtur. ꝙ ſit exiſtens ſcʒ ⁊ ꝙ ſit cogno
ſcibilis. et ꝙ ſit ordinata. Eſt aūt exiſtens ꝑ aliquē mo/
dum. ꝯgnoſcibilis ꝑ ſpeciem. ordinata aūt per ordinem
ergo in his tribus ꝯſiſtit bonū creature. ¶ Pre. Sapi.
xi. dicitur. ꝙ omnia in numero pōdere et menſura ꝯſtitu
iſti. ſed ſm Augꝰ. iij. ſup Geū. ad lit. menſura cuiuſlibet
rei modū prefigit. numerus ſpeciē prebet. pondus vero
dat ordinē. ergo in his tribus modo ſpecie et ordine bo
nitas creature conſiſtit cum creatura ſcdm hoc ſit bona
ꝙ a deo diſpoſita.

¶ Reſponſio dicendū. ꝙ ratio boni in trib predictis Rñ°
conſiſtit ſicut Augꝰ. dicit. Ad huius aūt euidentiāʒ
ſciendū eſt. ꝙ aliqd nomē poteſt reſpectū importare du/ Nomē ī
pliciter. Uno modo ſic ꝙ nomen imponatꝰ ad ſignifican portat re
dum ipſuʒ reſpectū. ſicut hoc nomen pater vel filius aut ſpectum
paternitas ipſa. Quedā nomina vero dicūtur importare dupliciꝰ
reſpectum. qꝛ ſignificāt rem alicuius generis quā comi
tatur reſpectus. quāuis nomē non ſit impoſitū ad ipſum
reſpectum ſignificandū. ſicut hoc nomen ſcientia eſt im/
poſitum ad ſignificādum qualitatem quandā. quā ſeq
tur quidam reſpectus. non aūt ad ſignificandū ipſuʒ re
ſpectum. Et per hunc modū ratio boni reſpectum impli
cat. non quia ipſum nomen boni ſignificet ipſum reſpe/
ctum ſolum. ſed qꝛ ſignificat id ad qd ſeqtur reſpectꝰ cū
reſpectu ipſo. Reſpectus aūt importatus in nomine bo
ni eſt habitudo perfectiui ſm ꝙ aliquid natū eſt ꝑficere.
non ſolū rationem ſpeciei. ſed etiā ſm eſſe qd habet in re
bus. hoc enī mō finis ꝑficit ea que ſunt ad finē. Cū aūt
creature non ſint ſuū eſſe. oportet ꝙ habeant eſſe receptū
et per hoc eaꝝ eſſe eſt finitū et terminatū per menſuram
eius in quo recipitur. Sic igitur inter illa tria q Augꝰ.
ponit vltimū ſcʒ ordo eſt reſpectus quē nomen boni im
portat. ſed alia duo ſcʒ ſpecies ⁊ modus cauſant illū re/
ſpectū. ſpecies enī ꝑtinet ad ipſam rationē ſpeciei. q qui
dem ſm ꝙ eſſe habet. in aliquo recipitꝰ ꝑ aliquē modū de
terminatū. cū oīe qd eſt in aliq ſit in eo ꝑ modū recipiē
tis. Ita igitꝰ vnūqdqꝫ bonū eſt inquantū ē ꝑfectiuū ſm
rationē ſpeciei ⁊ eſſe ſimul. ⁊ ſic bona habēt modū ſpecieʒ
et ordinē. ſpeciē quidē quātū ad ipſaʒ rationem ſpēi. mo
dū quātū ad eſſe. ordinē aūt quātū ad ipſaʒ habitudineʒ
perfectiui.

¶ Ad pmū igitꝰ dcdm. ꝙ rō illa ꝓcederet. ſi nomē bo Ad 1.
ni eet ipoſitū ad ſignificādū ipſaʒ habitudinē. qd falſuʒ ē
vt ex dictis patet. ⁊ ꝓpter hoc rō nō ſeqtur. ¶ Ad ij. dcdm Ad 2
ꝙ bonū nō differt rōne ab ente ⁊ vno qſi habeāt oppoſi/
tas rōnes. ſed qꝛ rō boni includit rōem entis ⁊ vnius et
aliqd addit. ¶ Ad. iij. dcdm. ſm phm. viij. meth. ꝙ ſi Ad 3
cut ī numeris qlibet vnitas addita vel remota variat ſpe
3 immutabiliter velit bonũ nec poſſit velle malũ. ¶ Pre. Sicut ſe habet actus ad ens actu. ita ſe habet potẽtia ad eſſe poſſibile. ſed deus cum ſit actu bonus non poteſt ali quid actu malum facere. ergo eius potẽtia que bona eſt. non poteſt producere aliquid quod ſit malum in potẽtia et ita volũtas quam diuina prouidentia producit non
4 poteſt in malum. ¶ Pre. Scðm phm in. vi. et. vij. ethi. ſicut ꝑncipia ſe habent ad ꝯcluſiones in ſcientijs demon ſtratiuis. ita fines ad ea que ſunt ad fines in operationi bus ꝛ appetitib9. ſed ex principijs que ſunt naturaliter ſci ta inducitur neceſſitas in intellectũ vt concluſiones de ne ceſſitate cognoſcat. ergo ex hoc q̄ voluntas de neceſſita te vult finem vltimũ per modum iam dictum. de neceſſi tate volet oĩa alia que in vltimũ finem ordinantur.
5 ¶ Pre. Omne illud quod naturaliter determinatur ad aliquid de neceſſitate ſequitur illud. niſi ſit aliqđ impedi ens. ſed volũtas naturaliter vult bonum. ꝛ cum non ſit aliquid qđ eam impedire poſſit. eo q̄ eſt ſub deo ponſſi ma ſm Bernar. vt dicit glo. roma. vij. ergo immutabi
6 liter vult bonũ. ¶ Pre. Sicut tenebra opponitur luci. ita malũ bono. ſed ſicut viſus eſt qui naturaliter deter minatur ad cognoſcendũ lucem ꝛ lucida. ita naturaliter ea videt q̄ illud qđ tenebroſuz eſt videre nõ poteſt. ergo et volũtas cuius obiectuz eſt bonũ ita immutabiliter bo nũ vult q̄ malum nullo modo velle poterit. ꝛ ſic volũtas habet aliquam neceſſitatẽ. nõ ſolum reſpectu finis vlti mi. ſed etiã reſpectu aliorum

Cõtra ¶ Sed ꝯtra. Auguſti. dicit q̄ volũtas eſt qua peccat̃ et recte viuitur. ergo volũtas nõ ſe habet immutabiliter nec ad bonũ neq3 ad malum. ¶ Pre. Scðm Auguſti. peccatũ adeo eſt volũtarium q̄ niſi ſit volũtarium nõ eſt peccatũ. ſi igitur peccatũ nullo modo eſt a volũtate pec catum nullo modo erit. qđ experimẽto p3 eſſe falſum.

Rꝫo. ¶ Reſponſio dõm. q̄ ex hoc aliquid dr̃ eſſe neceſſariũ q̄ eſt immutabiliter ad vnũ determinatũ. Unde cũ vo luntas ſe habeat indeterminate reſpectu multoꝝ nõ ha bet reſpectu omniũ neceſſitatem. ſed reſpectu eorum tm̃ ad que naturali inclinatione determinat̃. vt dictum eſt. Et q2 mobile reducitur ad immobile. ꝛ indeterminatũ ad determinatum ſicut ad ꝑncipiũ. ideo oportet q̄ id ad qđ volũtas eſt ordinata ſit ꝑncipium appetendi ea ad q̄ non eſt determinata. ꝛ hoc eſt finis vltimus. vt dictũ eſt
Inuenit̃ aũt ĩdeterminatio volũtatis reſpectu triũ. ſcꝫ reſpectu obiecti. reſpectu actus. ꝛ reſpectu ordinis in fi nem. Reſpectu obiecti quidem eſt indeterminata volun tas q̃tum ad ea que ſunt ad finem. nõ q̃tum ad ipſum finem vltimũ. vt dictum eſt. Et ideo ꝯtingit q̄ ad finez vltimũ multis modis peruẽniri poteſt. ꝛ diuerſis diuerſe vie ꝯpetunt perueniendi in ipſum. et ideo non potuit eſſe appetitus determinatus ad ea que ſunt ad finez. ſicut eſt in reb9 naturalib9 que ad certum finem ꝛ determinatum nõ habent niſi certas ꝛ determinatas vias. Et ſic p3 q̄ res naturales ſicut de neceſſitate appetũt finem. ita ꝛ ea que ſunt ad finem. vt nihil ſit in eis accipere qđ poſſit ap petere vel non appetere. ſed voluntas de neceſſitate appe tit finem vltimũ vt non poſſit eum non appetere. ſed non de neceſſitate appetit aliquid eorum que ſunt ad finẽ. vñ reſpectu huius eſt in poteſtate ei9 appetere hoc vel illud.
Secũdo eſt volũtas indeterminata reſpectu actus. ꝛ q̄ etiam circa obiectũ determinatũ poteſt vti actu ſuo cũ voluerit vel nõ vti. poteſt eñ exire in actum volendi re ſpectu cuiuſlibet. ꝛ non exire. Qđ in reb9 naturalib9 nõ cõ tingit. graue eñ ſemꝑ deſcendit deorſum in actu niſi ali quid ꝓhibeat. quod exinde ꝯtingit q̄ res inanimate non ſunt mote a ſeipſis ſed ab alijs. vnde nõ eſt in eis moueri vel nõ moueri. res aũt aĩate a ſeipſis mouẽtur. et inde eſt q̄ volũtas p̃t velle vel nõ velle. Tercio indeterminatio
volũtatis eſt reſpectu ordinis ad finez inq̃tũ volũtas p̃t appetere illud qđ ſm veritatẽ ordinat̃ in finez debitũ. vel ſm apparentiã tm̃. Et hec indeterminatio ex duob9 con tingit. ſcꝫ ex indeterminatõne circa obiectũ in his q̃ ſunt ad finem. et iterũ ex indeterminatõe apprehenſionis que p̃t nõ eſſe recta. Sicut eñ ex aliquo ꝑncipio vero dato nõ ſequit̃ ꝯcluſio falſa niſi per aliquã falſitatẽ rõnis. vel aſſu mentis aliquã falſam rõnem. vel falſo ordinãtis ꝑncipiuz in ꝯcluſionem. ita etiã ex quo ineſt appetitus rectus vlti mi finis nõ poſſet ſequi q̄ aliquis aliq̃d inordinate appe teret. niſi rõ appereret aliquid vt ordinabile in finem qđ nõ eſt ordinabile in finem. ſicut qui appetit beatitudinez appetitu recto nunq̃ deduceret̃ ad appetendũ fornicati onem. niſi inq̃tum apprehendit eam vt quoddã hois bo nũ inq̃tum quoddã delectabile. ꝛ ſic vt ordinabile in bea titudinẽ velut quandam imaginem eius. ꝛ ex hoc ſequit̃ indeterminatio volũtatis qua p̃t bonũ vel malũ appete re. Cum aũt volũtas dicat̃ libera inq̃tum neceſſitatẽ nõ habet. libertas volũtatis in trib9 ꝯſiderat̃. q̃tum ad actũ inq̃tum poteſt velle ꝛ non velle. et q̃tum ad obiectum inq̃tum poteſt velle hoc vel illud. ꝛ eius oppoſitum. ꝛ q̃ tum ad ordinem finis inq̃tum poteſt velle bonũ vel ma lum. Sed q̃tum ad primũ horum ineſt libertas volunta ti in quolibet ſtatu nature reſpectu cuiuſlibet obiecti. Se cũdum vero horũ eſt quorũdam obiectoꝝ. ſcꝫ reſpectu eoꝝ que ſunt ad finem. nõ reſpectu cuiuſlibꝫ ſtatus natu re. ſed illius tm̃ in quo natura deficere p̃t. Nã vbi nõ eſt defectus in apprehẽdendo ꝛ ꝯſiderãdo nõ p̃t eſſe volun tas mali in his q̃ ſunt ad finẽ. ſicut p3 in beatis. et ꝓ tãto dr̃ q̄ velle malũ nec eſt libertas nec pars libertatis q̃uis ſit quoddã libertatis ſignum

Indeterminatõ volũ reſpcũ triũ

Libertas volũ. i triꝰ ꝯſiderat̃

Ad .j. ¶ Ad primū igit̃ dõm ꝙ ſic eſſe nõ eſt determinatū a
ſeipſo. ſed ab alio. ſed a ſeipſo ſibi determīat ſuū velle. Et
ideo q̃uis ſit immutabile. tñ velle indeterminatū eſt ac
ꝑ hoc in diuerſa flexibile. ꝛ tñ nõ eſt verū ꝙ viuere ꝛ intel/
ligere eſt nobilius q̄ eē niſi determinet̃ ad eē. imo ſic eſſe
eſt in eis nobili⁹ ſꝫm Dyo. v. ca. de di. no. ¶ Ad .ij. dõꝫ ꝙ
Ad 2 cõformitas imaginis attēdit̃ ſꝫm potētias naturales que
ſunt ei determiate a natura. ꝛ ideo illa ꝯformitas ſꝑ ma/
net. ſed ſcda ꝯformitas q̃ eſt ſilitudinis eſt ꝑ grām et ha/
bitus ꝛ actus virtutū. q̃ oīa ordinant̃ ꝑ actū volūtatis q̃
in ſua voluntate ꝯſiſtit. et ideo iſta ꝯformitas non ſꝑ ma
Ad 3 net ¶ Ad .iij. dõm ꝙ in deo nõ eſt potētia paſſiua vl' ma
terialis q̃ diſtinguit̃ ꝯtra actū de q̃ obiectio ꝓcedit. ſꝫ po
tētia actiua q̃ eſt ipſe actus. q2 vnūqdq3 eſt potens agere
ſꝫm ꝙ eſt actu. ꝛ tñ hoc ꝙ volūtas ſit flexibilis ad malum
Ad 4 nõ hꝫ ſꝫm ꝙ eſt a deo. ſed ſꝫm ꝙ eſt de nihilo ¶ Ad .iiij. dõꝫ
ꝙ in ſciētijs demõſtratiuis hoc mõ ꝯcluſiões ſe habēt ad
ꝑncipia ꝙ remota ꝯcluſione remouet̃ ꝑncipiū. ꝛ ſic ꝓpter
hanc determinatõem ꝯcluſionū reſpectu ꝑncipioꝝ ex ip/
ſis ꝑncipijs intellectus cogit̃ ad ꝯſentiendū ꝯcluſionib᷒.
ſed ea q̃ ſunt ad ꝯſequendū finē nõ habēt hanc determi/
natõeꝫ reſpectu finis vt remoto aliq̄ eoꝝ remoueat̃ finis
cum ꝑ diuerſas vias poſſit ꝑueniri ad finē vltimū. vel ſꝫm
veritateꝫ vel ſꝫm apparentiā. ꝛ ideo ex neceſſitate q̃ ineſt
appetitui volūtario reſpectu finis nõ inducit̃ neceſſitas ei
Ad 5 reſpectu eoꝝ q̃ ſunt ad finē ¶ Ad .v. dõm ꝙ volūtas vult
naturaliter bonū. ſed nõ determinate hoc bonū vel illud.
ſicut viſus naturaliter videt colorē. ſed nõ hunc vel illum
Ad 6 determiate. Et ꝓpter hoc qcq̄d vult ſub rõne boni vult.
nõ tñ oportet ꝙ ſꝑ hoc bonū vel illud velit. ¶ Ad .vi. dõm
ꝙ nihil eſt a deo maluꝫ qđ non poſſit aliquā habere ſpēm
boni. ꝛ rõne illius bonitatis hꝫ ꝙ poſſit mouere appetitū

# Eptimo querit̃. vtꝝ

aliq̄s mereat̃ volēdo illud quod de neceſſitate
vult Et videt̃ ꝙ nõ. q2 illud qđ ex neceſſitate q̄s vult
.j. naturaliter vult. ſꝫ naturalib᷒ nõ meremur. ğ tali volūta
2 te nõ meremur ¶ Pre. Meritū ꝛ demeritū ſūt circa ideꝫ
ſed nullus demeret̃ in eo quod vitare nõ p̄t ſꝫm Aug⁹. ğ
3 nullus meret̃ in eo qđ de necitate vult ¶ Pre. Null⁹ me
ret̃ niſi ex actu v̄tut̃. ſꝫ oīs act⁹ v̄tutis ē ex electõe. nõ aūt
ex nał̄ali iclinatõe. ğ null⁹ meret̃ in eo qđ de necitate vult
¶ Sed ꝯtra. Deū naturaliter ex necitate q̄libet creatu/
Cõtra ra appetit. ſꝫ in dilectõne dei meremur. ğ in eo qđ necārio
q̄s vult mereri p̄t ¶ Pre. Beatitudo in vita eterna cõ/
ſiſtit. ſed ſancti merēdo vitā eternā merent̃ beatitudineꝫ
quā q̄libet naturaliter vult. ergo aliquis meretur volen/
do id quod naturaliter vult

Rñ̄o ¶ Rñ̄ſio dõm ꝙ aliq̄s volēdo qđ naturaliter. vult. q̄dā/
Nota mõ meret̃ ꝛ q̄damnõ nõ Ad cui⁹ euidentiā ſciendū ē
ꝙ differēter eſt aliq̄d ꝓuiſum hõi ꝛ alijs aīalib᷒ tā ſꝫm cor/
pus q̄ ſꝫm aīam. alijs eñ aīmalib᷒ ſꝫm corpus ꝓuiſa ſunt
ſpēalia tegumēta. ſicut coriū durū ꝛ alia hmõi. Specialia
vero munimēta ſicut cornua ꝛ vngues ꝛ hmõi. ꝛ hoc qa
habēt paucas vias opandi ad q̃ poſſunt determinata in/
ſtrumēta ordinari Sed hõi illa ꝓuiſa ſūt in generali ingē
nū ſꝫ ei dare man⁹ a natura q̄bus valeat ſibi varia tegu
mēta ꝛ munimēta p̄parare. Et hoc ideo. q2 rõ hois ē ita
multiplex ꝛ ad diuerſa ſe extēdens ꝙ nõ poſſit natura de
terminata inſtrumēta ei ſufficiētia p̄parare. Silr etiā eſt ex
ꝑte apprehēſionis. q2 alijs aīalib᷒ ſunt indite ſꝫm naturaꝫ

lem eſtimationē quedā ſpēales ꝯceptiões ei neceſſarie. ſi/
cut oui ꝙ lupus ei ſit inimicus. ꝛ alia hmõi. ſꝫ loco huius
ſunt hõi indita vniuerſalia ꝑncipia naturaliter intellecta
per q̃ in oīa q̃ ſunt ei necāria ꝓcedere p̄t. Et ſilr etiā ē ex
ꝑte appetit⁹ alicui⁹ rei determiate. ſicut graui ꝙ ſit deor/
ſum. ꝛ vnicuiq3 aīali illud qđ eſt ſibi ꝯueniēs ſꝫm ſuā natu
rā. ſed hõi indit⁹ eſt appetit⁹ vltimi finis ſui in cõi vt ſcꝫ
naturaliter appetat ſe eē ꝯpletū in bonitate. ſꝫ in q̃ illa cõ/
pletio ꝯſiſtit vtrū in virtutib᷒ vel ſciētijs vel delectatõib᷒
vel hmõi alijs nõ eſt ei determinatū a natura. Qñ ğ ex ꝑ
ꝑria rõe adiutus dei grā apprehēdit aliqđ ſpēale bonū vt
ſuā btitudinē in q̃ vere btitudo ſua ꝯſiſtit. tūc meret̃ nõ
ex hꝯ ꝙ appetit btitudinē quā naturaliter appetit. ſed ex hꝯ
ꝙ appetit hoc ſpēale qđ nõ naturaliter appetit. vt viſioneꝫ
dei. in q̃ tñ ſꝫm rei veritatē ſua btitudo ꝯſiſtit. Si v̄o ali
quis ꝑ rõem erroneā deducat̃ vt appetat aliqđ ſpēale vt
ſuā btitudinē. puta carnales delectatiões. in q̄bus tñ ſꝫm
rei veritatē ſua btitudo nõ ꝯſiſtit. ſic appetēdo ſuā btitu/
dinē demeret̃. nõ q2 appetit beatitudinē. ſed q2 indebite ap
petit hoc vt btitudinē. in q̃ beatitudo nõ eſt. Pꝫ ğ ꝙ vo
lendo id qđ q̄s naturaliter vult ſꝫm ſe nõ eſt meritorium
vel demeritoriū. ſed q2 indebite appetit hoc vt beatitudi
nem. ꝛ hoc mõ ſancti merent̃ appetendo deum vel vitam
eternā ¶ Et patet ꝑ hoc ſolutio ad obiecta Sol. ad ob.

# Ctauo querit̃. vtrū

deus poſſit cogere voluntatē Et videt̃ ꝙ ſic
quicūq3 eñ vertit aliq̄d q̄cunq3 vult p̄t cogere illud. ſed ſi 1
cut dr ꝓuerb. xxi. Cor regꝭ in manu dñi eſt q̄cunq3 volu
erit vertet illud. ğ deus p̄t cogere volūtatē ¶ Pre. Ro. 2
p̄o. ꝓpter qđ tradidit illos deus ꝛc. glo. Aug⁹. dt Mani
feſtū eſt deū opari in cordib᷒ hoīm ad inclinādas volun
tates eoꝝ q̄cunq3 voluerit. ſiue in bonuꝫ ꝑ miſericordia
ſua. ſiue in malū ꝑ meritis eoꝝ. ğ deus p̄t cogere volūta
tē ¶ Pre. Si finitū finite agat infinitū agit infinite. ſꝫ ali/
qua creatura trahit voluntatē finite. q2 vt dt Tulli⁹. ho 3
neſtū eſt qđ ſua vi nos trahit ꝛ ſua dignitate nos allicit. ğ
deus q̃ hꝫ infinitā virtutem in agēdo p̄t totaliter cogere
voluntatē ¶ Pre. Ille ꝓpe dr ad aliq̄d ab alio cogi. qui
nõ p̄t nõ facere ſiue velit ſiue nõ velit. ſed volūtas nõ p̄t 4
velle qđ deus volūtate bñplaciti vult eā velle. alr volun/
tas dei eſſꝫ inefficax reſpectu volūtatis nre. ğ de⁹ p̄t coge
re voluntatē ¶ Pre. Cuilibet creature eſt ꝑfecta obedien
tia ad ſuū creatorē. ſed volūtas creatura q̄dā eſt. ğ ineſt 5
ei obedientia ꝑfecta ad creatorē. ergo deus poteſt eā co/
gere ad quod vult

¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ liberū eē a coactõe ē naturale voluntati Cõtra
ſꝫ naturalia nõ p̄nt ab aliq̄ remoueri. ğ volūtas nõ p̄t co
gi a deo ¶ Pre. Deus nõ p̄t facere ꝙ oppoſita ſint ſimul
vera. ſꝫ volūtariū ꝛ violētū ſūt oppoſita. q2 violētū ē ſpēs
inuolūtarij. vt pꝫ in .iij. ethi. ğ deus nõ p̄t facere vt volū
tas aliq̄d coacte velit. ꝛ ita nõ p̄t cogere voluntatem.

¶ Rñ̄ſio dõm ꝙ deus p̄t mutare voluntatē de neceſ/ Rñ̄o
ſitate. nõ tñ p̄t eā cogere. Quātumcūq3 eñ volūtas immu
tet̃ in aliq̄d non dr cogi in illud Cuius rõ eſt q2 ipm velle
aliquid eſt inclinari in illud. coactio auteꝫ vel violentia eſt
cõtraria inclinationi illius rei que cogitur. Cum igitur
deus voluntatē immutat. facit vt p̄cedenti inclinatõi ſuc
cedit alia inclinatio. ita ꝙ ꝑma aufertur ꝛ ſecūda manet
Unde illud ad quod inducit voluntatē nõ eſt ꝯtrariū in
clinationi que ꝑus inerat. vñ nõ eſt coactio vel violentia.

ſicut lapidi rōne ſue grauitatis ineſt inclinatio ad locum
deorſum. hac aūt inclinatōe manente ſi ſurſum ꝓijciatur
erit violēta. ſi aūt deus auferat a lapide inclinatōem gra⸗
uitatis. ⁊ det ei inclinatōnem leuitatis. tunc ferri ſurſum
nō erit ei violentū. ⁊ ita oppoſitus motus pt eſſe ſine vio⸗
lentia. Et ꝑ hunc modū intelligendū eſt ꝙ deus volunta
tem immutat ſine hoc ꝙ voluntatē cogat. Poteſt autem
voluntatē immutare ex hoc ꝙ ipſe in volūtate operatur.
ſicut in natura. Vñ ſicut oīs actio naturalis eſt a deo.
ita oīs actio volūtatis inquantū eſt actio voluntatis.
nō ſolū eſt a volūtate vt immediate agēte. ſed etiaz a deo
vt pmo agente qui vehemētius impmit. Vñ ſicut volū
tas pt mutare actū ſuū in aliud. vt ex dictis pz. ita etiā et
Deus du. im⸗ multo amplius deus. Immutat autē dupl'r. vno mō
mutat volū. mouēdo tm̄. qñ ſcz voluntatē mouet ad aliqd volendū ſi
ne hoc ꝙ aliquā formā impmit volūtati. ſicut ſine appoſi⸗
tione alicui⁹ habitus qñqꝫ facit vt hō velit hoc ꝙ homo
prius nō volebat. Alio mō imprimendo aliquā formaz in
ipſam voluntatē. Sicut eīn ex ipſa natura quā deus vo
luntati dedit inclinat volūtas ad aliqd volendum. vt ex
dictis pz. Ita ex aliquo ſupaddito. ſicut eſt gratia vel vir
tus inclinat vlterius ad volendū aliqd in aīa ad qd pus
nō erat determinata naturali inclinatōe. ſed hec quidez
inclinatio ſupaddita qñqꝫ eſt pfecta. et qñqꝫ eſt impfecta
Qñ qdem eſt pfecta. ita facit neceſſariā inclinatōnem in
illud ad quod determinat. ſicut ꝑ naturaz de neceſſitate
inclinat voluntas in appetendū finem. ſicut cōtingit in be
atis in qbus charitas pfecta inclinat ſufficiēter in bonuz
nō ſolū quantū ad finē vltimū. ſed etiā quantū ad ea que
ſunt ad finē. Aliqñ vero forma ſupaddita nō eſt vſquequa⸗
qꝫ pfecta. ſicut in viatoribꝰ. ⁊ tunc ex forma ſupaddi
Solō ad ob ta volūtas inclinat qdē. ſed nō de neceſſitate Et ꝑ hoc
patet ſolutio ad obiecta. Nā pme rōnes ꝓbabant ꝙ de⁹
pt immutare voluntatē. alie vero ꝙ nō pt cogere. quorū
Nota vtrūqꝫ verū eſt. vt ex dictis pz Sciendū tm̄ ꝙ cū dr in
gloſa inducta ꝙ deus opatur in cordibꝰ hominū ad incli
nādas eoꝝ volūtates in malū. nō eſt intelligendū. vt glo.
ibidē dr. ꝙ deus maliciā impartiat. ſed quia ſicut apponit
grām vñ inclinat hoim volūtas ad bonū. ita ſubtrahit q̄⸗
buſdā q̄ ſubtracta inclinat eoꝝ volūtas ad malum.

## Vno querit. vtrum

aliqua creatura poſſit immutare voluntatem
1 vel impmere in ipſam Et videt ꝙ ſic. qꝛ ipſa volūtas
creatura qdā eſt. ſed volūtas actū ſuuz immutat q̄ vult.
ergo videt ꝙ creatura immutat voluntatē ⁊ cogat ipſam
2 ¶ Pte. Difficilius eſt īmutare totū q̄ ptes. ſed ſm q̄ſdā
phos corpa celeſtia immutāt totam multitudinē ad ali
qd volendū. g̃ multo fortius videt ꝙ poſſint cogere volū
3 tatē alicuius vnius ¶ Pte. Quicūqꝫ ab aliq̄ vincit cogit
ab illo. ſed ſm phm in. vij. ethi. incōtinentes vincunt a
paſſionibꝰ. g̃ paſſiones immutāt ⁊ cogūt incōtinētis vo⸗
lūtatē ¶ Pte. Szm Aug⁹ in. iij. de tri. ſupiora tā in ſpūa
4 libꝰ q̄ in corpalibꝰ mouent inferiora naturali quodā or⸗
dine. ſed angeloꝝ bonoꝝ ſicut intellectus eſt ſupior ⁊ pfe
ctior noſtro intellectu. ita ⁊ voluntas noſtra volūtate. er
go ſicut per intellectū ſuū poſſunt impmere in intellectū
noſtrū eum illuminando. ſm doctrinā Dyoni. ita videt
ꝙ per voluntatē ſuam poſſint impmere in voluntatem.
5 aliquantulū eam immutādo ¶ Pte. Szm Dyo. ſuperio
res angeli illumināt ⁊ purgāt inferiores. ſed ſicut illumi⸗
natio ptinet ad intellectuz. ita purgatio noſtra ptinet ad
affectū. g̃ ſicut angeli poſſunt impmere in intellectum. ita
etiam in voluntatē ¶ Pte. Magis natū eſt aliquid im⸗ 6
mutari a ſuperiori natura q̄ inferiori. ſed in volūtate no⸗
ſtra. ſicut eſt inferior appetitus ſenſibilis. ita ⁊ ſupior vo⸗
luntas angelica. igit cū appetitus ſenſibilis immutat in⸗
terdū voluntatē. multo fortius volūtas angelica potent 7
voluntatē noſtrā immutare. ¶ Pte. Luce. xiiij. dr pater
familias ſeruo ſuo cōpelle intrare. intrat aūt ad illā cenaꝫ
per voluntatē. g̃ per angelū qui eſt dei miniſter pt volū
tas noſtra ad aliquid cogi.

¶ Sed ↄtra eſt qd Bernhar. dr ꝙ liberū arbitriū eſt Contra
potentiſſimū ſub deo. ſed nihil immutat niſi a fortiori. ergo
nullus niſi deus pt voluntatē immutare ¶ Pte. Meri
tū ⁊ demeritū in volūtate q̄dammō cōſiſtit. g̃ ſi aliq̄ crea
tura poſſet immutare voluntatē poſſet aliquis iuſtificari
vel effici peccator ꝑ aliquā creaturā. qd falſum eſt. qꝛ nul
lus fit peccator niſi ꝑ ſeipſum. nec aliqs fit iuſtus niſi deo
opante ⁊ ipſo cooperante.

¶ Rñſio dōz ꝙ volūtas pt intelligi immutari ab alio Rō
dupl'r. vno mō ſicut ab obiecto ſuo. ſicut volūtas immu⸗ Du. volū
tat ab appetibili. ⁊ ſic nō querim⁹ hic de immutabilitate. immutat
Hoc eīn eſt ſup oſtēſum ꝙ aliqd bonū de neceſſitate mo⸗
uet voluntatē ꝑ modū obiecti. qꝛuis volūtas nō cogatur
Alio vero mō pt volūtas immutari ab aliq̄ ꝑ modū cau
ſe efficiētis. ⁊ ſic dicim⁹ ꝙ nō ſolū nulla creatura pt coge⸗
re voluntatē agēdo in ipſam. qꝛ hoc nec deus poterat. ſed
nec pt etiā directe agere in voluntatē vt eā immutet ne⸗
ceſſario vel q̄litercūqꝫ inclinet qd de⁹ pt. Sz indirecte pt
aliq̄liter inclinare voluntatē aliq̄ creatura. non tm̄ neceſſa⸗
rio immutare. Cuius rō eſt. qꝛ cū actus volūtatis ſit q̄ſi
medius inter potentiā ⁊ obiectū immutatio actus volū
tatis pt ↄſiderari vel ex pte volūtatis ipſius. vel ex parte
obiecti. Ex pte qdem volūtatis imutare actū volunta⸗
tis nō pt niſi qd opatur intra voluntatē. ⁊ hec eſt ipſa vo
luntas. ⁊ illud qd eſt cā eſſe volūtatis qd ſm fidez ſolus
deus eſt. vñ ſolus deus pt inclinatōem volūtatis quaz ei
dedit trāſferre de vno in aliud ſm ꝙ vult. Sed ſm illos
qui ponūt aīam creatā ab intelligētijs. qd tm̄ fidei contra
riū eſt. ipſe angelus vel intelligētia hꝫ effectū intrinſecū vo
lūtati inquantū cauſat eē qd eſt intrinſecū ipſi voluntati.

Et ſm hoc Auicē. ponit ꝙ ſicut corpa nr̄a immutant Opinio
a corpibꝰ celeſtibꝰ. ita volūtates nr̄e immutant a volūta⸗ Auicēne
te aiaꝝ celeſtiū. Qd tm̄ oino eſt hereticū. Sz ſi cōſideret Re. pbat
actus volūtatis ex pte obiecti. ſic volūtatis inuenitur du
plex obiectū. Vnū ad qd de neceſſitate inclinatōis natu Du. obie
ralis determinat. ⁊ hoc qdē obiectū eſt volūtati inditū ⁊ ctū volū.
ꝓpoſitū a creatore q̄ naturalē inclinatōem dedit ei in illd.
vñ nullus pt neceſſario ꝑ tale obiectū immutare volūtatē niſi
ſolus deus. Aliud vero eſt obiectū volūtatis. qd qdē na
tū eſt immutare volūtatē inq̄ntū in eo eſt aliq̄ ſimilitudo vl'or
do reſpectu vltimi finis naturaliter deſiderati. Nō tm̄ ex
hoc obiecto volūtas de neceſſitate immutat. vt pus dictū
eſt. qꝛ nō in eo ſingulariter inuenit ordo ad vltimū finem
naturaliter deſideratuz. Et mediāte hoc obiecto pt aliq̄
creatura inclinare aliq̄tenus voluntatē nō tm̄ neceſſario im
mutare. ſicut pz cū aliqs pſuadet alicui aliqd faciēdū ꝓpo
nēdo ei eius vtilitatē ⁊ honeſtatē. tm̄ in ptāte volūtatis ē
vt illud acceptet eo ꝙ nō eſt determiāta naturaliter ad
illud. Sic igit nulla creatura pt directe immutare volun
tatem. pt autez extrinſecus aliquid ꝓponendo voluntati
eam aliqualiter inducere. nō tamen immutare

¶ Ad primũ igit̃ dr̃m q̃ voluntas poteſt ſeipam im
Ad 1. mutare reſpectu aliquoꝝ etiã directe. cum ſit dñã ſuoꝝ ac
tuũ. Et cũ dr̃ q̃ nõ immutat̃ directe a creatura. intelligi
tur a creatura alia. nõ tñ ipſa p̃t ſe cogere. quia in hoc im
portat̃ cõtradictio. ſcʒ q̃ aliq̃d ſit coactũ a ſeipſo. q̃ɀ violẽ
tum eſt in quo nihil cõfert vim patiens. ꝯfert aũt vim in
ferens. Et ſic volũtas non p̃t ſe cogere. q̃ɀ ſic ipſa in illa vi
aliq̃d cõferret inquantũ cogeret ſe. et nihil ꝯferret inq̃n
tum cogeret̃. qð impoſſibile eſt. Per quẽ etiã modũ pro
bat ph̃s in. v. ethico. q̃ nõ patit̃ quis iniuſtũ a ſeipſo. q̃ɀ q̃
patit̃ iniuſtũ patitur aliq̃d cõtra voluntatẽ ſuã. ſi aũt fa
Ad 2 ciat iniuſtũ eſt ſm ſuam voluntatem ¶ Ad ſcðm dr̃m q̃
corpa celeſtia nõ poſſunt de neceſſitate immutare volun
tatẽ neq̃ꝫ vnius hoĩs neq̃ꝫ multitudinis. ſed poſſunt im
mutare ipſa corpa. ex ipſo aũt corpe volũtas aliq̃ mõ incli
natur. licet nõ neceſſario q̃ɀ reſiſtere p̃t. q̃ɀ colerici ex natu
rali cõplexione inclinant̃ ad iram. tñ aliq̃s colericus p̃t re
ſiſtere p̃ voluntatẽ inclinationi. nõ autẽ reſiſtũt niſi ſapiẽ
tes corpalibus inclinationibꝫ. qui ſunt pauci reſpectu ſtul
toꝝ. quoꝝ infinitus eſt numerꝰ Eccĩs. pmo. Et ideo di
citur q̃ corpa celeſtia immutãt multitudinẽ inquantum
multitudo ſeq̃tur inclinatões naturales. nõ aũt immutãt
hunc vel illũ. qui p̃ prudentiã reſiſtunt inclinationi predi
Ad 3 cte ¶ Ad tertiũ dr̃m q̃ incõtinens nõ dr̃ vinci a paſſio
nibus. q̃ɀ ipſe paſſiones cogant vel immutant neceſſario
voluntatẽ. alioq̃n incõtinens nõ eſſet puniẽdus. q̃ɀ pene
nõ debent̃ inuolũtario. Incõtinens aũt nõ dicitur inuolũ
tarius operari ſm ph̃m in tercio ethi. ſed dr̃ incontinens
vinci a paſſionibus. inquantũ eoꝝ impulſui cedit volun
Ad 4 tatẽ. ¶ Ad quartũ dicendũ q̃ angeli non imprimunt in
intellectu quaſi interius aliquid in intellectu agentes. ſed
ex parte obiecti inquantũ intelligibile ꝓponunt quo et in
tellectus noſter cõformatur ꝛ cõuincitur. ſed obiectũ vo
luntatis per angelum ꝓpoſitum nõ de neceſſitate immu
tat voluntatẽ. vt dictuʒ eſt. ꝛ ideo nõ ẽ ſimile. ¶ Ad quin
Ad 5 tum dicendũ q̃ purgatio illa ſm quã angeli purgant̃ ad
intellectũ pertinet. eſt eñ purgatio a neſcientia. vt dicit
Dyo. eccli. hierarch. Si tamẽ ptineret ad affectum di
Ad 6 ceret̃ purgare quaſi ꝑſuadendo ¶ Ad ſextum dicendũ
q̃ illud quod eſt inferius voluntate vt corpus vel appeti
tus ſenſibilis nõ immutat voluntatẽ quaſi directe in vo
luntate agendo. ſed ſolũ ex parte obiecti. obiectũ aũt vo
luntatis eſt bonũ apprehẽſum a rõne vniuerſali. ſed bonũ
apprehẽſum a rõne vniuerſali nõ mouet niſi mediante ꝑ
ticulari apprehẽſione. vt dr̃ in tercio de aĩa. eo q̃ actus
ſunt in particularibꝫ. Ex ipſa aũt paſſione appetitus ſenſi
tiui cuiuſdã p̃t eſſe interdũ cõplexio corpis. vel queq̃ꝫ
paſſio vel impreſſio corpalis. ex eo q̃ appetitus ille vtit̃ or
gano impedit̃ ꝛ interdũ totaliter ligat̃ ipſa ꝑticularis ap
prehẽſio. vt illud qð rõ ſuperior dictat in vli non applicet̃
actu ad hoc ꝑticulare. Et ſic voluntas in appetendo mo
uetur ad illud bonum quod ſibi nunciat ratio particula
ris. pretermiſſo illo bono quod ſibi nunciat ratio vniuer
ſalis. Et per hunc modũ huiuſmodi paſſiones volunta
tem inclinant. nõ tamen de neceſſitate immutãt. quia in
poteſtate voluntatis eſt huiuſmodi paſſiones cõprimere
vt vſus rõnis non impediat̃. ſm illud Geñ. q̃rto. ſubtus
Ad 7 te erit appetitus tuus ſcʒ peccati. ¶ Ad ſeptimũ dr̃m q̃
cõpulſio illa de qua ibi fit mentio non eſt coactionis. ſed
efficacis ꝑſuaſionis. vt per aſpera vel ꝑ lenia

# Decimo querit̃. vtruꝫ

voluntas ꝛ intellectus ſint eadẽ potentia. Et 1.
videtur q̃ ſic. Potẽtie diſtinguunt̃ ſm ꝓpria obiecta. ob
iectum aũt intellectus eſt verum. voluntatis vero bonũ
cum ergo verũ ꝛ bonũ ſunt idem ſuppoſito ꝛ differant rõ
ne. videtur q̃ intellectus et voluntas ſint idem in re. ſed
differant rõne ¶ Pre. Sʒm ph̃m in. iij. de aĩa. voluntas 2
in rõne eſt. ergo vel eſt idẽ qð rõ vel pars rõnis. ſed ratio
eſt eadẽ potẽtia cũ intellectu. g̃ et volũtas. ¶ Prete. Vi 3
res aĩe cõiter diuidunt̃ in iraſcibile rõnale ꝛ cõcupiſcibile
ſed diſtinguit̃ volũtas ab iraſcibili ꝛ cõcupiſcibili. g̃ cõti 4
net̃ ſub rõnali. ¶ Pre. Vbicunq̃ꝫ inuenit̃ vnũ obiectũ re
et rõne eſt vna potẽtia. ſed volũtatis ꝛ intellectus practi
ci eſt vnũ obiectũ re ꝛ rõne. vtriuſq̃ꝫ eñ obiectũ dr̃ bonũ
ergo intellectus practicus nõ eſt alia potẽtia q̃ꝫ volũtas
Sed intellectus ſpeculatiuus nõ eſt alia potẽtia q̃ꝫ pra
cticus. q̃ɀ ſm ph̃m in terꝰ de aĩa. Intellectus ſpeculati
uus p̃ extenſionẽ fit practicus. g̃ volũtas et intellectus ſt̃
ſimplr̃ vna potẽtia ¶ Pre Sicut ad cognoſcendũ diffe 5
rentiã duoꝝ ad inuicẽ. oportet q̃ idẽ ſit q̃ cognoſcit vtrũq̃ꝫ
eoꝝ inter que differẽtia cõſideratur. ita oportet q̃ ideʒ ſit
qui cognoſcit ꝛ vult. Sed ad hoc q̃ cognoſcat̃ differen
tia inter aliqua duo. vt inter album ꝛ dulce. oportet q̃ ea
dem ſit potẽtia q̃ cognoſcat vtrunq̃ꝫ. ex quo ꝓbat ph̃s
in ſcðo de aĩa ſenſum cõem eſſe. ergo ea rõne oportet eſſe
vnã potentiã que cognoſcit ꝛ vult. ꝛ ita intellectus ꝛ vo
luntas ſunt vna potentia vt videtur

Cõtra ¶ Sed cõtra eſt q̃ appetitiuũ genus anime aliud eſt
ab intellectiuo ſm ph̃m. ſed volũtas cõtinet̃ ſub appetiti
uo. ergo volũtas eſt alia potẽtia ab intellectu ¶ Pre. In
tellectus cogi p̃t ſm ph̃m in. v. metaph. ſed volũtas non
poteſt cogi. vt dictum eſt. ergo intellectus et volũtas nõ
ſunt vna potentia

Rñ ¶ Rñſio dr̃m q̃ intellectus ꝛ volũtas ſunt diuerſe po
tẽtie ꝛ ad diuerſaꝝ potẽtiaꝝ genera ꝑtinẽtes. Ad cuius
euidentiã ſciendũ ẽ. q̃ cũ diſtinctio potẽtiaꝝ attendat̃ pe
nes actꝰ ꝛ obiecta. nõ q̃libet obiectoꝝ drñã oñdit diuerſi
tatẽ potẽtiaꝝ. ſed drñtia obiectoꝝ inq̃ntũ obiecta ſt̃. nõ
aũt aliq̃ accñtalis drñã q̃ accidat obiecto ſm q̃ eſt obie
ctũ. vt ſenſibili inquantũ ſenſibile accidit eſſe aĩatũ. q̃ꝫuis
ipſis rebꝫ q̃ ſentiunt̃ he drñe ſunt eẽntiales. et ideo penes
has drñas nõ diuerſificant̃ potẽtie ſenſitiue. ſed penes au
dibile ꝛ viſibile ꝛ tãgibile q̃ ſunt drñe ſenſibilis inquantũ
ſenſibile. ſiue p̃ eẽ ſenſibile ꝑ mediũ ſiue ſine medio Et qñ
quidẽ drñe eẽntiales obiectoꝝ inq̃ntũ ſt̃ obiecta. ſumunt̃
vt diuidẽtes p̃ ſe aliqð ſpẽale obiectũ aĩe. ex hoc diuerſifi
cant̃ potẽtie. ſed nõ genera potẽtiaꝝ. ſicut ſenſibile noĩat
nõ obiectũ aĩe ſimplr̃. ſed q̃ddã obiectũ qð p̃dictis diffe
rẽtijs p̃ ſe diuidit̃ Vñ viſus ꝛ auditꝰ ꝛ tactus ſunt diuer
ſe potẽtie ſpẽales ad idẽ genus potẽtiaꝝ aĩe ꝑtinẽtes ſcʒ
ad ſenſum. Sed qñ drñe accepte diuidũt ipm obiectũ cõi
ter acceptũ. tũc ex tali drñã innoteſcũt diuerſa genera po
tentiaꝝ. Dicit̃ aũt aliq̃d eſſe obiectũ aĩe ſm q̃ hꝫ aliquaꝫ
habitudinẽ ad ipſam aĩam. vbi g̃ inuenimus diuerſas rõ
nes habitudinis ad aĩam. ibi inuenimus p̃ ſe differentiã
obiecti anime demonſtrantẽ ſm diuerſuʒ genus potẽtia
rum anime. Res autem inuenitur ad aĩam duplicem ha
bitudinem habere. vnam ſm q̃ res eſt in anima p̃ modũ
anime non p̃ modũ ſui. aliam ſm q̃ anima comparatur
ad rem in ſuo eſſe exiſtentem Et ſic obiectũ aĩe eſt duplex.

Duplex ob- Vno mō inquantū natum eſt eſſe in anima. non ſm eſſe
iectum aīe. ꝓpriū. ſed ſm modū anime ſcꝫ ſpiritualiter. ⁊ hec eſt ra-
tio cognoſcibilis inquantū cognoſcibile eſt. Alio mō eſt
aliquid obiectū anime ſm ꝙ ad ipm anima inclinatur et
ordinatur ſm modum ipſius rei in ſeipſa exiſtentis. Et
hec eſt rō appetibilis inquantū appetibile. vnde ⁊ cogno
ſcitiuū in anima ⁊ appetitiuū cōſtituunt diuerſa genera
potentiarū. Vnde cum intellectus ſub cognitiuo cōpre-
hendatur. voluntas autē ſub appetitiuo. oꝑtet voluntatē
et intellectū eſſe potētias genere etiā diuerſas

¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ diſtinctio potentiarū
Ad .j. nō oritur ex obiectis ſm rem cōſideratis. ſed ſm rōnem
quia ipſe rōnes obiectorū ſpecificant ipſas operatōes po-
tentiarū. Et ideo vbi eſt diuerſa ratio obiecti inuenimus
diuerſas potentias q̄uis ſit eadem res que ſubeſt vtrīq3
rationi. ſicut eſt de vero et bono. Et hoc etiam patet in
rebus materialibus. nam aer patitur ab igne inquantū
eſt calidus ſm ꝙ eſt in potencia aer calidus. inquantū ve
ro ignis eſt lucidus patit̄ ab eo aer ſm ꝙ ipſe eſt dyapha-
nus. Nec eſt eadem potētia in aere ſm quā dicit̄ dyapha
nus ⁊ potētia calidus. q̄uis idem ignis ſit qui in vtrāq3
potentiā agat ¶ Ad ſcdm dicendū ꝙ potentia duplici-
Ad 2 ter poteſt cōſiderari. vel in ordine ad obiectū vel in ordi-
Dupl'r ꝯſi- ne ad eſſentiā anime in qua radicatur. Si ergo voluntas
derat̄ potēa cōſideretur in ordine ad obiectū. ſic ad aliud genus ani-
me ꝑtinet q̄ intellectus. Et ſic volūtas cōtra ratōem et
intellectum diſtinguitur. vt dictum eſt. Si vero volun-
tas cōſideretur ſm illud in quo radicatur. ſic cum volun
tas nō habeat organū corporale. ſicut nec intellectꝰ. volū
tas et intellectus ad eandē partem anime reducentur. et
ſic quādoq3 intellectus vel ratio ſumitur ꝓut includit in
ſe vtrunq3. Et ſic dicitur ꝙ volūtas eſt in ratione. etiam
ſm hoc rōnale includens voluntatem ⁊ intellectū diui di
tur cōtra irraſcibile ⁊ cōcupiſcibile. Vnde patet ſolutio
Ad 3 ad terciū. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ obiectū intellectus
Ad 4 practici nō eſt bonū. ſed verū relatum ad opus. ¶ Ad .v.
Ad 5 dicendū ꝙ velle ⁊ cognoſcere non ſunt actus vnius ratō
nis. et ideo non poſſunt ꝑtinere ad vnā potentiam. ſicut
cognoſcere dulce ⁊ album. vnde nō eſt ſimile

# Ad decimo queritur.

Vtrum voluntas ſit altior potentia q̄ intelle
1. ctus vel ecōuerſo. Et videtur ꝙ intellectus ſit altior
et nobilior. nobilitas enī anime ꝯſiſtit in hoc ꝙ eſt ad ima
ginem dei. ſed anima ad imaginē eſt ſm rōnem intellecti-
uam. vnde Augꝰ. dicit in tercio ſup Gen̄. ad lrām Intel
ligamus in eo factum hominē ad imaginē dei quo irrō-
nalibꝫ animantibꝫ antecellit. illud aūt eſt ipſa rō vl' mens
vel intelligentia. ſi quo alio vocabulo cōmodius appellat̄
ergo excellētiſſima potentia eſt intellectus Sed dice-
res. ꝙ ſicut imago eſt in intellectu. ita etiam in voluntate
cum imago ſm Augꝰ. in li. de trini. attendat̄ ſm memo-
2 riam intelligentiā ⁊ voluntatem. ¶ Sed contra. ex quo
voluntas anime penes imaginem attenditur. oportet ꝙ
ſit id excellentius anime vbi magis proprie inuenit̄ ratio
imaginis. ſed ſi imago ſit in voluntate ⁊ in intellectu ma-
gis proprie eſt in intellectu q̄ in voluntate. vnde Magi
ſter in ſcdo ſenten. diſtin. xvi. dicit imaginem eſſe in cogni
tione veritatis. ſimilitudinem in dilectione boni. ḡ opor-
tet ꝙ adhuc intellectus ſit nobilior q̄ voluntas. ¶ Pre.
3 Cum de potentijs iudicemus ex actibus. oportet ipſam
potentiam eſſe nobiliorem cuius actus eſt nobilior. ſed in
telligere eſt nobilius q̄ velle. ergo intellectꝰ eſt nobilior
q̄ voluntas. Probatio medie. Cum enī actus ſpecifice-
tur ex terminis. oportet illū actum eſſe nobiliorē cuius
terminus eſt nobilior. ſed intellectus actus eſt ſm motū
ad animā. actus autem volūtatis ſm motū ab anima ad
res. ergo cum anima ſit nobilior rebus exterioribꝫ. intelli
gere eſt nobilius q̄ velle ¶ Prete. In omnibus ordinatis
quanto aliquid magis diſtat ab infimo tanto eſt altius. 4
ſed infimū in potentijs anime eſt ſenſus. voluntas autem
magis appropinquat ſenſui q̄ intellectus. nam voluntas
cum ſenſitiuis potentijs cōmunicat in cōditione obiecti.
Sicut enī ſenſus eſt particulariū ita ⁊ voluntas. voluntꝰ
enī particularē ſanitatē et nō hoc vniuerſale quod eſt ſa-
nitas. intellectus aūt eſt vniuerſaliū. ergo intellectus eſt
altior potentia q̄ volūtas. ¶ Pre. Regens eſt nobilius 5
recto. ſed intellectus regit voluntatē. ḡ ⁊c. ¶ Pre. Id a 6
quo aliud eſt habet auctoritatē ſupra ipm ⁊ maioritatem
ſi ſit diuerſum in eſſentia. ſed intelligētia eſt a memoria. ſi
cut filius a patre. voluntas aūt a memoria ⁊ intelligentia
ſicut ſpūs a patre ⁊ filio. ḡ intelligentia habet auctoritatē
reſpectu volūtatis. ⁊ eſt maior ⁊ potior ea. ¶ Pre. Quā
to aliquis actus eſt ſimplicior ⁊ īmaterialior tanto eſt no 7
bilior. ſed actus intellectus eſt nobilior q̄ volūtatis ⁊ im
materialior. quia intellectus abſtrahit a materia. nō aūt
voluntas. ergo actus intellectus eſt nobilior q̄ volūtatis 8
¶ Pre. Intellectus in anima comparat̄ ſplendori in re-
bus materialibus. voluntas ſiue affectus calori. vt ex di-
ctis patet ſanctorū. ſed ſplendor eſt nobilior calore cū ſit
qualitas nobilioris corporis. ergo intellectus eſt nobilior
voluntate. ¶ Prete. Illud quod eſt propriū hominis in- 9
quantum eſt homo ſm phm in ethicis. eſt nobilius eo
quod eſt ꝯmune homini ⁊ alijs animalibus. ſed intellige
re eſt ꝓprium hominis. velle autem alijs animalibꝫ conue
nit. vt dicit phus in tercio ethicorū. ꝙ voluntario partici
pant pueri ⁊ bruta. ergo intellectus eſt nobilior volunta
te. ¶ Prete. Quanto aliquid eſt ꝓpinquius fini tāto eſt 10
nobilius. cū ex fine ſit ratio bonitatis in his que ſunt ad
finem. ſed intellectus noſter eſt ꝓpinquior fini q̄ volūtas.
prius enī homo attingit finem ꝑ intellectū cognoſcendo
ipſum q̄ per voluntatē appetendo ipſum. ergo intellectꝰ
eſt nobilior q̄ volūtas ¶ Pre. Scdm Grego. in. vi. mora.
vita contemplatiua eſt maioris meriti q̄ actiua. ſed vita 11
cōtemplatiua ꝑtinet ad intellectū. actiua aūt ad volunta
tem. ergo intellectus eſt nobilior q̄ volūtas ¶ Prete. Di
cit phus in. x. ethicorū. ꝙ intellectus eſt optimū eorū que 12
ſunt in nobis. ḡ nobilior eſt voluntate
¶ Sed ꝯtra. Nobilioris potētie nobilior eſt habitus. ſꝫ Inſtātie
habitus quo perficit̄ volūtas. ſcꝫ charitas. eſt nobilior fi 1
de ⁊ ſcia q̄bus ꝑficitur intellectus. vt patꝫ ꝑ aplm. i. Co-
rinth. xiij. ergo volūtas eſt nobilior intellectu ¶ Pre. Li 2
berū ꝑualere nō habēti libertatē. ſed voluntas eſt libera. nō
autē intellectus. ḡ volūtas eſt ſuperior ¶ Pre. Ordo potē 3
tiarum eſt ſm ordinē obiectorū. ſed bonū qđ eſt obiectū
voluntatis eſt nobilius vero. qđ eſt obiectum intellectus
ergo volūtas eſt nobilior intellectu ¶ Pre. ſm Dyo. v. c.
de di. no. quāto aliq̄ diuinarū potentiarū eſt cōmunior tan 4
to eſt nobilior. ſed volūtas eſt cōmunior intellectu. quia
quedam participant voluntatem que non participant
intellectum. vt ſupra dictum eſt. ergo voluntas eſt in- 5
tellectu nobilior. ¶ Preterea. Quanto aliquid eſt deo
propinquius. tanto eſt nobilius. ſed voluntas magis

appropinquat deo ꝙ̄ intellect⁹. qꝛ ſicut dr̄ Hugo de ſcō
vic. ſup. vij. ca. cel. hierar. Ibi dilectio intrat vbi cognitio
foris eſt. plus eñ diligimus deū ꝙ̄ eū poſſumus cogno-
ſcere. ergo voluntas eſt nobilioꝛ ꝙ̄ intellectus

Rſ° ¶ Rñſio dōm ꝙ aliqd̄ ꝑ altero dici eminētius ꝛ ſim
Aliquid plr et ſm quid. Ad hoc añt ꝙ oſtendat̄ aliqd̄ altero eſſe
eminēti⁹ ſimplr̄ melius opter ꝙ attendat̄ ꝯparatio penes eorum
eſt a° du² eſſentialia. ꝛ nō penes eoꝝ accñtalia. qꝛ ꝑ hoc oſtenderet̄
vnū alteri eminere ſm quid. Sicut ſi hō cōpareretur leoni
quantū ad differentias eſſentiales inuenit̄ leone ſimplici-
ter nobilioꝛ. inquantū hō eſt animal rōnale. leo vero aial
irrōnale. Leo vero eſt hoie excellētioꝛ ſi cōparentur ſm
fortitudinē coꝛporalez. hoc eñ eſt nobilius eſſe ſm quid.
Ut ergo cōſideret̄ que eaꝝ potentiaꝝ ſit potioꝛ ſimplici-
ter volūtas an intellectus. hoc ꝑ ſe ex eoꝝ differētijs ꝯſi
derandū eſt. Perfectio añt ꝛ dignitas intellectus in hoc
cōſiſtit ꝙ ſpēs rei intellecte in ipſo intellectu cōſiſtit. cum
ſm hoc intelligat actu in quo eius dignitas tota ꝯſidera
tur. Nobilitas añt volūtatis ꝛ actus eius ꝯſiſtit in hoc
ꝙ anima oꝛdinat̄ ad aliquā rem nobilez ſm eſſe qđ res il-
la habet in ſeipſa. ꝑfectius añt eſt ſimplr ꝑ ſe ꝛ abſolute lo
quendo habere in ſe nobilitatē alterius rei q̄z ad rem no-
bilem cōparari extra ſe exiſtentē. Unde volūtas ꝛ intel-
lectus ſi ſm ſe cōſiderent̄ nō cōparando ad hanc vel ad il
lam rem. hunc oꝛdinem inueniunt̄ habere ꝙ intellect⁹ eſt
eminentioꝛ ſimplr̄ voluntate. Sed cōtingit eminētius eē
quādoq3 cōparari ad aliquā rem nobilē per aliquez mo-
dum alium q̄z eius nobilitatē in ſeipſo habere. qñ ſcz nobi
litas rei habet̄ multo inferioꝛi mō ꝙ̄ eā habeat res illa in
ſeipſa. Si añt nobilitas rei inſit alij rei vel eque nobiliter.
vel nobilius ꝙ̄ in re cuius eſt. tunc abſq3 omi dubitatōe
nobilius erit. quod in ſe nobilitatē alterius rei habet ꝙ̄
qđ ad ipſam rem nobilē quātumcūq3 oꝛdinat̄. Rerū añt
que ſunt anima ſupioꝛes foꝛmas ꝑcipit intellectus infe-
rioꝛi mō ꝙ̄ ſint in ipſis rebus. recipitur eñ aliquid in in-
tellectum per modū ſui. vt dr̄ in libꝛo de cauſis. Et eadē
ratio eſt earum que ſunt anima inferioꝛes. ſicut res coꝛpo
rales foꝛme ſunt nobilioꝛes in anima ꝙ̄ in ipſis rebus.

Intellēc Sic igit̄ triplr̄ poteſt comparari intellectus ad volun
cōpat̄ ad tatem. vno mō abſolute ꝛ in vniuerſali non reſpectu hu
volū. tri. ius vel illius rei. ꝛ ſic intellectus eſt eminentioꝛ voluntate
ſicut habere id quod dignitatis eſt in re aliqua ꝑfectius
eſt ꝙ̄ cōparari ad voluntatez eius. Alio mō per reſpectū
ad res materiales ſenſibiles. ꝛ ſic iterum intellectus ſim-
pliciter ē nobilioꝛ voluntate. vtputa intelligere lapidē ꝙ̄
velle lapidem. eo ꝙ foꝛma lapidis nobilioꝛi mō eſt in in-
tellectu ſm ꝙ ab intellectu intelligit̄ ꝙ̄ ſit in ſeipa ſm ꝙ a
volūtate deſiderat̄. Tercio mō ꝑ reſpectū ad res diuinas
poſi ad que ſunt aia ſupioꝛes. ꝛ ſic velle eminētius eſt ꝙ̄ intellige
bin re vt velle deum vel amare ꝙ̄ cognoſcere. qꝛ diuina boni-
tas ꝑfectius eſt in ipo deo. put a volūtate deſiderat̄ ꝙ̄ ſit
ꝑticipata in nobis. put ab intellectu cognoſcitur

¶ Ad pmū ergo dōm ꝙ Aug⁹. accipit rōem et intelligē
Ad .j. tiam ꝓ tota parte intellectiua que cōprehendit in ſe etiā
apprehenſionē intellectus ꝛ appetitū volūtatis. et ſic vo
luntas nō excluditur ab imagine. ¶ Ad ſcōm dicendū ꝙ
Ad 2 Magiſter appropꝛiat imaginē ratōni. eo ꝙ pꝛioꝛ eſt. ſimi
litudinē vero amoꝛi. quia in cōparatione ad deum cogni-
tio cōpletur per amoꝛē. ſicut imago perficit̄ et venuſtat̄ ꝑ
coloꝛem. et alia huiuſmodi quibus fit ſimilis exemplari.
¶ Ad terciū dicendū ꝙ illa ratio ꝓcedit quantū ad res
Ad 3 illas quibus anima eſt nobilioꝛ. ſed eadem ratōne poteſt
pꝛobari eminentia volūtatis in cōparatione ad res ani-
ma nobilioꝛes ¶ Ad quartū dicendū ꝙ volūtas nō cō Ad 4
municat obiecto cū ſenſibus niſi ſm ꝙ fertur in res ſen-
ſibiles. que ſunt anima inferioꝛes. ſm vero ꝙ fert̄ ad res
intelligibiles ꝛ diuinas. magis etiam elongatur a ſenſib⁹
ꝙ̄ intellectus. cum intellectus minus capere poſſit de di-
uinis ꝙ̄ appetat ꝛ diligat affectus ¶ Ad quintum dicen Ad 5
dum ꝙ intellectus regit voluntatem non quaſi inclinans
eam in id in quod tendat. ſed ſicut oſtēdens ei quo tende
rē debeat. quanto ergo minus poteſt oſtēdere intellectus
aliquod nobile ꝙ̄ inclinatio volūtatis feratur in id volū
tas eſt potioꝛ intellectu. ¶ Ad ſextum dicendū ꝙ volun-
tas nō directe ab intelligētia procedit. ſed ab eſſentia ani Ad 6
me ꝑſuppoſita intelligentia. vnde ex hoc nō oſtendit̄ oꝛdo
dignitatis. ſed ſolummō oꝛdo quo naturaliter intellect⁹
eſt pꝛioꝛ voluntate ¶ Ad ſeptimū dicendū ꝙ intellectus Ad 7
nō abſtrahit a materia niſi cum intelligit res ſenſibiles ꝛ
materiales. Cū vero intelligit res que ſunt ſupꝛa ipam
nō abſtrahit imo eſt minus ſimplex ꝙ̄ ſunt res in ſeipſis.
vnde remanet actus voluntatis qui fertur in ipſas res
pꝛout in ſeipſis ſunt ſimplicioꝛ ꝛ nobilioꝛ ¶ Ad octauū Ad 8
dicendū ꝙ loqutiōes ille quibus intellectus ſplendoꝛi. af
fectus vero caloꝛi cōparantur. ſunt metaphoꝛice. et ex ta
libus loqutiōibus. vt dicit Magiſter in tercio ſentē. nō
eſt trahēda argumētatio. Dicitur eñ in epiſtola ad Ty
tum. ꝙ ſymbologica theologia nō eſt argumentatiua.
¶ Ad nonū dicendū ꝙ ſicut intelligere eſt ſolius homi- Ad 9
nis ita velle. ꝙ̄uis appetere ſit alioꝛū ꝙ̄ hominis ¶ Ad Ad 10
decimū dōm ꝙ ꝙ̄uis pꝛius anima ferat̄ in deū ꝑ intelle-
ctum ꝙ̄ ſm affectum. ꝑfectius tamē ꝑuenit in ipſum affe-
ctus ꝙ̄ intellectus. vt dictū eſt ¶ Ad vndecimū dōm ꝙ Ad 11
a contēplatione volūtas nō excludit̄. vnde Grego. de ſu-
per Ezech. ꝙ vita cōtemplatiua eſt deum ꝛ proximū dili
gere. vnde eminētia vite cōtemplatiue ad actiuā nō pre-
iudicat volūtati. ¶ Ad duodecimū dōm ꝙ phūs loquit̄ Ad 12
de intellectu ſm ꝙ accipit̄ pro tota ꝑte intellectiua. q̄ cō-
pꝛehendit etiam in ſe ꝛ voluntatē. Uel poteſt dici ꝙ cōſi-
derat intellectū ꝛ alias potētias anime abſolute. nō ſm ꝙ
cōparantur ad hoc obiectū vel illud.

¶ Ad illud vero quod pꝛimū obijcit̄ in cōtrarū dicē-
dum ꝙ charitas eſt habitus ꝑficiens voluntatē in oꝛdi- Sol. inſtan.
ne ad deum. ꝛ in hoc oꝛdine volūtas eſt nobilioꝛ intelle- Ad .j.
ctu ¶ Ad ſcōm dōm ꝙ libertas volūtatis nō oſtēdit eā
nobilioꝛē eſſe ſimplr̄. ſed nobilioꝛē in mouēdo. qđ ex ſequē Ad 2
tib⁹ magis patebit ¶ Ad terciū dōm ꝙ cū verū ſit quod
dā bonū. eſt eñ bonū intellectus. vt pz ꝑ phm in. vi. ethi Ad 3
coꝝ. nō eſt dōm ꝙ bonū ſit nobilius vero. ſicut nec aiał
nobilius hoie. cū hō includat in ſe nobilitatē aialis ꝛ ſup
addat. Loquimur añt nūc de vero ꝛ bono ſm ꝙ ſunt obie Ad 4
cta voluntatis ꝛ intellectus. ¶ Ad quartū dōm ꝙ velle
nō inuenit̄ in pluribꝰ q̄z intelligere. ꝙ̄uis appetere in pluri Nota
bus inueniat̄. Sciendū tñ eſt ꝙ in hac rōne nō induci
tur auctoꝛitas Dyo. ſm eius intentōem ꝓpter duo. quia
Dyo. loqtur qñ vnū includit̄ in rōne alterius. ſicut eē in
viuere. ꝛ viuere in intelligere. vñ dr̄ vnū eſſe ſimplicius al
tero. Scđo qꝛ q̄zuis ꝑticipatio q̄ ē ſimplicioꝛ ſit nobilioꝛ
tñ ſi accipiat̄ cū illo mō q̄ inuenit̄ in rebꝰ carentibꝰ ſupad
ditis ꝓceſſionibꝰ erit ignobilioꝛ. Sicut eſſe qđ eſt nobili⁹
ꝙ̄ viuere. ſi accipiat̄ cū illo mō q̄ inaiata ſunt. ille modus
eēndi ē ignobilioꝛ ꝙ̄ eē viuentiū qđ ē viuere. ꝛ ſic nō opꝫ
ꝙ ſꝑ id qđ in pluribꝰ ē ſit nobilius. alˀs opteret dicere ſen
ſum eē nobilioꝛē intellectu ꝛ nutritiuā potentiā ſenſitiuā

Ad 5 ¶ Ad quintū dicendū ꝙ ratio illa procedit de nobilita-
te in ordine ad deum. Et ſic cōceditur eſſe nobilior.

# Duodecimo queritur

Utrū voluntas moueat intellectū ⁊ alias aīe
1 vires Et videt ꝙ nō. Mouēs eīm naturaliter eſt pri
us moto. ſed voluntas eſt poſterior intellectu. nihil enim
amat niſi cognitum. ſcḋm Aug. in li. de tri. ergo volūtas non
mouet intellectū ¶ Preterea. Si volūtas mouet intellectū
2 ad actū ſuū, tunc ſeqtur ꝙ intellectus intelligat. q2 volū-
tas vult ipm intelligere. ſed volūtas nō vult aliud niſi in
tellectū. ergo prius intelligere ipm intelligeret ꝙ volūtas il
lud vellet. ſed anteꝙ intellectus hoc intelligeret opor-
ret ponere ꝙ volūtas vellet. q2 ponit a voluntate intelle-
ctus moueri. ergo eſt abire in infinitū. hoc aūt eſt impoſſibi
le. ergo volūtas nō mouet intellectū. ¶ Prete. Omnis po
3 tentia motiua mouet a ſuo obiecto. ſed volūtas eſt potē-
tia paſſiua. eſt eīm appetitus mouens motū. vt dr̄ in ter°
de aīa. ergo mouet a ſuo obiecto. ſed obiectū eius eſt bonū
intellectū vel apprehēſum. vt dr̄ in tercio de aīa. ergo intelle
ctus aut alia vis apprehēſiua mouet voluntatē ⁊ nō econ
4 uerſo ¶ Pre. Qꝫ vna potentia dicat aliā potentiā moue-
re. hoc eīm nō eſt niſi ꝓpter imperiū qḋ vna ſup aliā hꝫ. impe
5 rare aūt eſt rōnis. vt dr̄ in p̄mo ethicoꝝ. ergo eius eſt moue
re alias potētias ⁊ nō volūtatis ¶ Pre. Sꝫ Aug. xii.
ſup Gen. ad lrām. mouēs ⁊ agens eſt nobilius moto ⁊ fa
cto. ſed intellectus ad minus reſpectu ſenſibiliū eſt nobi-
lior ꝙ voluntas. vt dictū eſt. ergo ad minus reſpectu ho
rum nō mouetur a voluntate

Contra ¶ Sed ꝯ eſt qḋ Anſel. dr̄ in li. de ſilitudinibꝰ. ꝙ volūtas
mouet oīes anime vires. ¶ Prete. Sꝫ Aug. viii. ſu
per Gen. ad lrām. Omnis motus ꝓcedit ab immobili. ſꝫ
inter potentias aīe ſola volūtas eſt que eſt immobilis in
hoc ꝙ a nullo cogit. ergo omnes aīe vires a voluntate
mouent ¶ Pre. Sꝫ phm. ii. metaph. omnis motus eſt
ꝓpter finem. ſed bonū ⁊ finis eſt obiectū volūtatis. ergo vo-
luntas mouet alias vires. ¶ Pre. Sꝫ Aug. hoc facit
in ſpiritibꝰ amor qḋ in corporibꝰ pondus. ſed pōdus mo-
uet corpora. ergo amor volūtatis mouet ſpirituales ani-
me potentias.

Rꝫo ¶ Rñſio dōm ꝙ intellectus mouet aliquo mō volun
tatem. ⁊ volūtas mouet aliquo mō intellectū ⁊ alias vi-
res Ad cuius euidentiā ſciendū eſt. ꝙ tam finis ꝙ effi
Dupl'r aliqd mouet ciens mouere dicunt ſed diuerſimode. cū eīm in qlibet ac-
tione duo cōſiderent. ſcꝫ agens ⁊ rō agendi. Sicut in ca
lefactiōe ignis eſt agens. ⁊ rō agendi eſt calor. Ita etiā in
mouēdo dr̄ mouere finis ſicut rō mouēdi. ſed efficiens ſi
cut agēs motū. hoc eſt educēs mobile de potētia in actū.
rō aūt agendi eſt forma agentis ꝑ quā agit. vñ oportꝫ ꝙ
inſit agenti ad hoc ꝙ agat. nō aūt ineſt ſcḋm eſſe nature ꝑ
fectum. q2 hoc habito deficit motus. ſed ineſt agenti per
modū finis intentionis. nam finis eſt prior in intentiōe ſed
poſterior in eſſe. Et ideo finis p̄exiſtit in mouente. ꝓprie
ſcḋm intellectū cuiꝰ eſt recipere aliqd ꝑ modū intentōis et
nō ſcḋm eſſe nature. Unde intellectus mouet voluntatē ꝑ
modū quo finis mouere dr̄. inquantū ſcꝫ precōcipit rōem
finis ⁊ eam volūtati ꝓponit. Sed mouere ꝑ modū cauſe
agentis eſt volūtatis ⁊ nō intellectus. eo ꝙ volūtas com
parat ad res ſcḋm ꝙ in ſeipſis ſunt. intellectus aūt ꝯpara-
tur ad res ſcḋm ꝙ ſunt ꝑ modū ſpiritualē in aīa. Agere au
tem ⁊ mouere cōuenit rebꝰ ſcḋm eſſe propriū quo in ſeipſis
ſubſiſtunt. ⁊ nō ſcḋm ꝙ ſunt in anima ꝑ modū intentionis
Calor eīm nō calefacit in aīa ſed in igne. ⁊ ſic cōparatiō
volūtatis ad res eſt ſcḋm ꝙ cōpetit eis motus. nō aūt com
paratio intellectus. Et p̄terea actus volūtatis eſt qdā
inclinatio in aliud non aūt intellectus. inclinatio autē eſt
diſpoſitio mouētis ſcḋm ꝙ efficiens mouet. Unꝫ pꝫ ꝙ volū-
tas habet mouere ꝑ modū cauſe agētis et nō intellectus
Potētijs autē aīe ſuperioribus ex hoc ꝙ immateriales ſūt
cōpetit vt reflectant ſup ſeipſas. vñ tam volūtas ꝙ intel
lectus reflectit vtrūꝗ ſupra ſeipm ⁊ vnū ſupra alterū et
ſupra eſſentiā anime ⁊ ſup oīes eius vires. ⁊ ſiliter volū
tas vult ſe velle ⁊ intellectū intelligere et vult aīam eſſe.
et ſic de alijs. Cum aūt aliqua potētia ſupra aliam fert cō
paratur ad eam ſcḋm ſuā ꝓprietatē ſicut intellectus cum in
telligit voluntatē velle in ſeipſo rōem volendi accipit. vñ
et ipſa volūtas cum fertur ſupra potētias aīe fert in eas
vt in res quaſdā qbus cōuenit motus ⁊ operatio. ⁊ incli
nat vnamquāꝗ in ꝓpriā operatōem. Et ſic non ſolū res
exteriores mouet volūtas ꝑ modū agentis. ſed etiam ip
ſas anime vires

¶ Ad primū ergo dōm ꝙ cum in reflexione ſit quedam
ſimilitudo motus circularis in quo eſt vltimū motus qḋ Ad 1.
p̄mo erat principiū. oportet ſic dicere in reflexiōe actuū. vt
illud qḋ p̄mo erat prius ſcḋo fiat poſterius. et ideo ꝗuis
intellectus ſit prior volūtate ſimplr. tñ per reflexiōem effi-
citur voluntate poſterior. ⁊ ſic volūtas intellectū mouere
poteſt ¶ Ad ſcḋm dōm ꝙ nō eſt ꝓcedere in infinitū. ſtat
eīm in appetitu naturali. q inclinat intellectus in ſuū actū Ad 2
¶ Ad terciū dōm ꝙ rō illa oſtēdit ꝙ intellectus mouet
per modū finis. hoc eīm mō ſe habet bonū apprehenſum Ad 3
ad voluntatē ¶ Ad quartū dōm ꝙ imperiū eſt ⁊ volūta-
tis et rōnis quantū ad diuerſa. Voluntatis qdem ſcḋm ꝙ Ad 4
imperiū inclinatōnem quandā importat. Rōnis vero ſcḋm
ꝙ inclinatio diſtribuit ⁊ ordinat ad illa vel alia exequēdā
per hunc vel illū ¶ Ad quintū dōm ꝙ qdam potētia pre
eminet alteri in hoc qḋ eſt ꝓprium ſibi. ſicut tactus perfe Ad 5
ctius ꝯparat ad calorem quē ſentit ꝑ ſe. ꝙ viſus q ſentit
ipſū ꝑ accidēs Et ſiliter intellectus cōpletius comparat
ad verū ꝙ voluntas. ⁊ ſic volūtas ꝑfectius comparatur
ad bonū quod eſt in rebus ꝙ intellectus. Unꝫ ꝗuis intel
lectus ſit ſimpl'r nobilior volūtate ad minus reſpectu ali
quarū rerum. tñ ſcḋm rōem mouēdi que competit volūtati
ex rōne ꝓpria obiecti voluntas nobilior inuenitur

# Decimotertio querit

Utrū intētio ſit actus voluntatis. Et videt
1 ꝙ non. q2 ſup illud Luce. xi. lucerna corꝑis tui eſt oculus
tuus. glo. intentio. ſed oculus in anima eſt ratō vel intelle
ctus. ergo intentio ꝑtinet ad rōem vel intellectū. ⁊ nō ad vo
luntatem. Sed diceres. ꝙ erat volūtatis in ordine ad
rōem. ⁊ ꝓ tanto oculo ꝯparat ¶ Sed cōtra. Actus ſu-
2 perioris ⁊ prioris potentie nō depēdet ab actu poſterioris
ſed volūtas eſt prior intellectu in agendo. q2 mouet intelle
ctum. vt dictū eſt. ergo actus volūtatis nō dependet a rōne.
ſi ergo intentio eſſet actus volūtatis. nullo mō ad ratio-
nem ꝑtineret. Sed diceres. ꝙ ſcḋm hoc actus volunta-
tis dependet a ratōne inquantū ad volendū p̄exigitur co
gnitio voliti. ⁊ ſic intentio ꝗuis ſit actus voluntatis. eſt
tamē aliquo mō rōnis ¶ Sed cōtra. Nullus actus vo-
3 luntatis eſt qui cognitōem nō p̄exigat. ergo ſcḋm hoc nullus
actus deberet attribui ſimplr volūtati. nec velle nec amar

te.ſed volũtati ꝛ rõni ſimul.qḋ eſt falſum.ergo ꝛ p̄mum
4 ſcꝫ ꝙ intentio ſit actus volũtatis. ¶ Pre. Ipſum nomẽ
intentionis importat relatõnem in finem .ſed referre ali⸗
quid in finem ꝑtinet ad rõnem.ergo intentio eſt rõnis ꝛ
nõ volũtatis. Sed diceres.ꝙ in intentõe nõ ſolum eſt
5 relatio in finem.ſed actus volũtatis qui refertur in finē
et vtrũqꝫ ꝑ nomen intentõis ſignat̃. ¶ Sed ↄtra. Act⁹
ille relationi in finem ſubſternit̃ vt materiale formali.ſed
magis denominat̃ aliquid a formali q̃ꝫ materiali, igit̃ intẽ
tio magis denominat̃ ab eo qḋ eſt volũtatis.ꝛ ſic magis
6 debet poni actus rõnis q̃ꝫ volũtatis ¶ Pre. Sicut p̄m⁹
motor dirigit totam naturã.ita ꝛ rõ dirigit volũtatẽ.ſed
intentio in rebꝫ naturalibus magis ꝓprie attribuit̃ primo
motori q̃ꝫ ipſis rebꝫ naturalibꝫ.cũ res naturales nõ dicã⸗
tur in aliquid tendere niſi ſm ꝙ ſunt directe a p̄mo moto
re.ergo ꝛ in potentijs aĩe magis debet attribui intentio
7 rõni q̃ꝫ volũtati. ¶ Pre. Intentio ꝓprie loquendo nõ eſt
niſi cognoſcentis.ſed volũtas nõ eſt cognoſcẽs.ergo inten
8 tio nõ eſt volũtatis. ¶ Pre. Eorũ que nullo modo ſunt
vnũ nõ poteſt eſſe actus vn⁹.ſed volũtas ꝛ rõ nullo mõ
ſunt vnũ .cũ etiã ad diuerſa genera potentiarũ aĩe ꝑtine
ant.volũtas eñ eſt in appetitiuo.ſed rõ in intellectiuo.igi
tur rõ ꝛ volũtas nõ poſſunt habere vnũ actum.ꝛ ita ſi in
tentio eſt actus rõnis aliquo mõ nõ eſt actus volũtatis.
9 ¶ Pre. Volũtas ſm phm in.iij.ethi.eſt finis tm̃.ſed fi⸗
nis eſt vn⁹ tm̃ in vno ordine.ergo volũtas ſm ſuũ actuꝫ
ↄpãratur ad vnũ.ſed vbi eſt vnũ ibi nõ eſt ordo.cũ ergo
intentio ordinẽ importet.videt̃ ꝙ nullo mõ ſit volũtatis
10 ¶ Pre. Intentio nihil aliud eſſe videt̃ q̃ꝫ directio volũ⸗
tatis in vltimũ finẽ.ſed dirigere volũtatẽ eſt rõnis.ergo
11 intentio ad rõneꝫ ꝑtinet ¶ Pre. Sicut in ꝑuerſitate pec
cati error eſt rõnis.ↄtemptus iraſcibilis.inordinatio vo
luntatis ꝛ ↄcupiſcibilis.ita ecõtrario in reformatõne aĩe
fides eſt rõnis.ſpes iraſcibilis.ꝛ charitas ↄcupiſcibilis.ſꝫ
fides ſm Aug⁹.eſt que intentionem dirigit.ergo inten⸗
12 tio eſt rõnis. ¶ Pre. Scḋm phm.iij.ethi.voluntas eſt
13 poſſibiliũ ꝛ impoſſibiliũ.intentio vero ſoluꝫ poſſibiliũ. ꝗ
intẽtio nõ eſt volũtatis ¶ Pre. Qḋ nõ eſt in aĩa nõ eſt
in volũtate.ſed intentio nõ eſt in aĩa.q2 nec eſt potencia.
ſic eñ eſſꝫ naturalis ꝛ in ea meritum nõ ↄſiſteret. Nec eſt
habitus.ſic eñ eſſꝫ in dormiente Nec eſt paſſio.ſic eñ eſſꝫ
partis ſenſitiue.vt pꝫ ꝑ phm.vij.phy. Hec tria ſunt ſolũ
modo in aĩa.vt dr̃ in.ij.ethi.ergo intentio nõ eſt in volun
14 tate. ¶ Pre. Rationis ordinare eſt.cum ad ſapientẽ ꝑti
neat.vt dr̃ in p̄mo metaphy.ſed intentio ordinatio q̃dã
15 eſt in finem.ergo rõnis eſt. ¶ Pre. Intentio eſt diſtãtis
a fine.hec eñ prepoſitio.in.importat diſtãtiã.ſed magis
diſtat a fine rõ q̃ꝫ volũtas.q2 rõ ſolum demonſtrat finem.
16 voluntas aũt inheret fini ſicut ꝓprio obiecto.ergo inten⸗
tio eſt magis rõnis q̃ꝫ volũtatis. ¶ Pre. Omnis actus
volũtatis aut eſt eius abſolute.aut ꝑ ↄparatiõem ad ſu
periores vires aut inferiores.ſed intendere nõ eſt actus
volũtatis abſolute. quia ſic idem eſſꝫ qḋ velle vel amare
Nec eſt actus eius.in ordine ad ſuperiorem .id eſt rõneꝫ
ſic eñ actus eius eſt eligere. Nec in ordine ad inferiores
cũ ſit eius imperate.ergo nullo modo intendere eſt actus
voluntatis.

Cõtra ¶ Sed ↄtra. Intentio eſt ſolum de fine. ſed finis ꝛ bo
num eſt obiectum volũtatis.ergo intentio ad voluntatẽ
pertinet. ¶ Pre. Intendere eſt quedam proſequutio.ſꝫ
proſequutio vel fuga ad volũtatẽ pertinet non ad rõnem
ſed ſolum rõnis eſt dicere aliquid eſſe proſequendũ vel fu
giendum.ergo intentio eſt voluntatis. ¶ Prete. Omne
meritum eſt in volũtate.ſed intentio eſt meritoria. ꝛ pe⸗
nes eam precipue attendit̃ meritum vel demeritum.igit̃
intentio eſt volũtatis ¶ Prete. Ambro.dicit ꝙ affectus
operi tuo nomen imponit.ſed actus iudicat̃ bonus vel
malus ex intentione.ergo intentio videtur in affectu cõ⸗
tineri.ꝛ ſic videt̃ eſſe volũtatis ꝛ nõ rõnis.

¶ Reſponſio dõm. ꝙ intentio eſt actus voluntatis Rñ
qḋ quidem manifeſte apparet ex eius obiecto. oportꝫ eñ
potentiam ꝛ actũ ↄuenire in obiecto. cum potentia non
ordinetur in obiectum niſi per actum ,oportꝫ eñ poten⸗
tie viſiue ꝛ viſionis eſſe idem obiectum,ſcꝫ colorem.cum
ergo obiectũ huius actus.qui eſt intentio.ſit bonum. qḋ
eſt finis.quod etiam eſt obiectum volũtatis.oportꝫ etiaꝫ
intentionem actum volũtatis eſſe.nõ eſt aũt actus volũ
tatis abſolute.ſed in ordine ad rõnem. Ad cuius eui⸗ Nota.
dentiam ſciendũ eſt.ꝙ quãdocũqꝫ ſunt duo agentia ordi Diſtictio
nata .ſecũdũ agens dupl'r poteſt moueri vel agere. Vno bimẽbris.
mõ ſm ꝙ ↄpetit nature ſue. Alio mõ ſm ꝙ ↄpetit natu⸗
re ſuperioris agentis.impꝛ̃ſſio eñ ſuperioris agentis ma⸗
net in inferiori.ꝛ ex hoc inferius agens nõ ſolum agit ac
tione ꝓpria.ſed actione ſuperioris agentis.ſicut ſphera ſo
lis mouet̃ ꝓprio motu qui ſpacio vnius anni expletur.et
motu p̄mi mobilis qui eſt motus diurnus. Siliter autẽ
aqua mouet̃ motu ꝓprio tendendo in centrũ. ꝛ hꝫ quẽdaꝫ
motum ex impꝛ̃ſſione lune que mouet ipſam. vt pꝫ in flu⸗
xu ꝛ refluxu maris. Corpora aũt mixta hñt quaſdã opa
tiones ſibi ꝓprias.que ↄſequũtur naturã q̃ttuor elemen⸗
toꝝ. vt tendere deorſum.calefacere. ꝛ frigefacere. et hñt
alias operatões ex impꝛ̃ſſione corpoꝝ celeſtiũ.vt magnes
attrahit ferrũ. Et q̃uis nulla actio inferioris agentis fi⸗
at niſi p̄ſuppoſita actõe ſuperioris.tñ illa actio que ↄpetit
ei ſm ſuã naturã attribuit̃ ei abſolute.ſicut aque moueri
deorſum.illa vero que ei ↄpetit ex impꝛ̃ſſione ſuperioris
agentis nõ attribuit̃ ei abſolute.ſed in ordine ad aliud.ſi
cut fluere ꝛ refluere dr̃ eſſe ꝓprius motus maris.nõ inq̃ꝫ⸗
tum eſt aqua.ſed inq̃ꝫtum mouetur a luna. Rõ auteꝫ et
volũtas ſunt quedã potentie opatiue ad inuicem ordina
te.ꝛ abſolute ↄſiderando rõ prior eſt.q̃uis per reflexio⸗
nem efficiatur p̄or volũtas ꝛ ſuperior inq̃ꝫtuꝫ mouet rõ
nem. Unde pt̃ volũtas habere duplicem actũ. vnum Volũtas hꝫ
qui ↄpetit ei ſm ſuam naturã inq̃ꝫtum tendit in ꝓprium duplicẽ actũ
obiectũ abſolute.ꝛ hic actus attribuitur volũtati ſimpli
citer.vt velle vel amare.q̃uis etiam ad hũc actum p̄ſup
ponatur actio rõnis. Aliũ ꝟo actum habet qui ↄpetit
ei ſm id qḋ ex impreſſione rõnis relinquitur in volũtate
Cum eñ ꝓprium ſit rõnis ordinare ꝛ ↄferre, q̃ñcunqꝫ in
actu volũtatis apparet aliqua collatio vel ordinatio. ta⸗
lis actus eſt volũtatis . nõ abſolute.ſed in ordine ad rõ⸗
nem. Et hoc modo intendere eſt actus volũtatis.cuꝫ in⸗
tendere nihil aliud eſſe videat̃ q̃ꝫ ex eo ꝙ quis vult in ali
ud tendere ſicut in finem. Et ita intendere in hoc dif
fert a velle ꝙ velle tendit in finem abſolute.ſed intendere Velle ꝛ intẽ⸗
dicit ordinẽ in finem ſm ꝙ finis eſt in quẽ ordinant̃ ea q̃ dere dr̃ũt.
ſunt ad finem. Cum eñ volũtas moueat̃ in ſuũ obiectũ
ꝓpoſitum a rõne.diuerſimode mouet̃ ſm ꝙ diuerſimode
ſibi ꝓponitur. Uñ cum rõ ꝓponit ſibi aliquid vt abſolute
bonum volũtas mouetur in illud abſolute.ꝛ hoc eſt vel⸗
le. cuꝫ aũt ꝓponit ſibi aliquid ſub rõne boni ad quod alia
ordinentur vt ad finem.tunc tendit in illud cũ quodam
ordine qui inuenitur in actu volũtatis.non ſm ꝓpriã na⸗
turam.ſed ſm exigentiam rationis.et ita intendere eſt

actus voluntatis in ordine ad rationem.
Ad .j. ¶ Ad pmū igitur dōm. ꝙ intentio aſſimilatur oculo
ꝗ̄tum ad illud quod de proprietate rationis in intentio
Ad 2 ne inuenitur. ¶ Ad ſecūdum dōm. ꝙ rō mouet quodam
modo voluntatem ⁊ volūtas quodāmodo rationem. vt
ex dictis patet. ⁊ ſic vtraqꝫ diuerſis reſpectibꝫ eſt altera
Ad 3 prior. ⁊ vtriqꝫ poteſt attribui actus in ordine ad alterum
¶ Ad tercium dōm. ꝙ ꝗ̄uis quilibet actus voluntatis
preſupponat cognitionem rationis. non tamen ſemper in
actu volūtatis apparet illud quod eſt ꝓprium rōnis. vt ex
Ad 4 dictis patꝫ. vnde rō non ſequitur ¶ Ad quartū dicendū
ꝙ relatio actiua in finem eſt rōnis. eius eñ eſt referre in fi
nem. ſed relatio paſſiua poteſt eſſe cuiuſcunqꝫ directi vel
relati in finem per rōnem. ⁊ ſic poteſt eſſe etiam volunta/
tis. ⁊ hoc modo relatio in finem pertinet ad intentiōem
Ad 5 Et per hoc patꝫ ſolutio ad quintū ¶ Ad ſextū dicen
Ad 6 dum. ꝙ in primo motore non ſolum inuenitur cognitio.
ſed voluntas. ⁊ ideo ꝓprie poteſt intentio ei attribui. ſꝫ ad
rōnem non pertinet niſi cognitio. vnde non eſt ſimile.
¶ Ad ſeptimū dōm. ꝙ intendere etiam eſt non cogno/
Ad 7 ſcentis. cum etiam res naturales intendant in finem. ꝗ̄/
uis intentio preſupponat aliquam cognitōem. Si autē
loquamur de intentione animali. ſic non eſt niſi cognoſcē
tis. ſicut nec velle. Nec tamē oportꝫ ꝙ intendere ⁊ velle
ſint actus eiuſdem potentie cuius eſt cognoſcere. ſed eiuſ
dem ſuppoſiti. nō eñ ꝓprie dicitur aliquis cognoſcere vel
intendere aliqua potentia. ſed ſuppoſitum ſm potentiā.
Ad 8 ¶ Ad octauū dōm ꝙ rō ⁊ volūtas ſunt vnū ſm ordinē
ſicut vniuerſum dicitur eſſe vnū ſm ordinem. ⁊ ſic nihil ꝓ
hibet vnū actum eſſe vtriuſqꝫ. vnius quidem immedia/
Ad 9 te. ſed alterius mediate. ¶ Ad nonū dicendū. ꝙ ꝗ̄uis
volūtas ſit principaliter de fine. ex eo ꝙ ea que ſunt ad fi
nem non deſideramus niſi ꝓpter finē. nihilominus tamē
eſt voluntas eorum que ſunt ad finem. Hoc eñ qđ dicit
phūs in tercio ethi. ꝙ volūtas eſt finis. electio eorū que
ſunt ad finem. non ob hoc dicitur ꝙ volūtas ſemꝑ ſit fi/
nis. ſed aliquando ⁊ principalius. Et ex hoc ꝙ electio nū/
ꝗ̄ ſit finis oſtenditur ꝙ non ſit idem intelligere ⁊ velle.
Ad 10 ¶ Ad decimū dicendū. ꝙ directio actiua in finem perti
net ad rationem. ſed paſſiua poteſt pertinere ad volūta/
tem. ⁊ ſic pertinet ad intentionem. ¶ Ad vndecimū di/
Ad 11 cendum ꝙ fides dirigit intentionem ſicut intentio volū
tatem. vnde ſicut fides eſt rationis. ita intentio eſt volū/
Ad 12 tatis. ¶ Ad duodecimū dicendum. ꝙ volūtas nō ſemꝑ
eſt impoſſibilium. ſed aliquando. ⁊ hoc ſufficit ſm inten/
tionem phi ad oſtendendū differentiam inter volūtatem
et electionem. que ſemper eſt poſſibilium. vt ſcꝫ eligere nō
ſit omnino idem qđ velle. et ſimiliter nec intendere idem
Ad 13 quod velle. ſed ex hoc non concluditur quin ſit actus vo
luntatis. ¶ Ad decimūtercium dicendum. ꝙ intentio eſt
quidam actus anime. in illa autem trimembri diuiſione
phi actiones anime non ꝯtinentur. quia actiones nō ſunt
anime vt in anima. ſed magis vt ab ipſa. Uel poteſt dici
Ad 14 ꝙ actiones ꝯprehendūtur ſub habitibꝫ ſicut principiatū
ꝯtinetur ſub ſuo principio. ¶ Ad. xiiij. dicendū. ꝙ ordi/
nare eſt rationis. ſed ordinari poteſt eſſe volūtatis. ⁊ ſic in
Ad 15 tentio ordinationem importat. ¶ Ad. xv. dicendum. ꝙ
ratio illa procederet ſi nihil aliud requireretur ad intenti
onem niſi ſola diſtancia. requiritur autem inclinatio cum
aliqua diſtantia. que quidem inclinatio volūtati compe/
Ad 16 tit ⁊ non rationi. ¶ Ad decimūſextum dōm. ꝙ intentio
eſt actus volūtatis in ordine ad rōnem ordinando ea q̄

ſunt ad finem. ſed electio eſt actus volūtatis in ordine ad
rōnem comparando ea que ſunt ad finem ad inuicem. et
ꝓpter hoc etiam intentio ⁊ electio differūt

## Uartodecimo q̄rit.

Utrū eodem motu voluntas velit finem ⁊ in
tendat ea que ſunt ad finē Et videt̄ ꝙ non. impoſſibi .j.
le eñ eſt eūdem actū eſſe ſimul bonū ⁊ malū. ſed ꝯtingit
eſſe volūtatem malam cū intentōe bona. ſicut cum quis
vult furari vt det elemoſynā. ergo nō eſt idem actus in/
tentio ⁊ volūtas. ¶ Pre. Scdm phm. x. ethi. motus q 2
terminātur ad mediū ⁊ ad extremū differūt ſpecie. ſed il/
lud qđ eſt ad finem ⁊ finis ſe habent quodāmodo vt me
dium ⁊ extrema. ergo intentio finis ⁊ voluntas eius qđ
eſt ad finem differūt ſpecie. ⁊ ita nō ſunt vnus actus.
¶ Prete. Scdm phm in. vi. ⁊ vij. ethi. fines in practicis 3
ſunt ſicut pncipia in demonſtratiuis ſcientijs. ſed non eſt
idem actus intellectus ſpeculatiui quo intelligūtur pnci
pia. ⁊ quo ꝯſiderātur cōcluſiones. quod patꝫ ex hoc ꝙ ex
diuerſis habitibꝫ eliciuntur. Eſt eñ intellectus habitus
pncipiorū. ſed ſcientia ꝯcluſionū. ergo in operatiuis nō eſt
idem actus volūtatis quo intendimus finem. ⁊ volumꝰ
ea que ſunt ad finem. ¶ Pre. Actus diſtinguūtur ꝑ ob/ 4
iecta. ſed finis ⁊ id qđ eſt ad finem ſunt diuerſa. ergo non
idem actus eſt intentio finis ⁊ voluntas eius quod eſt
ad finem
¶ Sed ꝯtra. Duo actus nō poſſunt eſſe ſimul eiuſdē Cōtra
potentie. ſed volūtas ſimul dum vult id qđ eſt ad finem
intendit ad finem. ergo intentio finis ⁊ volūtas eius qđ
eſt ad finem nō ſunt diuerſi actus. ¶ Pre. Sicut lux eſt
rō viſibilitatis colori. ita finis eſt rō appetibilitatis hiis q̄
ſunt ad finem. ſed eodem actu viſus videt colorē ⁊ lucē
ergo eodē actu volūtas vult id qđ eſt ad finem ⁊ tendit
in finem
¶ Rńſio dōm. ꝙ circa hanc queſtionē duplex eſt opi Rꝫᵒ
nio. vt Mgr̄ dicit in. ij. ſnīaꝝ. diſt. xxxviij. Quidam eñ Opi. dup
dixerūt ꝙ alius actus ſit volūtas eius qđ eſt ad finē. ⁊ in/ Opio. i.
tentio finis. Quidam vero dixerūt ecōtrario ꝙ ſit vnus Opio 2ᵒ
actus. ſed ꝙ eoꝝ diſtinctio ſit tātūmodo ꝓpter terū vari
etatem. Utraqꝫ opinio ſm aliqđ vera eſt Ad cuiꝰ eui Nota
dentiā ſciendū ꝙ cū vnitas actus ex vnitate obiecti pen/
ſanda ſit. ſi ſunt aliqua duo que ꝑ aliquē modū ſunt vnum
actus qui fertur in ea ſm ꝙ ſunt vnū erit vnus. ⁊ actꝰ q
fertur in ea ſm ꝙ ſunt duo erūt duo. ſicut partes linee ſūt
quodāmodo duo ⁊ quodāmodo vnū. put ſcꝫ vniūtur in
toto. Et ideo actus viſionis ſi feratur in duas partes li
nee ſm ꝙ ſunt due. id eſt in vtrāqꝫ ꝑ ſe. ſm illud qđ eſt ꝓ
prium ſibi erūt due viſiones nec poterūt ſimul videri. ſi
aūt feratur in totam lineā ꝯprehendentē vtrāqꝫ partiū
erit vna viſio. ⁊ ſimul tota linea videbit̄. Silr̄ oīa q̄
ſunt ad inuicem ordinata ſunt q̄dem plura inq̄ntum ſunt
res q̄dam ſm ſe ꝯſiderate. ſunt vero vnū in ordine quo
ad inuicem ordinātur. Et ideo actus aīe qui fertur in ea
ſm ꝙ ſunt ad inuicem ordinata eſt vnus. actus vero aīe
qui fertur in ea ſm ꝙ ſunt in ſe ꝯſiderata eſt multiplex. ſi
cut pꝫ in ꝯſideratione ſtatue Mercurij. quā ſi quis cōſi/
deret vt eſt quedā res. erit alia ꝯſideratio eius. ⁊ ꝯſidera
tio Mercurij cuius ſtatua eſt imago. ſi aūt conſideretur
ſtatua vt imago Mercurij. erit idem modus ꝯſideratio
nis in ſtatua qui eſt in mercurio. Similiter etiā quādo

motus volūtatis fertur in finem ꝛ in id qđ eſt ad finem
Si fertur in eo ſm ꝙ vtrūqꝫ eſt q̃dā res p ſe exiſtens erit
diuerſus motus voluntatis. ꝛ ſic eſt vera opinio. que di-
cit ꝙ intentio finis ꝛ voluntas eius qđ eſt ad finem ſunt
diuerſi actus. Si aūt volūtas feratur in vnū eoꝝ ſm ꝙ
habet ordinem ad aliud. ſic eſt vnus actus voluntatis in
vtrūqꝫ. ꝛ ſic eſt vera alia opinio que ponit vnū actum eſſe
intentionem finis ꝛ volūtatem eius qđ eſt ad finē. Sed
ſi recte inſpiciat rō intentionis inuenitur hec opinio ve-
rior q̃ alia. motus eñ volūtatis eſt in finem abſolute. nō
tamen intentio ſed ſimpliciter velle. Sed intentio dr̄ eſſe
inclinatio in finem ſm ꝙ ad finem ea terminātur q̄ ſunt
ad finem. qui eñ ſanitatem vult dicitur eam velle ſimpli
citer. ſed eam intendere dicitur quādo aliquid ꝓpter ſani
Opio bē. tatem vult. Et ideo eſt ꝯcedendū ꝙ intentio non ſit
Thome. alius motus numero q̃ volūtas
Ad .j. ¶ Ad pmū ergo dōm. ꝙ q̃uis vnus actus nō poſſit
eſſe bonus ꝛ malus. tamē alicuius mali actus poteſt eē
aliqua circūſtantia bona. ſicut actus vicioſus eſt ſi aliqs
plus comederet q̃ deberet. licet comedat quando debet
et ita volūtas qua quis vult furari vt paſcat pauperē eſt
actus malus ſimpliciter. habens tamen aliquā circūſtā-
Ad 2 tiam bonā ꝓpter qđ ponit̄ vna de circūſtantijs. ¶ Ad .ij
dōm. ꝙ verbū phī eſt intelligendū quādo ſiſtitur in me-
dio. quādo eñ per medium trāſitur ad terminū tūc eſt
vnus numero motus. et ita eſt quādo voluntas mouet̄
ad id qđ eſt ad finem cum ordine ad finem. eſt vnus mo-
tus. ¶ Ad .iij. dōm. ꝙ quādo ꝯcluſio ꝛ pncipiū ꝯſiderā
Ad 3 tur vtrūqꝫ p ſe. ſunt diuerſe ꝯſiderationes. ſed quādo ꝯſi
deratur pncipium in ordine ad ꝯcluſionē. eſt eadem cōſi
deratio vtriuſqꝫ. ſicut fit in ſyllogiſando ¶ Ad .iiij. dōm
Ad 4 ꝙ finis ꝛ id qđ eſt ad finem ſunt vnū obiectū inq̃tū ꝯſi-
derat̄ vnū in ordine ad aliud

# Ecimoquinto queri

j. tur. Utrū electio ſit actus volūtatis Et vi
detur ꝙ nō. ſed rōnis. Ignorātia eñ nō eſt volūtatis. ſꝫ
rōnis. ſed ꝑuerſitas electionis ignorantia quedā eſt. vñ
oīs malus dicitur eſſe ignorans ignorātia electōnis. vt
patꝫ in .iij. ethi. ergo ꝛ electio rōnis eſt. ¶ Preterea. Sicut
2 ad rōnem ptinet inquiſitio ꝛ argumentatio. ita etiā con
cluſio. ſed electio eſt quedā ꝯcluſio ꝯſilij. vt patꝫ in .iij. ꝛ
vij. ethi. cum ergo conſiliū ſit rōnis. ꝛ electio eſt rōnis
3 ¶ Pre. Scdm phm. viij. ethi. principalitas virtutis mo
ralis in electione ꝯſiſtit. ſed ſicut dicit in .vi. ethi. id qđ eſt
prudentie in virtutibꝫ moralibꝫ eſt principale qđ formali
ter ꝯplet rōnem virtutis. ergo electio ptinet ad pruden-
tiam. ſed prudentia eſt in rōne. ergo ꝛ electio. ¶ Preterea.
4 Electio diſcretionē quādā importat. ſed diſcretio rōnis
eſt. ergo ꝛ eligere.
Cōtra ¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ eligere eſt duobꝫ ꝓpoſitis vnū alte-
ri preoptare. vt pꝫ per Damaſ. ſed optare eſt actus volū
tatis ꝛ nō rōnis. ergo ꝛ eligere. ¶ Pre. Phus dicit .iij.
ethi. ꝙ electio eſt deſideriū preconſiliati. ſed deſideriū eſt
volūtatis. ergo ꝛ electio.
Rō ¶ Reſponſio dōm. ꝙ electio in ſe habet aliquid volū
tatis et aliquid rōnis. Utrū aūt ſit actus ꝓprie volūtat̄
vel rōnis. phus videtur relinquere ſub dubio in .vi. eth.
vbi dicit ꝙ electio vel eſt appetitus intellectiu9. id eſt ap-
petitus in ordine ad intellectū. vel intellect9 appetitiuus
id eſt intellectus in ordine ad appetitum. Primū autem
verum eſt. ſcꝫ ꝙ ſit actus voluntatis in ordine ad rōnem
Qꝫ eñ ſit directe actus volūtatis patꝫ ex duobꝫ. Pri
mo ex ratione obiecti. qꝛ ꝓprium obiectum electionis eſt
id quod eſt ad finem. qđ pertinet ad ratiōem boni. qđ eſt
obiectum volūtatis. nam bonū dicitur ꝛ finis vt hone-
ſtum vel delectabile. ꝛ qđ eſt ad finem vt vtile. Secūdo
ex rōne illius act9. electio eñ eſt vltima acceptio qua ali-
quid accipitur ad ꝓſequēdum. qđ quidem non eſt ratio
nis. ſed volūtatis. Nam quātumcūqꝫ rō vnū alteri pfe-
rat nōdum eſt alteri vnū preacceptum ad operandum.
quouſqꝫ volūtas inclinetur in vnū magis q̃ in alterum.
non eñ volūtas de neceſſitate ſequitur rōnem. Eſt tamē
electio actus volūtatis nō abſolute. ſed in ordine ad rō-
nem. eo ꝙ in electōne apparet id qđ eſt proprium rōnis
ſcꝫ ꝯferre vnū alteri vel preferre. qđ quidem in actu vo-
luntatis inuenitur ex impreſſione rōnis. inq̃tum ſcꝫ ipa
rō ꝓponit volūtati aliquid. nō vt vtile ſimpliciter. ſed vt
vtilius ad finem. Sic ergo pꝫ ꝙ volūtatis actus eſt vel-
le. eligere. ꝛ intendere. ſed velle prout ratio volūtati ꝓpo-
nit aliquod bonū abſolute. ſiue ſit per ſe eligendum vt fi
nis. ſiue ꝓpter aliud. vt quod eſt ad finem. vtrūqꝫ eñ vel
le dicimur. ſed eligere eſt actus volūtatis ſm ꝙ rō ꝓponit
ei bonum vt vtilius ad finem. intendere vero ſm ꝙ rō
ꝓponit ei bonū vt finem.
¶ Ad primū ergo dōm. ꝙ ignorantia electioni attri Ad .1.
buitur q̃tum ad id qđ habet de rōne. ¶ Ad ſecūdum di Ad 2
cendum. ꝙ practice inquiſitionis eſt duplex cōcluſio. vna
que eſt in ratione. ſcꝫ ſententia. que eſt iudicium de cōſilia
tis. Alia vero q̄ eſt in voluntate. ꝛ huiuſmōi eſt electio. Et
dicitur ꝯcluſio per quādam ſimilitudinem. qꝛ ſicut in ſpe
culatiuis vltimo ſtatur in ꝯcluſione. ita in operatiuis vl Ad 3
timo ſtatur in operatione. ¶ Ad .iij. dōm. ꝙ electio eſt
principale in virtute morali ꝛ ex parte eius qđ habꝫ de vo
lūtate. vtrūqꝫ eñ requiritur ad rōnem virtutis moralis.
Et dicitur electio pncipale reſpectu exterioꝝ actuū. vñ
non oportꝫ ꝙ electio ſit actus prudētie totaliter. ſed par
ticipat aliquid prudentie ſicut ꝛ rōnis. ¶ Ad .iiij. dōm. Ad 4
ꝙ diſcretio inuenit̄ in electōe ſm ꝙ ptinet ad rōnem. cui9
ꝓprietatē ſequitur volūtas in eligendo. vt dictū eſt.

¶ Materia .xxiij. De vo
luntate dei

# Queſtio xxiij. de vo

luntate dei. Et habet octo queſtiones. Pri
ma. vtrū deo ꝯpetat volūtatem habere Se
cūda. vtrū volūtas diuina poſſit diſtingui per antecedēs
et ꝯſequens. Tercia. vtrum volūtas diuina ꝯuenienter
diuidatur per volūtatem beneplaciti ꝛ volūtatem ſigni
Quarta. vtrum deus de neceſſitate velit quicquid vult
Quinta. vtꝝ diuina volūtas rebꝫ volitis neceſſitatē ipo
nat. Sexta. vtrū iuſticia in rebꝫ creatis dependeat ex ſim
plici diuina volūtate. Septima. vtrū teneamur ꝯformā
re volūtatē noſtram volūtati diuine. Octaua. vtrum te-
neamur conformare volūtatem noſtram volūtati diuine
in volito. vt ſcꝫ teneamur velle hoc qđ ſcim9 deū velle

# Queſtio eſt de voluntate dei.

1 Et p̄mo queritur vtruꝫ deo ꝯpetat volūtatem habere. Et videt̄ q̄ nō. oīni eīn volūtatem habenti ꝯpetit ſm electiōeꝫ agere. ſed deus nō agit ſm electōnem. vt dicit Dyo. iiij. ca. de di. no. Sicut noſter viſibilis ſol nō rōcinans aut ꝑeligens ſed ꝑ ipſum eſſe illuminat oīa. ita ꝛ diuina bonitas. ergo nō ꝯpetit deo volūtateꝫ habere.
2 ¶ P̄re. Ex cauſa ꝯtingenti nō poſſunt effectus neceſſarij ꝓuenire. ſed volūtas eſt cauſa ꝯtingens. cuꝫ ſe habeat ad vtrūq̄. ergo nō poteſt eſſe cauſa neceſſarioꝝ. deus eīn eſt cauſa omniū tam neceſſarioꝝ q̄ꝫ ꝯtingentiū ergo nō agit ꝑ volūtatem. ꝛ ſic idem qđ ꝑus.
3 ¶ P̄re. Ei qui nō habet aliquā cauſaꝫ nō ꝯpetit q̄ importat reſpectum ad cauſam. ſed deus cū ſit cauſa p̄ma omniū nō habet aliquā cauſam. ergo cuꝫ volūtas importat habitudinem ad cām finalem. q2 volūtas eſt finis ſm p̄hm in. iij. ethi. videt̄ q̄ volūtas deo nō ꝯpetat.
4 ¶ P̄re. Sꝫ[m] p̄hm in. iij. ethi. volūtariū meretur laudem vel vituperiuꝫ. inuolūtariū vero veniā ꝛ miſericordiā. ergo ei nō ꝯpetit rō volūtarij cui nō ꝯpetit rō laudabilis. ſed deo nō competit rō laudabilis. q2 laus. vt đr in p̄mo ethi. non eſt optimoꝝ. ſed eoꝝ que ordinātur in optimū. honor aūt eſt optimoꝝ. ergo deo nō ꝯpetit habere volūtatem.
5 ¶ P̄rete. Oppoſita ſunt nata fieri circa idem. ſed volūtario opponitur duplr̄ inuolūtariū. vt đr in tercio eth. ſcꝫ inuolūtarium ꝑ violentiā. ꝛ inuolūtariū ꝑ ignorantiā. ſed deo nō cōpetit inuolūtariū ꝑ violentiā. q2 coactio in deū nō cadit. nec inuolūtariū ꝑ ignorantiā. q2 ipſe oīa nouit. ergo nec volūtariū deo ꝯpetit.
6 ¶ P̄re. Vt đr in libro de regulis fidei. duplex eſt volūtas. ſcꝫ affectōis reſpectu interioꝝ actuū. et effectōis reſpectu exterioꝝ. Volūtas aūt affectionis vt ibidem đr eſt faciens ad meritū. volūtas effectionis eſt ꝓ meritū. deo aūt nō ꝯpetit mereri. ergo nec volūtatē aliq̄ mō habere.
7 ¶ P̄re. Deus eſt mouēs nō motū q2 ſm Bo. in. iij. de ꝯſo. ſtabiliſq̄ manēs dat cūcta moueri. ſed volūtas eſt mouens motū. vt đr in. iij. de aīa. vnde et in. iiij. metaphy. probat p̄hus q̄ appetibile mouet ſicut deſideratū ꝛ intellectū. ex hoc q̄ eſt mouens nō motū. ergo nō ꝯpetit deo volūtatem habere.
8 ¶ P̄re. Voluntas appetit⁹ quidē eſt [illegible] ſed appetitus eſt imperfecti [illegible] ſm Aug⁹ ergo cum nulla imperfectio in deū cadat. videtur q̄ n̄ deo ꝯpetat habere volūtatem.
9 ¶ P̄re. Nihil qđ ſe habet ad oppoſita videt̄ deo ꝯpetere. cum talia ſint generabilia ꝛ corruptibilia. a quib⁹ longe deus remouet̄. ſed volūtas ſe hꝫ ad oppoſita. cū inter rōnales poteſtates cōtineat̄. q̄ ad oppoſita ſe habent ſm p̄hm. ergo volūtas deo nō ꝯpetit.
10 ¶ P̄re. Aug⁹ [illegible] q̄ deus nō aliter afficitur ad res [illegible] aliter cū nō ſunt. ſed cū nō ſunt deus nō vult res eſſe. eſſent eīn ſi eas eſſe vellet. ergo ꝛ cum
11 ſunt deus nō vult eas eſſe. ¶ P̄re. Deo non ꝯpetit ꝑfici ſed ꝑficere. volūtatis aūt eſt ꝑfici bono ſicut intellectus vero. ergo volūtas deo nō ꝯpetit.

Cōtra ¶ Sed ꝯtra eſt qđ in p̄s. đr. Omīa queciūq̄ deus voluit fecit. ex quo videt̄ q̄ volūtatem habeat ꝛ ex volūtate ſua res create ſunt. ¶ P̄re. Beatitudo maxime in deo inuenitur. ſed beatitudo volūtatē requirit. q2 beatus eſt. ſm Aug⁹ qui habet quicqđ vult ꝛ nihil mali vult. ergo volūtas ꝯpetit deo. ¶ P̄re. Vbicūq̄ inueniūtur ꝑfectiores ꝯditiones volūtatis ibi eſt perfectius volūtas. ſed in deo ꝑfectiſſime ſunt ꝯditiones volūtatis. eſt eīn in eo indiſtantia volūtatis a ſuppoſito. q2 eſſentia eſt ſua voluntas. eſt etiā in eo indiſtantia volūtatis ab actu. q2 etiam ſua actio eſt ſua eſſentia. eſt etiā in eo indiſtantia volūtatis a fine ſiue ab obiecto. q2 ſua volūtas eſt ſua bonitas. ergo in deo ꝑfectiſſime inuenit̄ volūtas. ¶ P̄re. Voluntas radix eſt libertatis. ſed libertas p̄cipue competit deo. liber eīn eſt qui cā ſui eſt. ſm p̄hm in p̄mo metaphy. qđ maxime de deo verificat̄. ergo in deo inuenit̄ volūtas.

¶ R̄ſio dōm. q̄ volūtas ꝓpriiſſime deo attribuitur. R̄ſo

Ad cuius euidentiā ſciendū eſt. q̄ volūtas ꝛ cognitio radicātur in ſubſtātia ſpūali ſuꝑ diuerſas habitudines eius ad res. Eſt eīn vna habitudo ſubſtātie ſpūalis ad res ſm q̄ res ſunt quodāmodo apud ipſam ſubſtātiam ſpūalem. nō qdem ſm eſſe ꝓpriū. vt antiqui ponebant dicentes q̄ terrā terra cognoſcimus. aquā vero aqua. ꝛ ſic de alijs. ſed ſm ꝓpriam rōnem. nō eīn lapis eſt in aīa ſed ſpecies lapidis ſiue rō. ſm p̄hm in. iij. de aīa. Et q2 rō rei abſoluta ſine cognitione nō p̄t inueniri niſi in ſubſtātia immateriali. ideo cognitio nō reb⁹ oīb⁹ attribuit̄. ſed ſolūmodo immaterialib⁹. Et ſm gradū immaterialitatis eſt etiā gradus cognitōis. ita vt que maxime ſunt immaterialia ſint maxime cognoſcitiua. in quib⁹ q2 eoꝝ eſſencia immaterialis eſt ſe habet ad ea vt mediū cognoſcēdi. ſicut de⁹ ꝑ ſuaꝫ eſſentiā ſeipm ꝛ oīa alia cognoſcit. Volūtas aūt et quilibet appetitus fundat̄ ſuꝑ habitudinē qua ſubſtantia ſpūalis refert̄ ad res vt habens ordinē aliquem ad eas in ſeipſis exiſtentes. Et q2 cuiuſlibet rei tam materialis q̄ꝫ immaterialis. eſt ad rem aliā ordinē habere. inde eſt q̄ cuilibet rei ꝯpetit habere appetitū vel naturalē vel aīalem. vel rōnalē. ſeu intellectualeꝫ. Sed in diuerſis diuerſimode inuenitur. cum eīn res habeat ad rem aliquam ordinari ꝑ aliquid qđ in ſe habet ſm q̄ diuerſimode habet aliqđ in ſe. ſm hoc diuerſimode ad aliquid ordinat̄. Res ḡ materiales in quib⁹ eſt quicquid eis ineſt quaſi materie obligatum ꝛ ꝯcretum nō habens liberā ordinatiōem ad res alias. ſed ꝯſequentē ex neceſſitate naturalis diſpoſitōnis vnde huius ordinatōnis res ipſe materiales non ſunt ſibi ipſis cauſe. quaſi ipſe ſe ordinēt in hoc ad qđ ordinantur ſed aliūde ordinātur vn̄ ſcꝫ naturalem diſpoſitiōem accipiūt. ꝛ ideo ꝯpetit eis tātūmodo habere appetitū naturalem. In ſubſtātijs vero immaterialib⁹ ꝛ cognoſcentib⁹ eſt aliqđ abſolutū nō ꝯcretum ꝛ nō ligatū ad materiā. ꝛ hoc ſm gradū ſue immaterialitatis. et ideo ex hoc ipſo ordinātur ad res ordinatōe libera. quib⁹ ipſe ſunt cauſe quaſi ſe ordinātes in hoc ad quod ordinātur. et ideo ꝯpetit eis volūtarie ꝛ ſponte quid agere vel appetere. Si eīn archa que eſt in mente artificis eſſet forma materialis habens determinatū eſſe. nō inclinaret niſi ſm modum ſuū determinatū quē haberet. vn̄ nō remaneret artifici liberū facere domum vel non facere ſic aut aliter. ſed q2 forma domus in mente artificis eſt rō domus abſoluta. nō habēs ſe q̄ꝫtum eſt de ſe magis ad eſſe q̄ꝫ ad nō eſſe. nec ad ſic q̄ꝫ aliter reſpectu accidentaliū diſpoſitionū domus remanet artifici libera inclinatio reſpectu domus faciende vel non faciēde. Quia vero in ſubſtātia ſpūali ſenſitiua licet recipiātur forme rerū ſine materia. nō tn̄ oīno immaterialiter et abſq̄ materie ꝯditionib⁹. ex hoc q̄ recipiuntur in organo corporali. ideo inclinatio in eis nō eſt oīno libera. q̄uis ſit in eis aliqua libertatis imitatio vel ſimilitudo. Inclinātur Nota

eſm̄ ꝑ appetitum in aliud extra ipſas inq̄ntū ex apprehen
ſione aliquid appetūt. ſed inclinari in illud quod appetūt
vel nō inclinari nō ſubiacet diſpoſitiōi eoꝝ. Sȝ in natura
intellectuali vbi ꝑfecte aliquid recipit̄ immaterialiter eſt
ꝑfecta rō libere inclinatōis. que q̄dem libera inclinatio rō
nem volūtatis ꝯſtituit. Et ideo rebꝫ materialibꝫ nō attri
buit̄ voluntas ſed appetitus naturalis. aīe vero ſenſitiue
attribuit̄ nō volūtas. ſed appetitus aīalis Soli vero ſub
ſtantie intellectiue attribuitur volūtas. ſed q̄ꝫto eſt im-
materialioꝝ. tanto ei plus ꝯuenit rō volūtatis Unde cū
deus ſit in fine immaterialitatis ſibi cōpetit ſumme ꝛ ꝓ-
priiſſime rō volūtatis.

Ad .j. ¶ Ad p̄mū ergo dōm. q̄ Dyo. non intendit ex ver-
bis illis excludere volūtatem ꝛ electōem a deo. ſed oſten
dere vniuerſalem eius in res influentiā. nō eīm ita ꝯmuni
cat ſuā bonitatem rebꝫ vt quaſdā eligat quas ſue boni-
tatis participes faciat. quaſdam vero a participatōe ſue
bonitatis oīno excludat. ſed oībꝫ dat affluēter. vt dī Ja.
p̄o. q̄uis ad hoc eligere dicat̄ q̄ q̄buſdam plura q̄ꝫ alijs
Ad 2 dat ex ordine ſue ſapientie ¶ Ad .ij. dōm. q̄ volūtas dei
non eſt cā ꝯtingens. eo q̄ id qd̄ vult immutabiliter vult.
et ideo ex illa ratōne ſue immobilitatis res nc̄arie creari
poſſunt. ꝛ p̄cipue cū nulla res creata ſm̄ ſe neceſſaria ſit
ſm̄ ſe ꝯſiderata. ſed in ſe poſſibilis. ꝛ neceſſaria ꝑ aliud.
Ad 3 ¶ Ad .iij. dōm. q̄ volūtas eſt alicuius dupl'r. vno modo
p̄ncipaliter. et alio modo ſecūdario. Principaliter q̄dem
volūtas eſt finis qui eſt rō volendi oīa alia Secūdario
vero eſt eoꝝ que ſunt ad finem ꝓpter que finem volumus
Volūtas aūt nō habet habitudinē ad volitū qd̄ eſt ſecun
dario ſicut ad cām. ſed tātūmodo ad volitū p̄ncipale. qd̄
Nota. eſt finis. Sciendū eſt aūt. q̄ volūtas ꝛ volitum aliq̄n
diſtinguūtur ſm̄ rem. ꝛ ſic volitū ꝯparat̄ ad volūtatem
ſicut realiter cā finalis. ſi aūt volitū ꝛ volūtas diſtinguā-
tur tm̄ rōne. tūc volitū nō erit cā finalis volūtatis. niſi ſm̄
modū ſignificādi. Volūtas aūt diuina cōpatur ſicut ad
finem ad bonitatē ſuā. q̄ eſt ſm̄ rem idem qd̄ ſua volūtas
diſtinguūtur aūt ſm̄ modū ſignificādi Vn̄ relinquit̄ q̄ vo
luntatis diuine nō ſit cā realiter. ſed ſolū ſm̄ modū ſigni
ficandi. nec eſt incōueniens in deo ſignificari aliq̄d ꝑ mo-
dum cauſe. ſicut eīm diuinitas ſignat̄ in deo vt habens ſe
ad deum ꝑ modū cauſe formalis. res vero create q̄s de-
us vult nō habent ſe ad diuinā volūtatem vt fines. ſȝ vt
ordinata ad finē. ꝓpter hoc eīm deus vult creaturas eſſe
vt in eis ſua bonitas manifeſtet̄. ꝛ vt ſua bonitas q̄ ꝑ eſſen
tiam multiplicari nō p̄t. ſaltē ſilitudinis participatione
Ad 4 in plures diffundat̄. ¶ Ad .iiij. dōm. q̄ laus nō debet̄ vo
lūtati ſm̄ quēlibet actū ſuū ſi laus ſtricte accipiat̄. vt ph̄s
accipit. ſed ſm̄ q̄ volūtas ꝯparat̄ ad ea que ſunt ad finē
conſtat eīm q̄ actus volūtatis inuenit̄ non ſolū in operibꝫ
virtutis que ſunt laudabilia. ſed etiā in actu felicitatis.
que eſt honorabiliū. cōſtat eīm q̄ felicitas delectatōem ha
bet. ꝛ tm̄ etiā laus deo attribuit̄. cū ad laudandū deū in
multis locis ſcripture inuenimus. ſed laus tūc ꝯmunius
accipit̄ q̄ꝫ ph̄s accipit. Uel p̄t dici q̄ laus ꝓprie accepta
deo ꝯpetit inq̄ntum ſua volūtate ordinat creaturas in ſe
Ad 5 ipſum ſicut in finem. ¶ Ad .v. dōm. q̄ ꝯtraria nata ſunt
fieri circa idem. niſi alterū inſit a natura. de natura autē
diuina eſt eſſe ſummū bonū vndiq̄ꝫ. vn̄ inuolūtarium ſibi
Ad 6 ineſſe nō poteſt ¶ Ad .vi. dōm. q̄ in deo eſt volūtas affe-
ctionis ꝛ volūtas effectōis. vult eīm ſe velle. ꝛ vult ſe age
re qd̄ agit. ſed nō oportȝ q̄ vbicūq̄ꝫ inueniat̄ altera volū
tatū inueniat̄ meritū ſed ſolūmodo in natura imperfecta
tendente in ꝑfectōem. ¶ Ad .vij. dōm. q̄ qn̄ volitū eſt
aliud a volūtate. volitū mouet volūtatē rōnabiliter. ſed Ad 7
qn̄ volitū eſt idem volūtati tūc nō mouet niſi ſm̄ modū
ſignificādi. Et q̄ꝫtum ad hūc modū loquendi ſm̄ ph̄m
in .viij. phy. verificat̄ dictū Platonis qui dicebat q̄ p̄mū
mouens mouet ſeip̄m inq̄ntum ſcȝ intelligit ꝛ vult ſeip̄m
nō tn̄ q̄ꝛ vult creaturas eſſe ſeq̄tur q̄ a creaturis moueat̄
q̄ꝛ creaturas nō vult niſi rōne ſue bonitatis. vt dictū eſt.
¶ Ad .viij. dōm. q̄ ꝑ eandem naturā aliquid mouet̄ ad Ad 8
terminū quē nōdū obtinet ꝛ quieſcit in termino quē iam
obtinuit. vn̄ eiuſdē potentie eſt tendere in bonū cū nōdū
habet̄. ꝛ diligere ip̄m ꝛ delectari in eo poſtq̄ꝫ habetur. et
vtrūq̄ꝫ hoꝝ ꝑtinet ad potentiā appetitiuā. q̄uis denomi
net̄ magis ab illo actu quo tendit in id qd̄ nō hȝ. rōne eu
ius dī q̄ appetitus ſm̄ ꝓpriā rōnem eſt impfecti. ſed volū
tas indifferenter ſe hȝ ad vtrūq̄ꝫ. vn̄ volūtas ſm̄ ꝓpriam
rōnem ꝯpetit deo. non aūt appetitus ¶ Ad .ix. dōm. q̄ Ad 9
deo nō cōpetit ad oppoſita ſe habere q̄ꝫtum ad ea q̄ ſunt
in eſſentia eius. ſed ad oppoſita ſe hȝ q̄ꝫtum ad effectus in
creaturis quos p̄t facere ꝛ non facere. ¶ Ad .x. dōm. q̄ Ad 10
deus etiā cū non operat̄ res vult res eſſe. ſed tn̄ nō vult
q̄ tūc ſint. vnde obiectio ꝓcedit ex ſuppoſitōe falſi ¶ Ad Ad .11
xi. dōm. q̄ deus nō p̄t aliquo ꝑfici ſm̄ rem. tn̄ ꝑ modū ſi-
gnificandi aliquo ꝑfici ſignificat̄. ſicut ſi dico q̄ deus intel
ligit aliq̄d. ſicut eīm volitū eſt ꝑfectio volūtatis. ita intel-
ligibile ꝑfectio intellectus. in deo aūt idem eſt intelligibi
le p̄mū ꝛ intellectus. ꝛ volitū p̄mū ꝛ volūtas

# Ecūdo querit̄. vtrū

volūtas diuina poſſit diſtingui ꝑ cōſequens et
antecedens. Et videt̄ q̄ non. Ordo eīm diſtinctiōem 1
p̄ſuppōnit. ſed in diuina volūtate nō eſt aliqua diſtinctio.
cū vno ſimplici actu volūtatis velit oīa que vult. ergo
in diuina volūtate nō eſt an̄cedens ꝛ ꝯſequens q̄ ordinē
important Sed diceres. q̄ in diuina volūtate etſi non
ſit diſtinctio ex parte volūtatis. eſt tn̄ diſtinctio ex parte
volitoꝝ. ¶ Sed ꝯtra. ex parte volitoꝝ nō poteſt ordo in 2
volūtate poni niſi dupl'r. Aut reſpectu diuerſoꝝ volitoꝝ
aut reſpectu vnius voliti. Si reſpectu diuerſoꝝ volitorū
ſequit̄ q̄ volūtas antecedens dicat̄ de p̄mis creaturis. vo
luntas aūt ꝯſequens de poſterioribꝫ creaturis. qd̄ eſt fal-
ſum. Si aūt reſpectu vnius voliti. hoc nō p̄t eſſe niſi ſm̄
diuerſas circūſtantias in volito ꝯſideratas. hoc aūt non
poteſt ponere diſcretōem vel ordinē in volūtate. cū volū-
tas referatur ad rem ſm̄ q̄ in natura ſua exiſtit. res autē
in ſua natura implicita eſt oībꝫ ſuis ꝯditionibꝫ. ergo nul
lo modo in diuina volūtate debet poni antecedēs ꝛ ꝯſe-
quens ¶ Pre. Sicut volūtas ꝯparatur ad creaturas
ita ſcientia ꝛ potentia. ſed ꝓpter ordinem creaturarū non 3
diſtinguimus ſcientias neq̄ꝫ potentiā dei ꝑ an̄cedentem
et ꝯſequentē. ergo nec volūtas debet hoc mō diſtingui
¶ Pre. Id qd̄ nō recipit mutatōem neq̄ꝫ impedimentū 4
ab alio nō iudicat̄ ex alio ſed ex ſeipſo tm̄. volūtas autem
diuina a nullo poteſt mutari vel impediri. ergo nō debet
iudicari ex alio ſed ex ſeipſa tm̄. ſed volūtas antecedēs in
deo dī ſm̄ Damaſ. ex ſeipſo exiſtens. cōſequēs aūt ex cā
noſtra. ergo in deo nō debet diſtingui volūtas ꝯſequēs cō
tra an̄cedentē. ¶ Pre. In affectiua non videt̄ eſſe ordo 5
niſi ex cognitiua. q̄ꝛ ordo ad rōnem ꝑtinet. ſed deo nō at-
tribuit̄ cognitio habens ordinem que eſt rō. ſed cognitio

ſimpliciter que eſt intellectus. ergo nec in volũtate eius
6 debet poni ordo antecedentis ⁊ ꝯſequẽtis. ¶ P̄terea. Bo-
etius dicit in li. de ꝯſo. ꝙ deus vno mentis intuitu om̄ia
cernit. ergo pari rõne ad oia q̄ vult vno ſimplici actu vo-
luntatis ſe extendit. ⁊ ita in eius volũtate nõ debet poni
7 antecedẽs ⁊ ꝯſequẽs. ¶ P̄terea. Deus ⁊ cognoſcit res in
ſeipſo ⁊ in ꝓpria natura rerũ. ⁊ q̄uis res poſterius ſint in
ꝓpria natura q̄ in v̄bo. nõ tñ ex hoc in cognitõe dei ponit
añs ⁊ ꝯñs. ergo nec in volũtate dei poni debet. ¶ P̄terea.
8 ſicut diuinũ eſſe menſurat eternitate. ita ⁊ diuina volũtas
ſed duratio diuini eſſe ꝓpter hoc ꝙ eſt eternitate menſu-
rata eſt tota ſimul nõ habẽs p̄us ⁊ poſterius. g̃ in volun-
tate diuina nõ debet poni añcedens ⁊ ꝯſequẽs.

Cõtra ¶ Sed ꝯtra eſt qd̄ Damaſ. dicit in. ij. lib. opoꝛꝫ ſci-
re ꝙ deus añcedente volũtate vult om̄es ſaluari. nõ autẽ
ꝯſequente. vt poſt ſubdit. g̃ diſtinctio añcedẽtis ⁊ ꝯñtis
ꝯuenit volũtati diuine. ¶ P̄terea. Deo cõpetit voluntas
habitualis eterna ſm̃ ꝙ deus eſt. ⁊ volũtas actualis ſm̃
ꝙ creatoꝛ eſt volens res actu eſſe. ſed hec volũtas ꝯpa-
ratur ad p̄mã ſicut ꝯñs ad añs. ergo in volũtate diuina
eſt añcedens ⁊ ꝯſequens inueniri.

R̃o ¶ Rñſio dicẽ. ꝙ volũtas diuina ꝑ añcedentẽ ⁊ cõſe-
quentẽ ꝯuenienter diſtinguit. Cuius diſtinctiõis intelle-
ctus ex v̄bis Damaſ. eſt aſſumendus. q̄ hãc diſtinctõem
introduxit. Dixit eñ in. ij. lib. ꝙ volũtas añcedens eſt ac-
ceptatio dei ex ipſo exiſtẽs. ſꝫ volũtas ꝯſequẽs eſt cõceſ-
Nota ſio ex noſtra cã. Ad cuius euidentiã ſciendũ ꝙ in qua-
libet actõe eſt cõſiderandũ aliquid ex parte agentis. ⁊ ali-
quid ex parte recipiẽtis. ⁊ ſicut agens eſt p̄us facto et p̄n-
cipalius. ita id qd̄ eſt ex parte facientis eſt p̄us naturali-
ter eo qd̄ eſt ex parte facti. Sicut pꝫ in operatõe nature
ꝙ ex parte v̄tutis formatiue. que eſt in ſemine. eſt ꝙ ani-
mal ꝑfectũ ꝓducat. ſed ex parte materie recipiẽtis. que
q̄nq̄ʒ eſt indiſpoſita ꝯtingit q̄nq̄ʒ ꝙ non ꝓducitur aĩal ꝑ-
fectum. ſicut cõtingit in partubꝫ mõſtruoſis. et ſic dicim⁹
de p̄ma intentione nature eſſe ꝙ aĩal ꝑfectum ꝓducatur
ſed ꝙ ꝓducat aĩal imꝑfectum eſt ex ſecũda intentiõe na-
ture. que ex quo non poteſt materie propter ſuam indiſ-
poſitionem tradere formam perfectõnis, tradit ei id cu-
ius eſt capax. Et ſimiliter eſt conſiderandum in operati-
one dei, qui opatur in creaturis. q̄uis eñ in ſua opatio-
ne materiã nõ reqrat ⁊ res a p̄ncipio creauerit nulla ma-
teria p̄exiſtente. nũc tñ in rebꝫ quas p̄mo creauit eas ad-
miniſtrans opatur p̄ſuppoſita natura quã p̄us dedit eis
Et q̄uis etiã poſſit a creaturis oĩno impedimentũ au-
ferre quo ꝑfectius capaces exiſtũt. tñ ſm̃ ordinẽ ſapientie
ſue diſpoſuit de rebꝫ ſm̃ earũ cõditõem vt vnicuiq̄ʒ tribu-
at ſm̃ ſuũ modũ. Illud aũt ad qd̄ deus creaturã ordina-
uit q̄tum eſt de ſe. dicit eſſe volitum ab eo quaſi p̄ma in-
tentione ſiue volũtate antecedente. ſed creatura impedi-
tur ꝓpter defectũ ſui ab hoc fine. tñ nihilominus deus im-
plet in ea id bonitatis cuius eſt capax. ⁊ hoc eſt q̄ſi eius
ſecũda intentõe. ⁊ dr̃ volũtas ꝯſequens. Quia igit deus
om̄es hoĩes ꝓpter beatitudinẽ fecit. dr̃ volũtate antecedẽ-
te om̄ium velle ſalutẽ. ſed q2 quidã ſue ſaluti aduerſantur
aliq̄s ordo ſue ſapientie ad ſalutẽ venire nõ patit ꝓpter
eoꝝ defectũ. implet in eis alio modo id qd̄ ad ſuã boni-
tatẽ ꝑtinet. ſcꝫ eos ꝑ ſuã iuſticiam dãnans. ⁊ ſic dũ a p̄i-
mo ordine volũtatis deficiũt in ſecũdũ labũtur. ⁊ dũ dei
volũtatem nõ faciũt impleat in eis dei volũtas. Ipſe aũt
defectus peccati quo aliq̄s redditur dignus pena in p̄e-
ſenti vel in futuro nõ eſt volitus a deo nec a volũtate an-
tecedente nec ꝯſequente. ſed eſt ab eo ꝑmiſſus. Nec tñ in-
telligendũ eſt ex premiſſis ꝙ intentio dei fruſtrari poſſit.
q2 iſtũ qui nõ ſaluatur p̄ſciuit ab eterno nõ ſaluandũ. nec
ordinauit ipſum in ſalutẽ ſm̃ ordinẽ p̄deſtinatõis que eſt
ordo abſolute volũtatis. ſed q̄tum ex ꝑte ſua eſt. dedit ei
naturã ad beatitudinẽ ordinatam.

¶ Ad p̄mũ ergo dicẽ. ꝙ in voluntate diuina nec oꝛ- Ad 1.
do nec diſtinctio eſt ex parte actus volũtatis. ſed ſolũmo-
do ex parte volitoꝝ. ¶ Ad. ij. dicẽ. ꝙ ordo volũtatis di- Ad 2
uine nõ attendit ſm̃ diuerſa volita. ſed reſpectu ad vnũ
et idem volitũ ꝓpter diuerſa in eo reꝑta. ſicut vult aliquẽ
hominẽ ſaluari volũtate añcedente rõne humane nature
quã ad ſalutẽ fecit. ſed vult eum damnari volũtate conſe-
quente. ꝓpter peccata que in eo inueniũtur. q̄uis eñ res
in quã fertur actus volũtatis ſit cũ om̄ibꝫ ſuis ꝯditõibꝫ
nõ tamẽ opoꝛꝫ ꝙ quelibet illaꝝ conditionũ q̄ inueniũtur
in volito ſit rõ mouens volũtatẽ. ſicut vinũ nõ mouet ap-
petitũ bibentis rõne virtutis inebriandi quã hꝫ. ſed rõne
dulcedinis. q̄uis ſimul vtrũq̄ʒ in vino inueniat. ¶ Ad Ad 3
iij. dicẽ. ꝙ volũtas diuina eſt imediate creaturarũ p̄nci-
piũ ordinãdo attributa diuina ꝑ moduꝫ intelligendi ſm̃
ꝙ ad opus applicãtur. potentia eñ nõ exit in opus niſi re-
gulata ꝑ ſciam ⁊ determinata ꝑ volũtatẽ ad aliq̄d agen-
dum. et ideo magis ordo rerũ refertur in volũtatẽ diui-
nam q̄ in ſciam vel in potentiã. Vel dicẽ. ꝙ rõ volũta-
tis ꝯſiſtit. vt dictũ eſt. in cõparatõe volũtatis ad ipſas res
ſed res dicũtur eſſe ſcite vel poſſibiles alicui agenti ſm̃ ꝙ
ſunt in ipſo ꝑ modũ intelligibilẽ vel virtualiter. res autẽ
ſm̃ ꝙ ſunt in deo nõ habẽt ordinẽ. ſed ſm̃ ꝙ ſunt in ſeipſis
et ideo rerũ ordo nõ attribuit ſcie vel potentie ſed ſolum Ad 4
volũtati. ¶ Ad. iiij. dicẽ. ꝙ q̄uis diuina volũtas nõ im-
pediatur neq̄ʒ immutet ex aliquo alio, cũ ſm̃ ordinẽ ſapi-
entie fertur in aliquẽ ſm̃ ꝯditõem illius. ⁊ ſic volũtati di-
uine attribuit aliquid ex parte noſtra. ¶ Ad. v. dicẽ. ꝙ Ad 5
rõ illa ꝓcedit de ordine volũtatis ex parte ipſius actus. ſic
aũt ibi nõ eſt ordo añtis ⁊ ꝯñtis. ¶ Et ſimiliter dicẽ eſt Ad 6
ad. vi. et ad. vij. ꝙ q̄uis poſterius habeat res eſſe in ſua Ad 7
natura q̄ in deo. nõ tñ poſterius cognoſcit a deo in ꝓpria
natura q̄ in ſeipſo. q2 ꝑ hoc ipm̄ ꝙ deus eſſentiã ſuam co-
gnoſcit intuetur res. ⁊ put ſunt in ſeipſo ⁊ put ſunt in ꝓ- Ad 8
pria natura. ¶ Ad. viij. dicẽ. ꝙ in volũtate dei nõ ponit
añs ⁊ ꝯñs ad importandũ ordinẽ ſucceſſionis que repu-
gnat eternitati. ſed ad denotandam diuerſam compara-
tionẽ ad eius volita

# Tertio querit. vtruꝫ

volũtas dei conuenienter diuidat ꝑ volũtatẽ bñ- 1.
placiti. ⁊ ꝑ volũtatẽ ſigni. Et videt ꝙ nõ. ſicut eñ ea q̄
agũtur in creatura ſũt ſigna volũtatis diuine. ita ſcie ⁊ po-
tentie. ſꝫ ſcia ⁊ potẽtia nõ diſtinguũt ꝑ ſciam ⁊ potẽtiã i ea
q̄ ſũt eẽntia dei ⁊ ſigna eius. g̃ nec volũtas hoc mõ diſtin-
gui debꝫ ꝑ volũtatẽ bñplaciti. q̄ eſt diuina eẽntia. ⁊ ꝑ vo-
lũtatẽ ſigni. ¶ P̄terea. Per h̄ ꝙ aliq̄d vult de⁹ volũtate bñ- 2
placiti. oſtẽdit act⁹ diuine v̄tutis referri in illud vt ſic ſit
deo placitum. aut g̃ illud in qd̄ fert volũtas ſigni eſt pla-
citũ deo. aut nõ. ſi eſt placitũ deo. g̃ vult illud volũtate be-
neplaciti. ⁊ ſic volũtas ſigni nõ debet a volũtate bñplaci-
ti diſtingui. ſi aũt nõ ſit placitũ deo. ſignat aũt eẽ placitũ
ei per voluntatem ſigni. ergo ſignum diuine voluntatis
erit falſum. Et ita in doctrina veritatis talia ſigna diui-
ne voluntatis poni non debent.

3 ¶ Pre. Omnis voluntas eſt in voluntate. ſed quicquid eſt in
deo eſt diuina eſſentia. ſi ergo voluntas ſigni deo attribuitur erit
idem quod diuina eſſentia. et ſic non diſtinguitur a voluntate bene
placiti. nam illa voluntas dicitur eſſe beneplacita que eſt ipſa diuina
4 eſſentia. vt Magiſter dicit in primo ſniarum. diſt. xlv. ¶ Preterea. Quic
quid deus vult. bonum eſt. ſed ſignum voluntatis debet diuine vo/
luntati reſpondere. ergo ſignum voluntatis non debet eſſe de malo. cum ergo
permiſſio ſit de malo. ſimiliter prohibitio. videtur quod non debeant poni
5 ſigna diuine voluntatis ¶ Pre. Sicut inuenitur bonum et me/
lius. ita inuenitur malum et peius. ſed ſecundum bonum et melius di/
ſtinguitur dupliciter voluntas ſigni. ſcilicet preceptum quod de bono eſt. et
conſilium quod de meliori bono eſt. ergo et ſimiliter mali et peioris de/
6 berent poni duo ſigna voluntatis ¶ Pre. Voluntas dei ma/
gis inclinatur ad bonum quam ad malum. ſed ſignum quod reſpicit ma
lum ſcilicet permiſſio nunquam poteſt impediri. ergo et preceptum et conſilium que ſunt
reſpectu boni. non debent impedimentum ſuſcipere. quod tamen appa
7 ret eſſe falſum ¶ Pre. Eorum que ſe inuicem conſequuntur vnum
non debet contra aliud diſtingui. ſed voluntas beneplaciti et dei
operatio ſe conſequuntur. nihil enim operatur quod non velit voluntate
beneplaciti et nihil vult voluntate beneplaciti in creaturis quod
non operetur. ſecundum illud pſalmi. omnia quecunque voluit dominus fecit. ergo
operatio ſub voluntate ſigni qua contra voluntatem beneplaci
Reſpo ti diſtinguitur non debet poni

Du. modus loquendi in diuinis ¶ Reſponſio dicendum. quod in diuinis eſt duplex modus loquen
di. vnus ſecundum propriam loquutionem quum ſcilicet deo attribuitur
id quod ſibi competit ſecundum propriam naturam. quamuis ſibi ſemper emi
nentius competat quam a nobis mente concipiatur vel ſermone pro/
feratur. ratione cuius nulla noſtra loquutio poteſt eſſe de deo pro
pria ad plenum. Alius modus eſt ſecundum figuratiuam et tropi/
cam vel ſymbologicam loquutionem. quia enim ipſe deus ſecundum quod
in ſe eſt aciem noſtre mentis excedit. oportet quod de eo loqua
mur per ea que apud nos inueniuntur. et ſic ſenſibilium nomina
deo attribuimus. vt cum eum nominamus vel lucem vel leonem
vel aliquid huiuſmodi. Quarum quidem loquutionum veritas in hoc
fundatur. quia nulla creatura. vt Dyo. dicit. xi. ca. cel. hierarch.
eſt vel boni participatione priuata. et ideo in ſingulis creaturis
eſt inuenire aliquas proprietates repreſentantes quantum ad ali/
quid diuinam bonitatem. et ita nomen in deo transfertur inquan/
tum res ſignata per nomen eſt ſignum diuine bonitatis. Quan/
docunque ergo ſignum loco ſignati accipitur in diuinis eſt modus tro/
pice loquutionis. Vterque autem iſtorum modorum loquendi concur/
rit in voluntate diuina. inuenitur enim in deo ratio proprie volun/
tatis. vt ſupra dictum eſt. et voluntas proprie de deo dicitur. Et
hec voluntas eſt beneplaciti que per antecedentem et conſequen/
tem diſtinguitur. vt dictum eſt. Quia vero voluntas in nobis habet
quandam animi paſſionem conſequentem. ideo ſicut alia nomina
paſſionum metaphorice dicuntur de deo. ita etiam et nomen vo
luntatis. Dicitur autem nomen ire de deo. quia in eo inuenitur effe/
ctus qui ſolet eſſe irati apud nos. vnde illa punitio qua pu/
nit. ira dei nominatur. Et ſimili modo loquendi illa que ſolent
eſſe ſigna voluntatis apud nos dei voluntates appellantur. et
pro tanto dicitur eſſe voluntas ſigni. quia ipſum ſignum quod ſolet
eſſe voluntatis. voluntas appellatur. Cum autem voluntas poſ/
ſit conſiderari et ſecundum quod proponit de agendis et ſecundum quod impetum fa
cit ad opus. vtroque modo voluntati aliqua ſigna attribuuntur
ſecundum enim quod proponit de agendis quantum ad fugam mali eſt ſi/
gnum eius prohibitio. Quantum autem ad proſequutionem boni eſt
duplex ſignum voluntatis. nam reſpectu boni honeſti eſt ſignum
voluntatis preceptum. reſpectu autem boni vtilis quod faciliori
modo et conuenientiori acquiritur finis eſt ſignum voluntatis
conſilium. Sed ſecundum quod voluntas impetum facit ad opus at/
tribuitur ei duplex ſignum. vnum expreſſum quod eſt ope
ratio. quod enim quis operatur indicat ſe expreſſe velle.
Aliud vero ſignum eſt interpretatiuum. ſcilicet permiſſio. qui
enim non prohibet aliquid quod impedire poteſt inter/
pretatiue videtur conſentire in illud. hoc autem nomen per/
miſſionis importat

Ad primum ergo dicendum quod quamuis deus ſit omnia po/
tens et omnia ſciens. non tamen eſt omnia volens. et ideo pro/ Ad 1.
pter ſigna in creaturis inuenta quibus oſtenditur quod eſt ſciens
et potens et volens. voluntati aſſignantur quedam ſigna vt
oſtendatur quid deus velit et non ſolum quod eſt volens. Vel
dicendum quod ſcientia et potentia non habent ita adiunctum
modum paſſionis ſicut voluntas prout in nobis inuenitur.
et ideo voluntas magis appropinquat ad illa que meta/
phorice dicuntur de deo quam potentia vel ſcientia. Et ideo ſi/
gna voluntatis magis dicimus voluntatem metaphori/
ce loquendo quam ſigna ſcientie et potentie ſcientiam et pote/
tiam. ¶ Ad ſecundum dicendum quod quamuis deus non velit Ad 2
omne quod precipit vel permittit. vult tamen aliquid cir/
ca hoc. vult enim nos eſſe debitores eius quod precipit et
in poteſtate noſtra eſſe id quod permittit. et hanc poteſta/
tem diuinam preceptum et permiſſio ſignat. Vel poteſt dici
quod voluntas ſigni non pro tanto dicitur quod ſignat deum vel/
le illud. ſed quia illud quod ſolet eſſe ſignum voluntatis
apud nos voluntas nominatur. non autem oportet quod id
quod ſolet eſſe alicuius rei ſignum ſit falſum. quando non re
ſpondet ei id quod ſolet ſignificare niſi tunc tantum quan/
do ad ſignificandum id adhibetur. quamuis ergo precipere in no/
bis ſit ſignum volendi id. non tamen quandocunque precipit aliquid
vel deus vel homo. oportet quod ſignificet ſe illud velle. vn/
de non ſequitur quod ſit ſignum falſum Et inde etiam eſt quod in
actionibus non ſemper eſt mendatium quantumcunque aliqua
actio agitur per quam ſolet aliquid ſignificari ſi illud non
ſubſit. ſed in verbo ſi illud non ſubſit quod ſignat de ne/
ceſſitate eſt falſitas. quia ſcilicet verba ad hoc ſunt inſtituta
vt ſint ſigna. vnde ſi non reſpondet eis ſignatum eſt ibi fal/
ſitas. Actiones autem non ſunt ad hoc inſtitute vt ſigni/
ficent. ſed vt per eas aliquid fiat. accidit autem quod per eas
aliquid ſignificetur. et ideo non ſemper eſt falſitas in eis ſi ſi/
gnatum non reſpondeat. ſed tunc tantum quando ad ſigni Ad 3
ficandum applicantur ab agente. ¶ Ad tertium dicendum.
quod voluntas ſigni non eſt in deo ſed a deo. eſt enim aliquis ef/
fectus dei talis qualis ſolet apud nos voluntas hominis deſi
gnari ¶ Ad quartum dicendum quod voluntas dei quamuis non ſit re Ad 4
ſpectu mali vt fiat. eſt tamen reſpectu eius vt illud impe/
diat prohibendo vel in poteſtate noſtra conſtituat permitten
do ¶ Ad quintum dicendum quod cum omne in quod voluntas ten/ Ad 5.
dit habeat ordinem ad finem qui eſt ratio volendi. omnia au
tem mala careant ordine ad finem. omnia mala vnum tenent
locum. ſicut reſpectu finis. ita et reſpectu voluntatis di/
uine. ſed bona que ordinantur in finem ſecundum diuerſum ordi/
nem quem habent ad finem. diuerſimode ſe habet ad ea
voluntas. et propter hoc ſunt diuerſa ſigna de bono et me
liori. non autem de malo et peiori. ¶ Ad ſextum dicendum quod vo/ Ad 6
luntas ſigni non diſtinguitur contra voluntatem beneplaciti
per hoc quod eſt impleri et non impleri. vnde quamuis volun
tas beneplaciti ſemper impleatur. poteſt tamen etiam ad vo
luntatem ſigni aliquid pertinere quod impletur. vnde et
ea que deus precipit vel conſulit quandoque vult voluntate be
neplaciti. Diſtinguitur autem voluntas ſigni a voluntate be
neplaciti. quia vnum eſt ipſe deus et aliud effectus eius.
vt iam dictum eſt Et ſciendum eſt quod voluntas ſigni tribus
modis ſe habet ad voluntatem beneplaciti. quedam eſt volun

tās ſigni q̄ nunq̄ʒ incidit in idē cum volūtate bn̄placiti.ſi/
cut ꝑmiſſio qua ꝑmittit mala fieri cū mala fieri nunq̄ʒ ve
lit. quedā vero q̄ ſemꝑ in ideʒ incidit. ſicut oꝑatio. q̄dam
vero q̄nq̄ʒ incidit ⁊ q̄nq̄ʒ non. ſicut p̄ceptum ꝓhibitio et
conſiliū. ¶ Et ꝑ hoc patet r̄ſio ad ſeptimū.

## Uarto queritᷣ. utruʒ

deus de neceſſitate velit q̄cq̄d vult. ¶ Et vi/
1 detᷣ ꝙ ſic. oīne eñ eternū eſt neceſſariuʒ. ſed deus ab eter/
no vult quicq̄d vult. ḡ de neceſſitate vult quicq̄d vult
. Sed diceres ꝙ velle dei eſt neceſſariū ⁊ eternū ex ꝑte
volūtatis q̄ eſt diuina eſſentia. ⁊ ex ꝑte eius qd̄ eſt rō vo
lendi quod eſt diuina bonitas. non aūt quantū ad reſpe/
2 ctum volūtatis ad volitū ¶ Sed cōtra. Hoc ip̄m quod
eſt deū velle aliquid. importat habitudinē volūtatis ad
volitū. ſed hoc ip̄m qd̄ eſt deum velle aliq̄d eſt eternum.
ergo ipſa habitudo volūtatis ad volitum eſt neceſſaria
et eterna. Sed diceres. ꝙ habitudo ad volitū eſt eter/
na ⁊ neceſſaria ſm̄ hoc ꝙ volitū eſt in rōne exēplari. non
3 aūt ſm̄ ꝙ eſt in ſeip̄o ſiue in natura ꝓpria ¶ Sed ꝯtra. ſm̄
hoc aliq̄d eſt volitū ꝙ ad ip̄m referᷣ volūtas. ſi ergo ab
eterno nō referᷣ dei volūtas ad volitū ſm̄ ꝙ eſt in ſeipſo.
ſed ſm̄ ꝙ eſt in rōe volendi exēplari tūc aliq̄d tꝑale. vtpo
te petrū ſaluari. nō eſſet ab eterno volitū a deo vt eſſet in
ꝓpria natura in rōnibus eternis. quod pʒ eſſe falſum
4 ¶ Prete. Quicq̄d deus voluit vel vult poſtq̄ʒ vult illud
vel voluit nō p̄t illud nō velle vel nō voluiſſe. ſed quicq̄d
deus vult nūq̄ʒ nō voluit eo ꝙ ſemꝑ ab eterno voluit q̄c
quid vult. ḡ de neceſſitate vult quicq̄d vult. Sed di.
ꝙ illa rō ꝓcedit ſm̄ ꝙ velle dei cōſideratᷣ quantū ad ipſuʒ
volentē vel actum vel rōem volendi. non aūt quantū ad
5 habitudinē que fertᷣ ad volitū. ¶ Sed contra. Creare eſt
ſemꝑ actus importās reſpectū ad effectū. cōnotat eñ re
ſpectū tꝑalē. ſed rō illa verificaretᷣ de creatiōe ſi ſupponere
tur deū ſemꝑ creaſſe. q꞉ q̄d creauit nō poteſt nō creaſſe. ḡ
de neceſſitate ſeq̄tur ſm̄ ꝙ habet reſpectum ad volitum.
6 ¶ Prete. Deo idē eſt velle ⁊ eſſe. ſed deum neceſſe eſt eē
oīne illud quod eſt. q꞉ in ꝑpetuis nō differt eē ⁊ poſſe ſm̄
ph̄m in. iij. phiſi. ḡ ⁊ deum neceſſe eſt velle oīne qd̄ vult
Sed diceres. ꝙ q̄uis eē ⁊ velle ſint idē ſm̄ rem. diffe/
runt tū̄ ſm̄ modū ſignificādi. q꞉ eſſe ſignificatᷣ ꝑ modū ac/
tus manētis. velle aūt ꝑ modū actus q̄ tranſit in alteruʒ
7 ¶ Sed cōtra. Eſſe etiā dei q̄uis ſit idē cum eſſentia ſm̄
rem. differt tū̄ ſm̄ modū ſignificandi. q꞉ eſſe ſignificatᷣ per
modū actus. ḡ quantū ad hoc non eſt differētia inter eſſe
8 et velle. ¶ Pre. Eternitas repugnat ſucceſſioni. ſed velle
diuinū eternitate mēſuratur. ergo non p̄t ibi eē ſucceſſio
eſſet autē ſucceſſio ſi quod ab eterno voluit nō vellet vel
quod non voluit vellet. q꞉ impoſſibile eſt eū velle quod
non voluit vel nō velle qd̄ voluit. ḡ quicq̄d deus vult. de
9 neceſſitate vult. ¶ Pre. Quicūq̄ʒ voluit aliquid. impoſſi/
bile eſt eum nō voluiſſe illud. q꞉ q̄d factū eſt nō p̄t nō fuiſ
ſe. ſed in deo eſt idē velle ⁊ voluiſſe. quia actus volūtatis
nō eſt nouus. ſed eternus. ḡ deus nō p̄t non velle qd̄ vult
ergo de neceſſitate vult qd̄ vult. Sed diceres. ꝙ vult
de neceſſitate quantū ad rōem volendi. nō aūt quantum
10 ad ip̄m volitū ¶ Sed cōtra. Rō volēdi eſt ipſemet. q꞉ ſe
ipſo vult quicq̄d vult. ſi ḡ ſeip̄ʒ de neceſſitate vult. ⁊ oīa
11 alia de neceſſitate volet ¶ Pre. Ratio volēdi eſt finis. fi/
nis aūt ſm̄ ph̄m ſcd̄o phiſi. ⁊ in. vij. ethico. ita ſe hʒ in ap/
petitiuis ⁊ oꝑatiuis. ſicut principium in demonſtratiuis

ꝑmo meth. Liberꝝ ẽ ꝙ cauſa ſui ẽ. ſꝫ mẽs humana habet 3
aliã cãm motꝰ ſui q̃ꝫ ſeipſuꝫ. ſcꝫ deũ. q: Roma. i. dicit̃ ſup
illud ꝓpt̃ qd tradidit illos deꝰ. gloſa. manifeſtũ eſt deuꝫ
opari in mẽtib' hoĩm ad ꝯuertẽdas volũtates eoꝝ in qd
cũq̃ voluerit. g̃ mẽs humana nõ ẽ liberi arbitrij. Sed Solutio
dicẽ. ꝙ mẽs humana ẽ ſicut cauſa ꝑncipalis ſui actꝰ. deꝰ
aũt ſicut cauſa remota ꝛ hꝫ nõ impedit mẽtis libertateꝫ.
¶ Sꝫ ꝯtra. Quãto aliq̃ cauſa magis influit in effectuꝫ
tãto ẽ ꝑncipalior. ſꝫ cauſa ꝑma plꝰ influit q̃ꝫ ſcd̃a. vt dici 4
tur in li. de cauſis. g̃ ꝑma cauſa ẽ ꝑncipalior ſcd̃a cauſa. ꝛ
ita mẽs nr̃a nõ ẽ cauſa ꝑncipalis ſui actꝰ. ſꝫ deꝰ. ¶ Pre. 5
Omne qd mouet motũ mouet ſicut inſtrumẽtũ. vt pꝫ ꝑ
Cõmẽ. in. viij phyſ. Inſtrumẽtũ aũt nõ ẽ liberꝝ ad agen
dũ. cũ nõ agat niſi ſcdm ꝙ q̃s eo vtit̃. cũ g̃ mẽs humana
nõ operet̃ niſi mota a deo. videt̃ ꝙ non ſit liberi arbitrij.
¶ Pre. Liberꝝ arbitriũ dicit̃ eẽ facultas volũtatis ꝛ ra- 6
tionis q̃ bonũ eligit̃ gratia aſſiſtẽte vel malũ eadẽ defici
ente. ſꝫ multi ſunt q̃ nõ habẽt gratiã. g̃ nõ poſſunt libere
eligere. ꝛ ita nõ habẽt liberꝝ arbitriũ ad bona ¶ Pre. Ser 7
uitus libertati opponit̃. ſꝫ in hoie inuenit̃ ſeruitus peccati
q: q̃ facit peccatũ ſeruus ẽ peccati. vt dicit̃ Jo. viij. g̃ in
hoie nõ ẽ libertas arbitrij ¶ Pre. Anſel. dicit in li. de libe 8
ro arbitrio. ſi haberemꝰ potẽtiã peccãdi ꝛ non peccandi

gratia nō indigerem⁹. potētia aūt peccādi ⁊ nō peccādi ē
liberū arbitriū. cū ergo indigeam⁹ gratia liberū arbitriū non
habem⁹. ¶ Pre. Ab optimo vnūqdq3 denominādū est
9 vt habetur a pho in. ij. de aīa. sꝫ optimū inter act⁹ humanos
sūt act⁹ meritorij. cū ergo ad hos hō nō sit liberi arbitrij. vt
dicitur Joh. xv. sine me nihil potestis facere. qđ de actib⁹
meritorijs itelligitur. videtur ꝙ hō nō sit dicēdus liberi arbi
10 trij ¶ Pre. Aug. dt. qa hō noluit abstinere a peccato cū
potuit inflictū ē ei nō posse cū velit. ergo nō ē in ptāte hoīs
peccare ⁊ nō peccare. ⁊ sic nō videtur eē dn̄s suorū actuū nec
11 liberi arbitrij. ¶ Pre. Bernar. distīguit triplicē libertatē
scꝫ libertatē arbitrij. ⁊ libertatē ꝯsilij. ⁊ libertatē ꝯplaciti
Et dicit ꝙ libertas arbitrij ē q̄ discernim⁹ qđ liceat. Li
bertas ꝯsilij q̄ discernim⁹ qđ expediat. Libertas ꝯplaci
ti q̄ discernim⁹ qđ libeat. Sꝫ discretio humana ꝑ ignorā
tiā ē sauciata. ergo videtur ꝙ libertas arbitrij. q̄ in discretione
12 ꝯsistit. in hoīe post peccatū nō remāsit ¶ Pre. Respectu
eorū hō nō habet libertatē respectu quorū habet necessita
tē. sꝫ respectu peccatorū hō habet necessitatē. q: post pec
catū sm Aug⁹. necesse ē peccare hoīem añ reparationē qdē
dānabiliter post reparationē vero saltem venialit. ergo hō ad
peccata nō ē liberi arbitrij. ¶ Pre. Quicqd de⁹ prescit
13 necesse ē euenire. cū prescītia dei falli nō possit. sꝫ omnes
act⁹ humanos de⁹ prescit. ergo de necessitate eueniūt. ⁊ ita
hō nō ē liberi arbitrij ad agēdū. ¶ Pre. Quāto aliquod
14 mobile ē magis ꝓpinquū pmo motori. tāto ē magis vni
forme in suo motu. sicut patet de corporib⁹ celestib⁹ quo
rū motus semꝑ eodē mō se habēt. sed cū oīs creatura a
deo moueatur. mouet eñ creaturā corꝑalē ꝑ tempus ⁊ lo
cū. spiritualem vero ꝑ tempus. vt dicit Aug⁹. viij. super
Gen̄. ad lit. rōnalis creatura ē mobile ꝓpinquissimū deo
qui ē pmus omniū motorū. ergo habet motū maxime vni
formem. ⁊ sic facultas eius ad plura se nō extendit vt sic
15 per hoc dici possit liberi arbitrij. ¶ Pre. Scdm phm in
scđo ce. ⁊ mū. de nobilitate supni celi ē vt finē suū vnico
motu ꝯsequtur. sꝫ aīa rationalis ē nobilior illo celo. cū spi
ritus corpi pferatur. sm Aug⁹. viij. de ci. dei. ergo aīa hu
mana habet vnicū motū. ⁊ ita non videtur esse liberi arbi
trij. ¶ Pre. Decuit diuinā bonitatem vt creaturā subli
16 missimā optime collocaret. sꝫ optime collocatur qđ optimo
immobiliter adheret. ergo decuit vt deus rationalē creatu
ram q̄ est sublimissima inter creaturas faceret talē q̄ sibi
immobiliter adhereret. qđ si eēt liberū arbitriū. vt videtur
nō haberet. ergo decuit vt natura rōnalis sine libero arbi
trio fieret. ¶ Pre. Phi diffiniūt liberū arbitriū eē liberū
17 de rōne iudicij. iudiciū vero rōis cogi pōt virtute demō
strationis. qđ aūt cogitur nō ē liberū. ergo hō nō est liberi arbi
18 trij. ¶ Pre. Propter hoc intellect⁹ seu rō cogi pōt. q: ē ali
qđ verū cui nulla falsitas admiscetur nec apparētia falsitatis
vñ nō pōt intellect⁹ subterfugere qn ei assentiat. Sꝫ sic
est aliqđ bonū cui nihil mali admiscetur nec sm rei verita
tē nec sm apparētiā. cū ergo bonū sit obiectū volūtatis sicut
verū intellect⁹. videtur ꝙ sicut intellect⁹ cogitur. ita ⁊ volū
tas. ⁊ sic hō nō habet libertatē neq3 quātū ad volūtatē
neq3 quātū ad rōem. ⁊ sic nō habebit liberū arbitriū qđ
19 est facultas volūtatis ⁊ rōnis. ¶ Pre. Scdm phm in
iij. eth. Qualis vnusquisq3 ē talis finis videtur ei. sed non
est in potētia nostra ꝙ sim⁹ tales vel tales. cum ergo ho
mo ex natiuitate habeat. ⁊ dependeat etiam quodāmo
do qualitas. vt videtur. ex dispositione stellarū. ergo nō
est in potestate nostra vt hunc vel illum finem approbe
mus. sed omne iudicium de agendis ex fine sumitur. nō
ergo sumus liberi arbitrij. ¶ Prete. Liberū arbitriū op 20
ponitur necessitati. sed respectu quorūdam voluntas ha
bet necessitatem. de necessitate eñ vult beatitudinē. er
go non habet respectu omniū libertatem. ⁊ ita non est li
beri arbitrij quantū ad omnia.

Cōtra

¶ Sed contra est quod dicitur Eccī. xv. Deus ab
inicio constituit hominē ⁊ reliquit eū in manu cōsilij sui.
glosa. id est in potestate liberi arbitrij. ¶ Prete. Inueni
tur in rebus agens aliqđ qđ agit ex nihilo ⁊ non ex ne
cessitate. scꝫ deus. aliqđ etiam agens qđ agit ex aliquo.
id est ex necessitate sicut agentia naturalia. sed positis ex
tremis in rerū natura. ꝯsequēs est vt media ponātur sm
phm in. ij. ce. ⁊ mū. Inter hec aūt duo nō ē nisi duplex
medium qm̄ alterū est impossibile esse. scꝫ agens ex nihi
lo ex necessitate. ex nihilo cū agere dei solius est qui non
ex necessitate agit. sed ex voluntate. ergo relinquitur ali
quid qđ agat ex aliquo et non ex necessitate. ⁊ hoc est ra
tionalis creatura que agit ex presupposita materia et nō
ex necessitate. sꝫ ex arbitrij libertate ¶ Pre. Liberum ar
bitrium est facultas voluntatis ⁊ rationis. sed in homi
ne inuenitur ratio ⁊ voluntas. ergo et liberū arbitriū
¶ Prete. Scdm phm in tertio ethycorū. Consilium nō
est nisi eorū que sunt in nobis. sed homines de suis actib⁹
consiliantur. ergo homines sunt domini actuū suorū et
propter hoc liberi arbitrij. ¶ Prete. Precepta et prohi
bitiones non debent fieri nisi ei qui potest facere ⁊ non fa
cere. alias eñ frustra essent. sed homini etiā diuinitus
precepta fiunt ⁊ prohibitiones. ergo in hominis potesta
te est facere ⁊ non facere. ergo est liberi arbitrij ¶ Prete.
Nullus debet puniri vel premiari pro eo quod non est
in potestate eius facere ⁊ nō facere. sed homo recte a deo
punitur et premiatur pro suis operibus. ergo potest ope
rari et non operari ⁊ ita est liberi arbitrij ¶ Prete. Om
nium que fiunt aliquā causam ponere oportet. sed huma
norum actuū non possumus ponere causam ipsum deū
immediate. quia que immediate a deo sunt non possunt
esse nisi bona. actus humani sunt boni qn̄q3 et qn̄q3 mali
Similiter nec potest dici ꝙ humanorū actuū sit causa ne
cessitas. quia que ex necessitate proueniūt eodem modo
se habent semꝑ. quod in humanis actibus non videtur.
Similiter non potest dici ꝙ siderū vel stellarū disposi
tio sit eorū causa. quia oporteret humanos act⁹ ex neces
sitate accidere. sicut ⁊ causa necessaria est. Neq3 natura
eorū causa esse potest. qđ ostendit humanorum actuū va
rietas. natura eñ determinata est ad vnum nec ab eo de
ficit nisi in minori parte. Neq3 fortuna neq3 casus huma
norū actuum causa potest esse. quia fortuna et casus sunt
causa eorum que raro ⁊ preter intentionem accidunt. vt
dicitur in scđo physicorū. qđ in humanis actibus non ap
paret. Relinquitur ergo ipsum hominem facientem eē
principium propriorum actuum. et per hoc esse liberi ar
bitrij.

Rꝫo

¶ Responsio dicendum. ꝙ absq3 omni dubitatione
hominem liberi arbitrij ponere oportet. Ad hoc enim
et fides restringit. cum sine libero arbitrio nō possit esse
meritum. iusta pena vel premium. Ad hoc etiam inducūt
manifesta iudicia quibus apparet hominem libere vnū
eligere et aliud refutare. Et ad hoc etiam ratio euidēs
cogit. qua quidem ad inuestigationem liberi arbitrij ori
ginem sequēres hoc mō procedimus. In rebus eñ q̄
mouētur vel aliquid agunt hec inuenitur differētia. ꝙ q̄
dā habēt principiū sui motus vel opatōnis in semetipsis

Differentia rerum mobiliū

Quedã vero extra ſe. ſicut ea q̃ per violentiã mouẽtur
in quib⁹ principiũ eſt extra nihil ↄferente vim paſſo ſcḋz
phm in .iij. ethy. in quibus liberũ arbitriũ ponere nõ poſſu
mus eo ꝙ nõ ſunt cauſa ſui motus. Liberũ aũt eſt quod
cauſa ſui eſt ſcḋm phm in primo metaphyſ. Eoꝝ autẽ
quoꝝ principiũ motus ⁊ operationis in ipſis eſt. quedã
talia ſunt ꝙ ipſa ſeipſa mouẽt ſicut animalia. quedã autẽ
que nõ mouẽt ſeipſa. q̃uis in ſeipſis ſui motus aliqḋ prin
cipium habent. ſicut grauia et leuia. nõ eñ ipſa ſeipſa mo
uent cũ non poſſunt diſtingui in duas partes. quaꝝ vna
pars eſt mouens ⁊ alia mota. ſicut in animalib⁹ inuenit̃.
q̃uis motus eoꝝ ↄſequatur aliqḋ principiũ in ipſis ſcꝫ
formã quã habent. ⁊ ideo dicũtur a generãte moueri per
ſe ſcḋm phm in octauo phyſicoꝝ. ſed a remouente prohi
bens per accidẽs. ⁊ hec mouẽtur ſeipſis. ſed nõ a ſeipſis.
vñ nec in his liberũ arbitriũ inuenitur. q̄ꝛ nõ ſũt ſibiipſis
cauſa agendi vel mouendi. ſed aſtringũtur ad agendum
vel mouẽdum ꝑ id quod ab altero receperũt. Eoꝝ aũt
que a ſeipſis mouẽtur quorũdam motus ex iuditio ratõ
nis proueniunt. quorũdam vero ex iuditio naturali. Ex
iuditio autẽ rationis homines agũt ⁊ mouẽtur. ↄferunt
eñ de agendis. ſed ex naturali iuditio agunt ⁊ mouẽtur
omnia bruta. Quod quidẽ patet. tum ex hoc ꝙ omnia q̃
ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſimiliter operãtur. ſicut oẽs hirun-
dines ſimiliter faciũt nidũ. Cum etiã ex hoc ꝙ habẽt iu
ditium ad aliqḋ opus determinatũ ⁊ non ad oĩa. ſicut
apes nõ habent induſtriã ad faciendũ aliqḋ aliud opus
niſi fauos mellis. ⁊ ſimiliter ẽ de alijs animalib⁹. vñ recte
conſideranti apparet ꝙ per quẽ modũ attribuitur mot⁹
et actio corporib⁹ naturalib⁹ inanimatis. ꝑ eũdem modũ
attribuitur brutis animalib⁹ iuditiũ de agẽdis. ſicut eñ
grauia ⁊ leuia nõ mouẽt ſeipſa vt ꝑ hoc ſint cauſa ſui mo
tus. ita nec bruta iudicant de ſuo iuditio. ſed ↄſequũtur
iuditiũ ſibi ab aliquo alio inditũ. ſcꝫ a deo. ⁊ ſic nõ ſunt
cauſa ſui arbitrij nec libertatẽ arbitrij habent. Homo ve-
ro ꝑ virtutem rationis iudicãs de agendis. poteſt etiã
de ſuo libero arbitrio iudicare. inquãtũ ↄgnoſcit rõnẽ
finis. ⁊ eius quod eſt ad finem habitudinẽ. ⁊ ordinem
vnius ad alterũ. ⁊ ideo non eſt ſolum cauſa ſuiipſius in
mouendo. ſed etiam in iudicãdo. ⁊ ideo eſt liberi arbitrij
acſi diceretur liberi iudicij de agendo vel non agendo

Ad .i. ¶ Ad primũ dicẽdum. ꝙ in opere hominis ẽ duo inue
Diſtinctõ nire. ſcꝫ electionẽ operũ. ⁊ hoc ſemꝑ in hominis poteſta-
te conſiſtit ⁊ operũ geſtionẽ ſiue executionẽ. ⁊ hoc nõ ſem
per in hominis poteſtate ẽ. ſed diuina prouidẽtia guber
nante ꝓpoſitũ hominis ad finem quãq; perducitur. quãq;
non. ⁊ ideo homo nõ dicitur eſſe liber ſuarũ actionũ. ſed
liber ſue actionis que ẽ iuditiũ de agendis. ⁊ hoc ipſuꝫ no
mẽ liberi arbitrii demõſtrat Vel põt diſtingui de me
ritorio opere ſicut in obiectionib⁹ eſt tactũ. tamen ꝓma
Ad 2 reſponſio eſt Gregorij nazanzeni. ¶ Ad ſecũdum dicen
dum. ꝙ opus meritoriũ a nõ meritorio nõ diſtat in quid
agere. ſed in qualiter agere. nihil eñ eſt qḋ vnus homo
meritorie agat ⁊ ex charitate. qḋ alius nõ poſſit abſq; me
rito agere vel etiam velle. ⁊ ideo hoc ꝙ homo non poteſt
ſine gratia agere opera meritoria nihil derogat arbitrij li-
bertati. q̄ꝛ hõ dicitur eẽ liberi arbitrij ſcḋm ꝙ poteſt age
re hoc vel illud. non ſcḋm ꝙ poteſt ſic vel ſic agere. quia
ſcḋm phos ille qui nondũ habet habitũ virtutis nõ ha-
bet in ſua poteſtate agere taliter qualiter virtuoſus agit
niſi inquãtum poteſt acquirere habitũ virtutis. Grati-
am aũt que opera meritoria facit q̃uis homo nõ poſſit ex

libero arbitrio acquirere. poteſt tamẽ ſe ad gratiã habẽn
dam preparare. que ei a deo nõ denegabitur ſi fecerit qḋ
in ſe eſt. ⁊ ideo nõ ẽ omnino extra poteſtatẽ liberi arbitrij
opera meritoria agere. q̃uis ad hoc ꝑ ſe poteſtas liberi arbitrij
nõ ſufficiat. eo ꝙ modus qui ad meritũ requiritur facul
tatem nature excedit. nõ aũt modus q̃ eſt in operib⁹ ex
virtutib⁹ politicis. nullus aũt ꝓpter hoc diceret hominẽ
nõ eẽ liberi arbitrij. quia nõ poteſt taliter velle vel elige
re. qualiter deus vel angelus. ¶ Ad tertiũ dicendũ. ꝙ Ad 3
deus operatur in vnoquoq; agẽte ſcḋm modũ illi⁹ agẽ-
tis. ſicut prima cauſa operatur in operatione cauſe ſecũde
cum ſecũda cauſa nõ poſſit in actũ procedere niſi per vir
tutem cauſe prime. vnde ꝑ hoc ꝙ deus ẽ cauſa operans
in corporib⁹ hominum. nõ excluditur quin ipſe humane
mentes ſint cauſa ſuoꝝ motuũ. vnde nõ tollitur ratio li-
bertatis ¶ Ad quartũ dicendũ. ꝙ cauſa ꝓma dicitur eẽ
principalis ſimpliciter loquẽdo ꝓpter hoc ꝙ magis in- Ad 4
fluit in effectũ. ſed cauſa ſcḋa ſcḋm quid principalis eſt
inquantũ effectus ei magis ↄformãtur. ¶ Ad .v. dicen- Ad 5
dum. ꝙ inſtrumentũ dicitur dupliciter. vno mõ proprie
q̃ſi ſcꝫ aliquid ita ab altero mouetur ꝙ nõ cõfertur ei a
mouente aliquod principiũ talis motus. ſicut ſerra mo
uetur a carpentatore. ⁊ tale inſtrumentũ omnino eſt ex-
pers libertatis. Alio mõ dicitur inſtrumentũ ↄmuniter
quicq̃d ẽ mouens ab alio motũ. ſiue ſit in ſeipſo principiũ
ſui motus ſiue non. ⁊ ſic nõ oportet ꝙ ab inſtrumẽto om
nino excludatur ratio libertatis. quia aliquid poteſt eſſe
ab alio motũ. qḋ tamen ſeipſuꝫ mouet. ⁊ ita ẽ de mente
humana. ¶ Ad ſextũ dicendũ. ꝙ ille qui nõ habet gratiã
poteſt eligere bonũ. ſed nõ meritorie. hoc aũt nõ derogat Ad 6
libertati arbitrij vt dictum eſt. ¶ Ad ſeptimũ dicendũ. Ad 7
ꝙ ſeruitus peccati nõ dicit coactionẽ. ſed inclinationẽ in
quantũ peccatũ precedẽs aliquo modo inducit ad ſequẽ
tia. vel pro defectu virtutis naturalis. que nõ poteſt ſe a
macula peccati eripere cui ſe ſemel ſubdidit. ⁊ ideo ſemꝑ
in homine remanet libertas a coactione ꝑ quã naturalit̃
ineſt libero arbitrio. ¶ Ad octauũ dicẽdũ. ꝙ Anſelmꝰ il Ad 8
lis verbis loquitur quaſi obijciendo. ipſe eñ poſtmodũ
oſtendit ꝙ indigentia gratie libero arbitrio non cõtradi
cit. ¶ Ad nonũ dicendũ. ꝙ ad ipſum opus meritoriũ ſe Ad 9
extendit poteſtas liberi arbitrij. q̃uis nõ ſine deo ſine cu
ius virtute nihil eſt in mũdo quod agere poſſit. ſed mo-
dus ille quo opus fit meritoriũ naturalem facultatẽ ex
cedit vt dictum ẽ. ¶ Ad .x. dicendũ. ꝙ circa hoc duplex Ad 10
eſt opinio. Quidã eñ dixerũt ꝙ homo in peccato morta Opi. pri⁹
li exiſtens non poteſt vitare diu quin mortaliter peccet.
poteſt tamen vitare hoc vel illud mortale. ſicut ↄmuni-
ter omnes dicũt de peccatis venialib⁹. ⁊ ſic nõ videt̃ hec
neceſſitas tollere arbitrij libertatem. Alia opinio ẽ. ꝙ Opio .ij.
homo in peccato mortali exiſtens poteſt oẽ peccatum
mortale vitare. nõ tamẽ poteſt vitare quin ſit ſub pecca-
to. quia nõ põt ꝑ ſeipſuꝫ a peccato reſurgere ſicut potuit
per ſeipſum cadere. ⁊ ſcḋm hoc facilius ſuſtinetur arbitrij
libertas. De hoc tñ infra q̃retur cũ erit queſtio de po
teſtate liberi arbitrij. ¶ Ad .xi. dicendũ. ꝙ voluntas no- Ad .xi.
ſtra fert̃ in finẽ vel in id quod eſt ad finẽ In finẽ vero ho
neſtũ vtilẽ vel delectabilem. ſcḋm ꝙ etiã triplex bonum
diſtinguitur. honeſtũ. vtile ⁊ delectabile Reſpectu ergo Triplex
finis honeſti ponit Bernardus libertatẽ arbitrij. Reſpe libertas
ctu boni vtilis quod ẽ ad finẽ libertatem conſilij. Reſpe
ctu aũt boni delectabilis libertatẽ complaciti. q̃uis aũt
diſcretio ſit per ignorãtiam diminuta. nõ tamẽ omnino

áblata. ⁊ ideo libertas arbitrij per peccatum eſt quidem
Ad 12 debilitata. ſed nõ omnino amiſſa. ¶ Ad. xij. dicendum
ꝙ homo habet neceſſe peccare poſt peccatũ ante repara-
tionẽ. id eſt habere peccatũ. non aũt habet neceſſe vti pec
cato ſcd̃m vnã opinionẽ. ſic peccare eñ dupliciter dicit᷑ ſi
cut et videre ſcd̃m pħm in. ij. de anima. Uel ſcd̃m aliaꝫ
opinionẽ habet neceſſe peccare aliquo peccato. cũ tamen
Ad 13 reſpectu nullius habeat neceſſitatem. ¶ Ad. xiij. dicendũ
ꝙ ex preſciẽtia dei non poteſt cõcludi ꝙ actus noſtri ſint
neceſſarij neceſſitate abſoluta que dicitur neceſſitas con
ſequẽtis. ſed neceſſitate ꝯditionata. que dicitur neceſſi-
tas cõſequentie. vt patet ꝑ Boe. in li. de Conſola. phy᷑.
¶ Ad. xiiij. dicendum. ꝙ moueri dicitur dupliciter. vno
Ad 14 modo proprie prout pħs diffinit motuꝫ in. iij. phy᷑. di-
Moueri ceus. ꝙ motus eſt actus exiſtentis in potentia ſm̃ ꝙ hu
dr̃ dupl᷑. iuſmodi. ⁊ ſic verũ eſt ꝙ quãto aliquod mobile eſt pro-
pinquius primo motori tanto in eo maior vniformitas
motus inuenitur. quia quãto eſt propinquius p̃mo mo
tori tanto eſt ꝑfectius ⁊ magis in actu exiſtens ⁊ min⁹
in potentia. ⁊ ideo paucioribꝫ motibus eſt mobile. Alio
modo dicitur motus large operatio quelibet. ſicut intel-
ligere vel ſentire. ⁊ ſic accipiendo pħs in tertio de anima
oſtendit ꝙ motus eſt ꝑfecti actus. quia vnũquodq; ope
ratur ſcd̃m ꝙ eſt in actu. ⁊ ſic quodãmodo ꝓpoſitio ha-
bet veritateꝫ. quodãmodo vero nõ. Si em̃ vniformitas
motus attẽdatur ex parte effectuũ ſic falſitatem habet.
quia quãto aliquod operãs eſt virtuoſius ⁊ perfectius
tanto ad plures effectus eius virtus ſe extendit. Si ve
ro attẽdatur quantũ ad modũ agendi ſic ꝓpoſitio habet
veritatẽ. quia quãto magis eſt perfectius aliqđ operãs.
tanto magis eũdem modũ ſeruat in agendo ꝙ min⁹ va-
riatur in ſua natura ⁊ diſpoſitione quã ſequitur modus
agendi. Mentes aũt rationales dicũtur mobiles nõ pri
mo modo motus. quia talis motus eſt ſolum corporũ.
ſed ſcd̃o modo inq̃ʈũ vult ſe vel intelligit ſe. vt Cõmẽ.
dicit in octano phy᷑. ⁊ ideo non oportet ꝙ mẽtes ratio-
nales ſint determinate ad aliquos effectus. ſed reſpectu
multorũ efficatiam habent ratione cuius competit eis li
Ad 15 bertas ¶ Ad decimũquintũ dicendũ. ꝙ nõ oportet ſem
per illud eſſe nobilius qđ paucioribꝫ motibus vel opera
tionibus ſuũ finem ꝯſequi poteſt. quia qñq; aliquid cõ
ſequitur ꝑfectiorem finem aliquibꝫ pluribꝫ operationib⁹
q̃ʒ alterꝫ vnica operatione conſequi poſſet ſicut ibidẽ pħs
dicit. ⁊ hoc modo mẽtes rationales ꝑfectiores inueniun
tur ſummo celo quod vnũ tantũ motũ habet. qꝛ ꝑfectio
rem finẽ ꝯſequũtur. q̃uis pluribꝫ operationibꝫ ¶ Ad. xvi
dd̃m. ꝙ q̃uis creatura eſſet melior ſi immobilit᷑ deo ad
Ad 16 hereret. tñ illa etiã natura bona ẽ q̃ deo poteſt adherere.
et nõ adherere. ⁊ ideo melius ẽ vniuerſuꝫ vbi vtraq; in-
uenit᷑ creatura q̃ʒ ſi alterꝫ tantũ inueniret᷑. Et hec ẽ reſpõ
ſio Aug⁹. Uel põt dici ſcd̃ꝫ Grego. niceñ. ⁊ Damꝫ. ꝙ
hoc ẽ impoſſibile aliquã creaturã eẽ volũtate imutabileꝫ
adherentẽ deo ꝑ purã naturã eo ꝙ cũ ſit ex nihilo flexibi
lis ẽ. ſi tamen aliq̃ creatura ĩmobiliter deo adheret. non
ꝓpter hoc p̃uatur libero arbitrio. qꝛ põt adherẽdo mul-
ta facere vel nõ facere. ¶ Ad. xvij. dd̃m. ꝙ iuditiũ cui at
Ad 17 tribuit᷑ libertas ẽ iuditiũ electionis. nõ aũt iuditiũ q̊ ſen
tenciat hõ de ꝯcluſionibꝫ in ſciẽtijs ſpeculatiuis. nã ele-
ctio ipſa ẽ q̃ſi quedã ſentẽtia de ꝓconſiliatis ¶ Ad. xviij
Ad 18 dd̃m. ꝙ ſicut aliqđ verꝫ ẽ qđ ꝓpter inꝑmixtionẽ falſi de
neceſſitate ab intellectu recipit᷑. ſicut p̃ncipia demonſtra
tionis. ita ẽ aliquod bonũ qđ ꝓpter malitie inꝑmixtionẽ
de neceſſitate a voluntate appetitur ſcꝫ felicitas. nõ tamẽ
ſequitur ꝙ ab illo obiecto voluntas cogatur. qꝛ coactio
dicit aliquod contrariũ volũtati que eſt ꝓpria inclinatio
voluntatis. nõ aũt dicit aliquid cõtrariũ intellectui qui
non dicit inclinationẽ intelligẽdi. nec tamẽ de neceſſitate
illius boni inducitur neceſſitas volũtati reſpectu aliorũ
volendorꝫ. ſicut ex neceſſitate primorꝫ p̃ncipiorũ inducit᷑
in intellectu neceſſitas ad aſſentiendũ ꝯcluſionibꝫ. eo ꝙ
alia volita non habent neceſſariam habitudinẽ ad illud p̃
mũ volitũ vel ſcd̃m veritatem vel ſcd̃m apparẽtiam. vt
ſcꝫ abſq; illis primũ volitũ haberi non poſſit. ſicut ꝯclu-
ſiones demonſtratiue habent neceſſariam habitudinem
ad principia ex quibꝫ demõſtrãtur. ita ꝙ cõcluſionibus
non exiſtentibꝫ veris neceſſe eſt principia non eſſe vera. Ad 19
¶ Ad. xix. dicendũ. ꝙ homines ex natiuitate conſequũ
tur aliquã diſpoſitionẽ immediate in anima intellectiua
per quã de neceſſitate inclinẽtur ad aliquẽ finem eligen-
dum. neq; a corpore celeſti. neq; ab aliquo alio. niſi ꝙ ex
ipſa ſua natura in eis eſt neceſſarius appetitus vltimi fi-
nis ſcꝫ beatitudinis. quod non impedit arbitrij liberta-
tem. cũ diuerſe remaneãt eligibiles vie ad cõſecutiones
illius finis. ⁊ hoc ideo. quia corpora celeſtia non habent
immediatã impreſſionẽ in animã rationalem. Ex natiui
tate aũt cõſequitur in corꝑe nati aliqua diſpoſitio tantuꝫ
ex virtute corporꝫ celeſtiũ. aut ex cauſis inferioribꝫ q̃ ſunt
ſemẽ ⁊ materia ꝯceptus per quã aĩa quodãmodo ad ali
quod eligendũ ꝓna efficitur ſm̃ ꝙ electio anime rationa
lis inclinatur ex paſſionibꝫ q̃ ſunt in appetitu ſenſitiuo q̃
eſt corporalis conſequẽs corporis diſpoſitiones Sed ex
hoc nulla neceſſitas inducit᷑ eis ad eligendũ. cũ in pote-
ſtate anime rationalis ſit accipere vel etiam refutare paſ
ſiones ſubortas. poſtmodũ vero homo efficitur aliqua
lis per aliquẽ habitũ. vel acquiſitũ cuius nos cauſa ſu-
mus. vel infuſuꝫ qui ſine noſtro cõſenſu datur. q̃uis cau
ſa eius non ſumus. ⁊ ex hoc habitu efficitur ꝙ homo ef-
ficaciter appetat finẽ conſonũ illi habitui. ⁊ tamẽ ille ha-
bitus neceſſitatẽ non inducit nec libertatẽ electionis tol Ad 20
lit. ¶ Ad. xx. dicendũ. ꝙ cũ electio ſit qđdam iuditium
de agendis. vel iuditiũ conſeq̃tur. de hoc poteſt eẽ electiõ
quod ſub iuditio noſtro cadit Juditiũ ãt in agẽdis ſumi
tur ex fine. ſicut de ꝯcluſionibꝫ ex p̃ncipijs. Uñ ſicut de p̃
mis p̃ncipijs nõ iudicam⁹ ea examinãdo. ſed naturaliter
aſſentim⁹ eis ⁊ ſm̃ ea examinam⁹. ita in appetibilibꝫ de
fine vltimo nõ iudicam⁹ iuditio diſcuſſionis vel examina
tionis. ſed naturaliter approbam⁹. ꝓpter qđ etiam de eo
nõ eſt electio. ſed volũtas. habem⁹ ergo reſpectu eius li
berã volũtatẽ. cũ neceſſitas naturalis inclinatõnis liber
tati nõ repugnet ſm̃ Aug⁹. v. de ci. dei. nõ aũt liberꝫ arbi
triũ ꝓprie loquẽdo. cũ non cadat ſub electione.

## Ecũdo querit᷑. vtrũ

1. liberũ arbitriũ ſit in brutis. Et videt᷑ ꝙ ſic. ſm̃
hoc eñ dicimur eſſe liberi arbitrij ꝙ actus noſtri ſũt vo
luntarij. ſed volũtario pueri ⁊ bruta ꝯmunicãt ſm̃ pħm
in tertio ethy. ergo liberꝫ arbitriũ eſt in brutis ¶ Prete. 2
Scd̃m pħm in octauo phy᷑. Jn omni eo qđ mouet ſe
ipſuꝫ eſt moueri ⁊ non moueri. ſed bruta mouent ſeipſa.
ergo in eis eſt moueri ⁊ non moueri. ſed ſcd̃m hoc dici-
mur liberi arbitrij ꝙ in nobis eſt agere aliquid. vt patet
per Grego. niceñ. ⁊ Dam̃. ergo in brutis ẽ liberꝫ arbitriũ

3 ¶ Prete. Liberū arbitriū duo importat. ſcz iudiciuz et libertatem. quorū vtrūqz eſt inuenire in brutis. habēt em̄ aliquod iudiciū de agendis. qd̓ patet ex hoc ꝙ vnū proſequūtur ⁊ aliud fugiūt. habēt etiam libertatē cū poſſint moueri ⁊ non moueri. ergo in eis eſt liberū arbitrium
¶ Prete. Poſita cauſa ponit̄ effectus. ſed Dam̄. ponit
4 cauſaz libertatis arbitrij hoc ꝙ anima noſtra a verſione incipit eē. q2 ex nihilo eſt. ⁊ ideo vertibilis ē. ⁊ iō ſe habz ad multa in potentia. ſed anima bruti a verſione incipit.
5 ergo in ea eſt liberū arbitriū. ¶ Pre. Illud dicitur eſſe liberi arbitrij qd̓ non eſt obligatū alicui: ſed anima bruti non eſt obligata ad alterū oppoſitorū. quia potentia ipſius nō eſt determinata ad vnū. ſicut potentie rerū naturalium que ſemꝑ idem faciūt. ergo anima bruti habet li
6 berū arbitriū. ¶ Prete. Pena non debetur ei niſi qd̓ habet liberū arbitriū. ſz in veteri lege freqnēter inueniūtur pene inflicte brutis. ſicut Exodi. xix. patet de beſtia tangēte mōtem. Et. xxi. de boue cornupeta. Et leuiti. xviij. de iumēto cui mulier ſuccūbit. ergo bruta vidētur habe
7 re liberū arbitriū. ¶ Prete. Hoc eſt ſignū ꝙ homo ſit liberi arbitrij. vt ſancti dicūt. quia ꝑ precepta ad bonū inſtigatur ⁊ a malo retrahitur. videm᷒ aūt bruta allici beneficijs ⁊ moueri preceptis et terreri minis ad aliquid agendū vel dimittenduz. ergo bruta ſunt liberi arbitrij.
8 ¶ Prete. Diuinū preceptū non datur non habēti liberū arbitriū. ſz preceptū diuinū datur bruto. vnde Jone. iiij. dicitur. ꝙ deus precepit vermi ⁊ percuſſit hederaz. ergo bruta habent liberum arbitrium.

Contra ¶ Sed contra. Ex hoc homo videtur eſſe ad imaginem dei ꝙ eſt liberi arbitrij. vt dicit Dam̄. ⁊ etiā Ber. ſed bruta nō ſunt ad imaginē dei. ergo non ſunt liberi arbitrij ¶ Prete. Omne quod eſt liberi arbitrij agit ⁊ non ſolum agitur. ſed bruta non agunt ſed agūtur. vt Dam̄. dicit in. ij. li. ergo bruta nō ſunt liberi arbitrij.

Rño. ¶ Reſpōſio dicēdū. ꝙ bruta nullo modo ſūt liberi arbitrij. Ad cuius euidentiā ſciendū eſt. ꝙ cū ad operationem noſtram tria concurrant. ſcz cognitio. appetitus. et ipſa operatio. tota ratio libertatis ex modo cognitionis dependet. appetitus em̄ ꝯgnitionē ſequitur. cū appetit᷒ non ſit niſi boni quod ſibi per vim ꝯgnitiuā proponitur. et ꝙ quandoqz appetitus videatur cognitionē non ſequi. hoc eſt ideo quia nō circa idem accipitur appetitus ⁊ cognitionis iudiciū. Eſt em̄ appetit᷒ de particulari operabili iudiciū vero ꝯgnitionis quandoqz eſt de aliquo vniuerſali quod ē qnqz contrariū appetitui. ſed iudiciuz de hoc particulari operabili vt nūc. nunqz poteſt eſſe appetitui contrariū. qui em̄ vult fornicari. q̄uis ſciat in vniuerſali fornicationē eſſe malū. tn̄ iudicat ſibi bonuz eſſe vt tunc fornicationis actum. ⁊ ſub ſpecie boni ipſum eligit. nullus em̄ intendēs ad malū operatur. vt dicit Dyonī. Appetitū aūt. ſi nō ſit aliqd̓ ꝓhibēs. ſequitur mot᷒ vel operatō et ideo ſi iudiciū ꝯgnitiue potētie nō ſit in ptāte alicui᷒. ſed ſit ei aliūde determiātū. nec appetit᷒ erit in ptāte ei᷒. et ꝑ ꝯſequēs nec mot᷒ vel opatio abſolute. iudiciū aūt ē in ptāte iudicātis ſm ꝙ pōt de ſuo iudicio iudicare. De eo em̄ qd̓ eſt in noſtra ptāte poſſumus iudicare. iudicare aūt de ſuo iudicio ē ſolius rōnis q̄ ſup actū ſuū reflectit̄ et q̄ ꝯgnoſcit habitudines rerū de quibȝ iudicat et ꝑ q̄s iudicat. vn̄ totius libertatis radix ē in rōne ꝯſtituta. vn̄ ſcd̓m ꝙ aliqd̓ ſe habet ad rōnem ſic ſe habet ad liberū arbitriū. ratio aūt in hoīe ſolū ꝑfecte ⁊ plene inuenitur. vn̄ in eo ſolo liberū arbitriū plenarie inuenit̄. Bruta em̄ habēt aliquā ſimilitudinē rōnis. inquantū pticipāt aliquā prudentiā naturalem. ſcd̓m ꝙ natura inferior attingit aliqualiter ad illud quod eſt nature ſuperioris. q̄ quidē ſimilitudo eſt ſcd̓m ꝙ habent iudiciū ordinatū de aliquibȝ. ſed hoc iudiciū conuenit eis ex naturali eſtimatione non ex aliq collatione cū rationem ſui iudicij ignorent. Propter hoc etiam huiuſmodi iudiciū non ſe extendit ad oīa ſicut iudiciū rationis. ſed ad quedā determinata. Et ſimilit̄ in eis eſt quedā ſimilitudo liberi arbitrij. inquantū poſſunt agere vel nō agere ſcd̓m ſuū iudiciū vnū et idem vt ſic ſit in eis quaſi quedā ꝯditionata libertas. poſſūt em̄ agere ſi iudicant eſſe agendū. vel non agere ſi nō iudicāt. ſed quia iudiciū eorū eſt determinatū ad vnū. ꝑ ꝯſequēs et appetitus ⁊ actio ad vnum determinātur. vnde ſcd̓m Aug᷒. xi. ſuper Gen. ad litā mouentur viſis. ⁊ ſm Dam̄. agūtur paſſionibȝ. quia ſcz naturaliter ⁊ de tali viſo ⁊ de tali paſſione ſic iudicāt. vnde neceſſe habēt ab ipſa viſione alicuius rei vel a paſſione inſurgente moueri ad fugiēdum vel ꝓſequendū. ſicut ouis viſo lupo neceſſe habet timere. ⁊ canis inſurgēte paſſione ire. neceſſe habet latrare et proſequi ad nocendū. ſed homo nō neceſſario mouet̄ his que ſibi ꝯcurrūt vel a paſſionibȝ inſurgentibus. qa poteſt ea recipere vel refutare. ⁊ ideo homo eſt liberi arbitrij. non autem bruta.

¶ Ad primū ergo dicendū. ꝙ voluntariū ponitur in Ad 1
brutis a pho. non ſcd̓m ꝙ venit a voluntate. ſed ſcd̓z ꝙ opponitur violento vt ſic dicatur voluntariū eſſe in brutis vel pueris. quia ſua ſponte aliquid faciūt. nō propter
vſum libere electionis. ¶ Ad ſecūdum dicendū. ꝙ potē Ad 2
tia motiua brutorū ſm ſe conſiderata non magis inclinatur ad vnū oppoſitorū q̄ ad alterū. ⁊ ſic dicitur ꝙ poſſunt moueri ⁊ non moueri. ſed iudicium quo applicatur potētia motiua ad alterum oppoſitorū eſt determinatum. et
ideo non ſunt liberi arbitrij. ¶ Ad tertiū dicenduz. ꝙ q̄uis Ad 3
in brutis ſit quedā indifferentia actionū. non tamen poteſt ꝓprie dici ꝙ ſit in eis libertas actionū ſiue agendi vel non agendi. Tū quia actiones cum per corpus exerceantur cogi poſſunt vel prohiberi. non ſolū in brutis. ſz etiam in hominibȝ. vnde nec ipſe homo dicitur eſſe liber ſine actōnis. tum quia q̄uis ſit indifferētia ad agere ⁊ nō agere in bruto ꝯſiderata ipſa actione ſcd̓m ſeipſaz. tamē conſiderato ordine eius ad iudicium a quo prouenit qd̓ eſt determinatū ad vnū. etiam ad ipſas actiones obligatio quedam deriuatur vt non poſſit in eis ratio libertatis abſolute inueniri. tamen dato ꝙ in eis eſſet libertas aliqua ⁊ iudiciū aliqd̓. non tamē ſeqtetur ꝙ in eis eſſet libertas iudicij cum iudiciū eorū ſit naturaliter determina
tum ad vnū. ¶ Ad quartū dicendū. ꝙ incipere a verſio Ad 4
ne vel eſſe ex nihilo. nō aſſignat Dam̄. cauſaz libertatis arbitrij. ſed cauſaz flexibilitatis liberi arbitrij in malum Cauſam liberi arbitrij aſſignat tā Dam̄. q̄ Gregori᷒
nicenus q̄ etiam Aug᷒. rationē ¶ Ad quintū dicendū Ad 5
ꝙ q̄uis potētia motiua in brutis nō ſit determinata ad vnum. tamen iudicium eorum de agendis eſt ad vnum
determinatum vt dictum eſt. ¶ Ad ſextum dicendum Ad 6
ꝙ cum bruta ſint facta in obſequium hominis ſcd̓m hoc de brutis diſponitur ꝙ hominibȝ expedit propter quos facta ſunt. Puniuntur autem bruta lege diuina. nō propter hoc ꝙ ipſa peccent. ſed propter hoc ꝙ eorum pena homines puniantur. ſcilicet ipſorum poſſeſſores. vel terreantur ex ipſa pene acerbitate. vel etiam inſtruantur ex ipſa myſterij ſignificatione.

Ad 7 ¶ Ad ſeptimū dicendū ꝙ tam homines ꝙ̄ bruta bene-
ficijs inducūtur ⁊ flagellis prohibētur vel preceptis vel
ꝓhibitionibꝯ. ſed differt ſimode. quia in poteſtate homi-
nū eſt vt eiſdem rebꝯ ſimiliter repreſentatis ſiue ſint pre-
cepta ⁊ ꝓhibitiones. ſiue ſint flagella ⁊ beneficia. eligant
vel refugiant ſm iuditiū rationis. ſed in brutis ē iuditiū
naturale determinatū ad hoc qḋ vno modo ꝓponitur vel
occurrit. eodē modo accipiatur vel fugiatur. Contingit
aūt ex memoria preteritoꝝ beneficioꝝ vel flagelloꝝ vt bru-
ta aliquid ꝯprehendāt quaſi amicū ⁊ proſequendū vel
ſperādum. ⁊ aliquid quaſi inimicū fugiendū vel timen-
dum. ⁊ ideo poſt flagella ex paſſione timoris que inde in
eis inſurgit inducūtur ad obediendū nutui inſtructoris.
Nec eſt huiuſmodi brutis neceſſariū fieri ꝓpter libertatē
arbitrij. ſed ꝓpter indifferentiā actionū. ¶ Ad octauū di-
Ad 8 cendū ꝙ Aug⁹. ix. ſup Geñ. ad lit. preceptū diuinū bru-
tis factum nō ita factū eſſe credendū eſt vt vox aliqua
viſionis de nube facta ſit eis aliquibꝯ verbis. que rationa-
les aīum audientes intelligere atqȝ obedire aſſolent. nō
eñ hoc acceperūt vt poſſunt beſtie vel aues. ſꝫ in ſuo tamē
genere obtemperāt deo nō rationalis volūtatis arbitrio
ſed ſicut mouet ille omnia temporibꝯ oportunis nec ipſe
temporalis motus mouētur bruta temporaliter vt iuſ-
ſa eius efficiant.

# Ertio querit̃. vtruꝫ

liberū arbitriū ſit in deo. Et videtur ꝙ nō. Li-
1 berū eñ arbitriū eſt facultas voluntatis ⁊ rationis. ſꝫ ra-
tio nō ꝯpetit deo. cum nominet ratio ꝯgnitionē diſcur-
ſiuam. deus aūt ſimplici intuitu omnia ꝯgnoſcit. ergo
2 deo liberū arbitriū non ꝯpetit. ¶ Preterea. Liberū arbitri-
um eſt facultas qua bonū ⁊ malū eligitur. vt ꝑ Aug⁹.
patet. ſed deo nō eſt facultas eligendi malū. ergo in deo
3 non ē liberū arbitriū. ¶ Preterea. Liberū arbitriū eſt potē-
tia ad oppoſitos actus ſe habēs. ſed deus non habet ſe ad
oppoſitos actus. cū ſit immutabilis nec in malum flecti
poſſit. ergo liberū arbitriū non ē in deo. ¶ Preterea. Act⁹
4 liberi arbitrij eſt eligere. vt patet ꝑ diffinitionē inductam
electio aūt deo nō competit. cū ſequatur ꝯſiliū quod ē
dubitantis ⁊ inquirentis. ergo in deo non eſt liberū arbi-
trium.

Contra Sed cōtra eſt qḋ Anſel. dicit ſi poſſe peccare eēt ꝑs
liberi arbitrij deus ⁊ angelus liberū arbitriū non habe-
rent qḋ eſt abſurdiſſimū. ergo ꝯueniens eſt dicere ꝙ de-
us habeat liberū arbitriū. ¶ Preterea. Prima corin. duo-
decimo. Hec omnia operatur vnus atqȝ idem ſpiritus diui-
dens ſingulis prout vult. gloſa. pro libero volūtatis ar-
bitrio. ergo ſpiritusſanctus habet liberū arbitriū. ⁊ ea-
dem ratione pater ⁊ filius.

Rꝫ°. ¶ Reſponſio dicendū ꝙ in deo eſt inuenire liberū ar-
bitriū. alio tamē modo in eo ⁊ in angelis ⁊ in hominibꝯ
Qꝫ eñ in deo ſit liberū arbitriū hinc apparet. ꝙ ipſe ha-
Dr̃ia li. ar. eſt in deo āgel ⁊ hoib⁹. bet voluntatis ſue finē quē naturaliter vult. ſcꝫ ſuā bo-
nitatem. omnia vero alia vult quaſi ordināda in hūc fi-
nem. que quidē loquēdo abſolute nō neceſſario vult. vt
in precedenti queſtione dictū eſt eo ꝙ bonitas eius his
que ad ipſam ordinātur non indiget. ⁊ ei⁹ manifeſtatio
pluribꝯ modis cōmuniter fieri poteſt. vnde remanet ei
liberum arbitrium ad volendum hoc vel illud. ſicut et
in nobis ē. ⁊ ꝓpter hoc oportet dicere ꝓprie liberū arbi-
trium in deo inueniri. Et ſimiliter in angelis. non enim
ipſi ex neceſſitate volunt quicquid volūt. ⁊ hoc quod vo-
lūt ex libero iuditio volūt. ſicut ⁊ nos. Aliter tñ inuenit̃
liberū arbitrium in angelis ⁊ in deo. variatis eñ priori-
bus neceſſe ē poſteriora variari. Facultas eñ liberi arbi-
trij duo preſuppoñit. ſcꝫ naturam ⁊ vim ꝯgnitiuā. Natu-
ra quidem alteriuſmodi ē in deo ꝙ̄ ſit in hominibꝯ ⁊ in
angelis. natura eñ diuina increata eſt. ⁊ eſt ſuum eſſe ⁊
ſua bonitas. vnde in eo nō poteſt eſſe defectus aliqs nec
quātū ad eſſe nec quantū ad bonitatē. natura eñ huma-
na ⁊ āgelica creata ē. ex nihilo ꝓ̇cipiū ſumēs. vñ ꝙ̄tuꝫ ē
de ſe poſſibilis ē ad defectū. ⁊ ꝓpter hᷓ liberū arbitriū dei
nullo modo flexibile eſt ad malū. liberū vero arbitrium
hominis ⁊ angeli in ſuis naturalibꝯ ꝯſideratū flexibile ē
in malū. Cognitio etiā alteriuſmodi inuenitur tam in
homine ꝙ̄ in deo ⁊ angelis. homo eñ ꝯgnitionē habet
obumbratā. ⁊ cū diſcurſu veritatis noticiā ſumētem. vn-
de accidit ei dubitatio et difficultas in diſcutendo et iu-
dicando. quia cogitationes hominū timide ⁊ incerte ꝓ-
uidentie noſtre. vt dicit̃ Sapien. ix. Sed in deo et etiam
in angelis ſuo modo ē ſimplex noticia veritatis abſqȝ diſ-
curſu ⁊ inqſitione. vnde nō cadit in eis dubitatio ⁊ diffi-
cultas in diſcurrendo ⁊ iudicando. ⁊ ideo deus et ange-
li promptā habent electionē liberi arbitrij. Homo vero
in eligendo difficultatē patitur. ꝓpter incertitudinē ⁊ du-
bitationē. Et ſic patet ꝙ liberū arbitriū angeli mediū lo-
cum tenet inter liberū arbitriū dei ⁊ hominis. participans
aliqualiter cum vtroqȝ extremorum.

¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ ratio quãqȝ ſumitur lar- Ad 1.
ge ꝓ omni immateriali ꝯgnitione. ⁊ ſic ratio etiam inue-
nitur in deo. vnde ⁊ Dyoniſ. inter diuina nomina ratio-
nem ponit. vij. ca. de di. no. Alio modo accipitur ꝓprie ꝓ
vi ꝯgnitiua cuꝫ diſcurſu. ⁊ ſic ratio nec in deo nec in an-
gelis inuenitur. ſed in hominibꝯ tantū. Poteſt ergo dici
ꝙ ratio in diffinitione liberi arbitrij ponitur ſcḋm primā
acceptionē. ſi vero ſumatur in ſcḋa acceptione tūc diffini-
tur liberū arbitriū ſcḋm illum modū quo eſt in hominibꝯ
¶ Ad ſecūdum dicendū ꝙ poſſe eligere malū non ē de Ad 2
rōne liberi arbitrij. ſed ꝯſequitur liberū arbitriū ſcḋꝫ ꝙ ē
in natura creata poſſibili vel potētiali ad defectū. ¶ Ad
tertiū dicendū ꝙ voluntas diuina ſe habet ad oppoſita. Ad 3
non quidē vt velit aliquid ⁊ poſtea nolit. quod eius im-
mutabilitati repugnaret. nec iterū vt poſſit velle bonuꝫ
et malū. quia hoc defectibilitatem in deo poneret. ſed quia Ad 4
poteſt velle et non velle. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ hoc
ꝙ electio ſequatur ꝯſilium qḋ cum inquiſitione agitur
accidit electioni ſcḋm ꝙ inuenitur in natura ratōnali que
veritatis noticiam capit ꝑ diſcurſum rationis. ſed in na-
tura intellectuali que habet ſimplicē acceptionem veri-
tatis inuenitur electio abſqȝ inquiſitione precedente. et
ſic electio in deo eſt.

# Varto querit̃. vtruꝫ

liberū arbitriū ſit potentia vel non. Et videtur 1.
ꝙ non. Quia liberū arbitriū ſm Aug⁹. eſt facultas ra-
tionis ⁊ voluntatis. Facultas aūt dicitur quaſi facilis po-
teſtas. cū ergo potentie facultas ex habitu ꝓueniat. quia
ſcḋm Aug⁹. Habitus eſt quo quis facile agere poteſt.
videtur ꝙ liberū arbitriū ſit habitus. ¶ Preterea. Opera- 2
tionum quedam ſunt morales. quedā naturales. ſed fa-
cilitas que eſt ad operationes morales eſt habitus. non

potẽtia.ſicut pʒ de virtutib⁹ moralib⁹. ḡ libeꝝ arbitriuʒ
qḋ īportat facilitatẽ ad oꝑationes naturales ē habit⁹ ⁊
3. nō potẽtia. ¶ Pre. ſm phm in .ij. phyſ. ſi natura faceret
naũẽ. ſicut ⁊ ars faceret eã. ḡ facultas naturalis ē eiuſdẽ
cōditionis cui⁹ ē facultas q̃ fit ꝑ artẽ. ſʒ facultas q̃ fit per
artẽ ē habitus q̇dã ex oꝑetib⁹ acq̇ſitus. ſicut pʒ in virtu
tibus moralib⁹. vt arte dicam⁹ fieri oĩe illud qḋ ratione
agit. ḡ facultas ſiue facilitas natural' q̃ ē libeꝝ arbitriuʒ
4. eſt q̇dã habit⁹ ¶ Pre. ſm phm in .ij. ethycoꝝ. Habit⁹
ſunt ſcḋm quos aliq̇liter agim⁹. potẽtie vero ſm q̃s ſim
pliciter agim⁹. ſʒ libeꝝ arbitriũ nō ſolũ noiat id quo agi
mus. ſed id quo aliq̇liṫ agim⁹ ſcʒ libere. ḡ libeꝝ arbitriũ
Solutio noiat habitũ. Sʒ dice. ꝙ cũ diciṫ habitus ē q̃ aliq̇liter
5. agim⁹. intelligẽdũ eſt bene vel male. ¶ Sʒ ꝯtra. Jd qḋ
eſt de rōne habit⁹ oĩ habitui ē ꝯmune. ſʒ bene vel ma-
le agere nō eſt ꝯmune oĩ habitui. nã habit⁹ ſpeculatiui
nō ſe habẽt ad bene vel male. ḡ bene vel male agere nō ē
6 de rōne habit⁹ ¶ Pre. Jllud qḋ tolliṫ ꝑ peccatũ nō põt
potẽtia eẽ. ſʒ habitus libeꝝ arbitriũ aũt tolliṫ ꝑ peccatũ
q2 vt Aug⁹. dicit homo vtẽs male libero arbitrio ſe ꝑdi
dit ⁊ ipſuʒ. ḡ libeꝝ arbitriũ ē habit⁹ ⁊ nō potẽtia. Sʒ
Solutio dice. ꝙ verbũ Aug⁹. intelligiṫ de libertate gratie q̃ eſt ꝑ
7 habitũ ¶ Sʒ cōtra. Habitu gratie ſm Aug⁹. null⁹ ma
le vtitur. ḡ liberi arbitrij libertas. q̃ aliq̇s male vtiṫ. non
8. poteſt intelligi libertas gratie ¶ Prete. Bernar. dicit ꝙ
libeꝝ arbitriũ ē habitus animi liber ſui. ⁊ ſic idẽ qḋ pri⁹
9 ¶ Pre. Facilius ē exire in actũ ꝯgnitionis q̃ʒ oꝑationis
ſed potẽtie cognitiue datus ē aliq̇s habit⁹ naturalis. ſcʒ
intellectus ꝑncipioꝝ q̇ eſt in ſũmo ꝯgnitionis. ḡ poten
tie operatiue ſiue motiue datus ē aliq̇s habit⁹ naturalis
cũ ergo ſupmũ locũ in motiuis libeꝝ arbitriũ tenere vi-
deatur. videṫ ꝙ ſit habit⁹ vel potẽtia ꝑ habitũ perfecta
10 ¶ Pre. Potẽtia nō reſtringiṫ niſi ꝑ habitũ. ſʒ volũtas et
ratō reſtringiṫ in libero arbitrio. volũtas eñ ē poſſibiliũ
et impoſſibilium. cum tamen liberum arbitrium non ſit
niſi poſſibilium. ſimiliter ratio eſt et eorum que ſunt in
nobis. ⁊ coꝝ que non ſunt in nobis. liberum autem arbi
triũ ſolũ coꝝ q̃ ſunt in nobis. ḡ libeꝝ arbitriũ habitum
11. noiat ¶ Pre. Sicut potẽtia noiat aliq̇d ſuꝑadditũ eſſen
tie. ita facultas noiat aliq̇d ſuꝑadditũ potẽtie. qḋ aũt ſuꝑ-
addiṫ potẽtie ē habit⁹. cũ ḡ libeꝝ arbitriũ ſit facultas vi
12 detur ꝙ ſit habit⁹ ¶ Pre. Aug⁹. dṫ ꝙ libeꝝ arbitriũ eſt
vitalis ⁊ rōnalis aīe mot⁹. ſʒ mot⁹ actũ noiat. ḡ libeꝝ ar
13 bitriũ ē act⁹ ⁊ nō potẽtia ¶ Pre. ſm Boe. iudiciũ ē act⁹
iudicãtis. arbitriũ aũt ē idẽ qḋ iudiciũ. ḡ et arbitrium eſt
act⁹. ſʒ hoc qḋ addiṫ libeꝝ nō trahit extra genus. q2 etiã
actus liberi dicũtur. q2 ſunt in ꝑtãte agẽtis. ḡ libeꝝ arbi
14 triũ ē actus ⁊ nō potẽtia. ¶ Pre. ſm Aug⁹. in li. de tri.
Jllud qḋ excedit ſuũ ſubiectũ ineſt alicui eẽntialiṫ ⁊ nō
accidẽtaliṫ. vñ ꝓbat ꝙ amor ⁊ volũtas inſũt menti eſſen
tialiter. q2 mẽs nō ſolũ ſeipſaʒ ꝯgnoſcit. ſʒ etiã alia. Libe
rũ aũt arbitriũ extẽdit ſe vltra ſubiectũ. q2 oĩa libere agit
in ea que ſunt extra ipſaʒ. ḡ libeꝝ arbitriũ ineſt eſſentiali
ter aīe. ⁊ ita nō ē potẽtia cũ potẽtie eſſentie ſuꝑaddãtur.
15 ¶ Pre. Nulla potẽtia educit ſe in actũ. ſʒ libeꝝ arbitriũ
educit ſe in actũ cũ voluerit. ḡ libeꝝ arbitriũ nō ē potẽtia
Cōtra ¶ Sed ꝯtra. ſm phm in .ij. eth. Tria ſunt in aīa. ſcili
cet potẽtia habitus paſſio. Libeꝝ aũt arbitriũ nō eſt paſ
ſio cũ ſit in ſuperiori parte anime. paſſio autẽ ⁊ paſſibilis
qualitas ſunt ſolũ circa partẽ ſenſitiuã. Similiter nō eſt
habitus cum ſit ſubiectum gratie. habet eñ ſe ad gratiã
ſm Aug⁹. vt equus ad ſeſſorem. habitus aũt nō poteſt

alterius habitus eſſe ſubiectũ. ergo relinq̇tur ꝙ libeꝝ ar-
bitrium ſit potẽtia. ¶ Pre. ſm phm. hoc videṫ inter po
tentiã ⁊ habitũ diſtare. q2 potẽtia ad oppoſita ſe habens
nullo modo determinaṫ ad vnũ. ſʒ libeꝝ arbitriũ noiat ali
quid ad oppoſita ſe habẽs nullo mō determinatũ ad vnũ
ergo liberũ arbitriũ eſt potẽtia ⁊ nō habitus. ¶ Prete.
Bernar. dicit Tolle libeꝝ arbitriũ ⁊ nō eſt qḋ ſaluetur.
ſed illud qḋ ſaluatur ē anima vel anime potẽtia. ḡ liberũ
arbitriũ cũ non ſit aīa. quia ad ſolã partẽ ſuperiorẽ perti
net. relinquitur ergo ꝙ ſit potentia. ¶ Preterea. Ma
giſter dicit in ſcḋo. ſententiarum. xxiiij. diſti. Jlla anime
rationalis potentia qua velle malum vel bonum poteſt
vtrunq̃ diſcernens liberum arbitrium nuncupatur. er-
go liberum arbitrium eſt potentia. ¶ Prete. Liberum
arbitrium. vt Anſelmus dicit. eſt poteſtas conſeruandi
rectitudinem voluntatis propter ſe. et ſic idem quod
prius.

¶ Reſponſio dicendũ. ꝙ libeꝝ arbitriũ. ſi vis vocabu
li attẽdatur. noiat actũ. ſed ex vſu loquendi tractũ eſt vt Rñ°.
ſignificet id qḋ eſt principiũ actus. Cũ eñ dicimus eſſe
hoiem liberi arbitrij. nō intelligim⁹ ꝙ actu libere iudicet
ſed ꝙ habeat in ſe vñ poſſit libere iudicare. Vñ ſi ille act⁹
qui ē libere iudicare habeat in ſe aliq̇d qḋ vim potẽtie ex
cedat. tũc libeꝝ arbitriũ noiabit habitũ vel potẽtiã ꝑ ha
bitũ ꝑfectaʒ. Sicut moderate iraſci dicit aliq̇d qḋ vim
iraſcibilis excedit. nã moderari irã paſſionis nō põt ira-
ſcibilis ꝑ ſeipſaʒ niſi fuerit aliq̇ habitu ꝑfecta ſm ꝙ in ea
rōnis moderatio imp̃maṫ. Si vero libere iudicare non
importat in ſe aliq̇d qḋ vim potẽtie excedat libeꝝ arbi-
triũ nō noiabit niſi potẽtiã abſolute. ſicut iraſci non exce-
dit vim potẽtie iraſcibilis. vñ ꝓpriũ ei⁹ ꝑncipiũ potẽtia ē
et nō habit⁹. Cōſtat aũt ꝙ iudicare ſi nihil addaṫ nō ex-
cedit vim potẽtie. eo ꝙ ē alicui⁹ potẽtie act⁹. ſcʒ rōnis ꝑ
ꝓpriã naturã ſine hoc ꝙ aliq̇s habitus ſuꝑadditus req̇raṫ.
hoc aũt qḋ addiṫ libere ſiue ſimpliciṫ vim potẽtie non ex
cedit. Nã ſm hoc libere ſimpliciṫ aliq̇d fieri diciṫ qḋ eſt in
poteſtate facientis. Eſſe aũt aliquid in poteſtate noſtra
ineſt nobis ſcḋm aliquã potentiam ⁊ non ꝑ aliquẽ habi
tũ. ſcʒ per volũtatẽ. Et ideo libeꝝ arbitriũ habituʒ non
nominat. ſed potentiã voluntatis ⁊ rationis. vnã quidẽ
per ordinẽ ad alteram. ſic eñ actus electionis progredi-
tur ab vna earum. ſcilicet ꝑ ordinem ad aliam ſm ꝙ phs
dicit in ſexto ethycoꝝ. ꝙ electio eſt appetitus intellectiu⁹
vel intellectus appetitiuus. Patet etiam ex dictis vnde
quidam moti ſunt ad ponẽdum liberũ arbitrium eẽ ha- Motiuũ
bitum. Quidam eñ hoc poſuerunt ꝓpter illud qḋ ſuꝑ- quorũdaʒ
addit libeꝝ arbitriũ ſuꝑ voluntatem ⁊ rationeʒ. ſcʒ ordi
nem vnius ad alteram. Sed hoc non poteſt rationeʒ Reꝓba°
habitus habere. proprie nomine habitus accepto. nam
habitus eſt qualitas quedam ſcḋm quã potentia incli-
natur ad actus. Quidam vero dixerunt liberum ar- Alia opi.
bitrium eſſe habitualeʒ potentiam. conſiderantes facul
tatem qua libere iudicamus. Sed hoc vt iam dictuʒ Reꝓba°
eſt rationem potentie non excedit

¶ Ad primum ergo dicendum. ꝙ aliquid dicitur eſ- Ad .1.
ſe facile dupliciter. vno modo propter remotionem impe Diſtictõ
dimenti. Alio modo per appoſitionem adiutorij. Faci-
litas igitur pertinens ad habitum eſt per adiutorij appo
ſitionem. nam habitus inclinat potentiam ad actũ. Hãc
autem facultateʒ nō nomiat libeꝝ arbitriũ eo ꝙ quantũ
eſt de ſe nō inclinaṫ in vnũ magis q̃ʒ in aliud. ſed nomiat
facilitatẽ que ē ꝑ remotionẽ impedimẽti eo ꝙ libeꝝ arbi-

trũ nõ impedit aliquo cogẽte a ꝓpria opatione Et ideo
Aug⁹. ꝓprie liberũ arbitriũ vocauit facultatẽ nõ facili/
Ad 2 tatẽ. q2 facultas hoc importare videt vt aliqd ſit in po/
Ad 3 teſtate facultatẽ habẽtis. Et ſilr dõz eſt ad .ij. ꝛ ad .iij. q̃
Ad 4 procedũt de facilitate habit⁹. ¶ Ad .iiij. dõm. ꝙ in actu
Modus duplex modus ꝯſiderari põt. vnus q̃ ꝑtinet ad rationẽ
duplex in habitus. ſicut cũ bene vel male aliqd agit. Alius q̃ perti
actu conſi net ad rationẽ potẽtie. ſicut ꝯgnoſcere imaterialiter cõue
derari pt̃ nit intellectui ex ipſa natura potẽtie. Modus igitur q̃
importat in hoc ꝙ dicitur libere iudicare nõ ꝑtinet ad ali
quẽ habitũ ſupadditũ. ſz ad ipſas potẽtie rationem vt di
Ad 5 ctum ẽ. ¶ Ad .v. dicendũ. ꝙ rõne habitu⁹ [illegible] incli
nare poteriã ad bene vel male operãdũ. Vel põt dici
ꝙ ordinãt ad bonũ intellect⁹ qd̃ eſt verũ. ¶ Ad .vi. dicẽ
Ad 6 dum. ꝙ homo male vtẽdo libero arbitrio nõ totalit ipſũ
ꝑdidit. ſed quantũ ad aliqd. q2 ſcz poſt peccatũ non põt
Ad 7 eſſe ſine peccato ſicut poterat ante peccatũ ¶ Ad .vij. di
cendũ. ꝙ q̃uis gratia nullus poſſit male vti libero arbi
trio. tñ habẽte gratie libertatẽ põt aliqs male vti ꝓut di/
cimus aliquo male vti qd̃ eſt principiũ mali vſus vt po/
tentia vel habit⁹. Si aũt dicat aliquo male vti ſicut ob
iecto. ſic etiã virtutib⁹ ꝛ gratia male vti ꝯtingit. vt patet
de his q̃ virtutib⁹ ſupbiũt. ¶ Ad .viij. dõm. ꝙ Ber. im
Ad 8 ꝓprie habitũ accipit ꝓ quacũqz facilitate. ¶ Ad .ix. di
Ad 9 cendũ. ꝙ duplici ratione aliq̃ potẽtia habitu indiget. pri
mo quidẽ. q2 opatio q̃ eſt ꝑ potẽtiã educẽda excedit vim
potẽtie. q̃uis nõ excedat vim totius nature humane
Alio mõ. q2 toti⁹ nature vim excedit. ꝛ hoc ſcđo modo
habitib⁹ indigẽt oẽs potẽtie aie q̃bus act⁹ meritorie
eliciunt. ſiue ſint affectiue ſiue intellectiue. q2 in huiuſmo
di actus nõ poſſunt niſi habitus gratie ſupaddãtur. pri
mo aũt modo etiã indiget habitu intellect⁹. eo ꝙ intelli
gere aliqd nõ põt niſi aſſimilet ei ꝑ ſpeciẽ intelligibilem.
Vñ oportet ſpẽs intelligibiles ſupaddi q̃bus in actum
exeat intellectus. ſpecierũ ãt aliq̃lis ordinatio habitũ fa
☞ cit. Et eadẽ rõne appetitiue inferiores ſcz iraſcibilis ꝛ cõ
cupiſcibilis habitib⁹ indigẽt. vñ ꝑficiũtur virtutib⁹ mora
libus. ꝙ enĩ actus eaꝝ moderati ſunt nõ excedit naturã
humanã. ſz excedit vim dictaꝝ potẽtiarũ. vñ oportet ꝙ
id qd̃ ẽ ſuperioris potẽtie. ſcz rõnis eis imprimatur ꝛ ipſa ſi
gillatio rõnis in inferiorib⁹ virib⁹ formaliter ꝑficit virtu
tes morales. Affectiua aũt ſuperior nõ indiget hoc mõ ali
quo habitu. q2 naturalit tẽdit in bonũ ſibi naturale ſicut
in ꝓpriũ obiectũ. Vñ ad hoc ꝙ velit bonũ nõ reqritur ni
ſi ꝙ oſtẽdatur ſibi ꝑ vim ꝯgnitiuã. Et ideo phi in volũ/
tate nõ poſuerũt aliquẽ habitũ neqz naturalẽ neqz acqui
ſitũ. ſed ad dirigendũ in opatiuis poſuerũt prudẽtiam in
ratione. ꝛ tẽperantiã cũ fortitudine ꝛ alias virtutes mo
rales in iraſcibili ꝛ cõcupiſcibili Sz ſm theologos in vo
luntate ponit habitus charitatis ꝓpter act⁹ meritorios
¶ Ad .x. dõz. ꝙ iſta reſtrictio volũtatis ꝛ rõnis nõ fit ꝑ
Ad 10 aliquẽ habitũ ſupadditũ. ſz ꝑ ordinẽ vnius potẽtie ad al
Ad .11. terã. ¶ Ad .xi. dõm. ꝙ facultas q̃ eſt ꝑ inclinationẽ ha/
bitus addit ſupra potẽtiã aliqd qd̃ eſt alteri⁹ nature ſcz
habitũ. ſed facultas q̃ eſt ꝑ remotionẽ coactionis addit
determinatã rationẽ potẽtie. ſicut differẽtia q̃ ſupaddit
generi ꝑtinet ad naturã ſpeciei. ¶ Ad .xij. dõz. ꝙ Aug⁹
Ad 12 diffinit liberũ arbitriũ ꝑ actũ ꝓpriũ eo ꝙ potentie ꝑ actus
cognoſcũtur. vñ p̄dicatio illa nõ eſt eſſentialis ſz cauſalis
Ad 13 ¶ Ad .xiij. dõm. ꝙ q̃uis ſcđm ꝓprietatẽ vocabuli libe/
rũ arbitriũ actũ nominet. tamẽ ſm vſum loquentiũ ad ſi
Ad 14 gnificandũ actus p̄ncipiũ eſt tranſlatũ ¶ Ad .xiiij. dõm

ꝙ noticia ꝛ amor dupliciter poſſunt ꝯparari ad mentẽ.
vno modo vt ad amantẽ et ꝯgnoſcentẽ. ꝛ ſic ipſa mentẽ Diſtĩctõ
non excedũt. nec recedũt ab alioꝝ accidentiũ ſimilitudi/
ne. Alio modo poſſunt ꝯparari ad mentẽ vt amatam et
cognitã ꝛ ſic excedũt mentẽ. q2 mẽs nõ ſolũ ſe amat ꝛ co
gnoſcit. ſed alia etiã. ꝛ ſic recedũt ab accidẽtiũ ſimilitudi
ne. Nã accidẽtia alia illo reſpectu quo ꝯparãtur ad ſubie
ctum nõ ꝯpantur ad aliqd extra. ſed agẽdo ꝯparãtur ad
extra. inherẽdo ad ſubiectũ. Amor vero ꝛ noticia aliquo
modo cõparãtur ad ſubiectũ ꝛ ad ea q̃ ſunt extra. q̃uis
aliqs modus ſit q̃ cõparãtur ad ſubiectũ tm̃. Sic ergo
nõ oportet ꝙ amor ꝛ noticia ſint eſſentialia mẽti. niſi ſm
ꝙ mens ꝑ ſuã eſſentiã cognoſcit ꝛ amatur ¶ Ad .xv. di
cendũ. ꝙ rõ ꝓcedit de potẽtia paſſiua ad eẽ qualis ẽ ma/ Ad 15.
teria p̄ma q̃ nõ ꝓducit ſe ad actũ. nõ aũt locum habet de
potẽtia operatiua qualis eſt liberũ arbitriũ que ad actũ
ducitur per obiectum.

## Vinto queritur. vtrũ

liberũ arbitriũ ſit vna potẽtia vel plures Et
videt ꝙ ſint plures potẽtie. vt enĩ dicit Aug⁹. Liberũ .1.
arbitriũ ẽ facultas volũtatis ꝛ rõnis. rõ aũt et volũtas
ſunt diuerſe potẽtie. ergo liberũ arbitriũ ad diuerſas potenti
as ꝑtinet. ¶ Preterea. Potẽtie cognoſcũtur ꝑ act⁹. ſed libe 2
ro arbitrio attribuũtur actus diuerſaꝝ potẽtiaꝝ. vt enĩ
dicit Dam. in .ij. li. de libero arbitrio hec enĩ in nobis con
tingũt puta moueri ꝛ nõ moueri. impetũ facere ꝛ non fa
cere. appetere et nõ appetere. ꝛ alia hmõi q̃ certũ ẽ ad plu
res potẽtias ꝑtinere. ergo liberũ arbitriũ eſt plures potẽtie.
¶ Preterea. Boe. dicit in li. de Conſol. diuinis ſubiectis. 3.
ſcz angelis. liberũ arbitriũ ſm hoc ineſt ꝙ ẽ in eis ꝑſpicax
iudiciũ ꝛ volũtas incorrupta. ſz ꝑſpicacitas iudicij ad ra
tionẽ ꝑtinet. ergo liberũ arbitriũ includit in ſe volũtatẽ ꝛ ra
tionem. ꝛ ita liberum arbitrium eſt plures potentie.
Sed dicẽ. ꝙ ẽ potẽtia vna habẽs virtutẽ duaꝝ ¶ Sz Sol.
cõtra. Sicut in pte ſuperiori aie inuenit ꝯgnitiua ꝛ affecti 4.
ua. ita in pte inferiori. ſz in pte inferiori nõ eſt aliq̃ poten/
tia q̃ habeat in ſe virtutẽ ꝯgnitiue ꝛ affectiue. ergo nec in p
te ſuperiori. ¶ Preterea. Boe. dicit in li. de Conſol. phi. ꝙ 5
extrema ſeruit⁹ eſt ꝙ cum mẽtes humane vicijs dedite
mox inſciẽtie nube caligãt ꝛ ꝑnicioſis turbãtur affectib⁹
ſeruitus ãt de q̃ hic loqtur libertati arbitrij opponitur. ergo
liberũ arbitriũ includit in ſe volũtatẽ ꝛ affectũ. ꝛ ſic idem.
Sed ꝯtra. Homo dicit minor mũdus inquã (qd̃ pꝰ Contra
tum in eo maioris mũdi ſimilitudo inuenit. ſz in maiori
mũdo nõ inueniũtur due extreme nature ſine medio In
uenit aũt in hoĩe vna potẽtia q̃ ſemꝑ tẽdit in bonũ. ſcz ſyn
dereſis. ꝛ alia q̃ſi huic oppoſita q̃ inclinat in malũ ſemper.
ſcz ſenſualitas. ergo ꝛ inuenit aliq̃ potẽtia vna q̃ ſe habet ad
bonũ ꝛ malũ. ꝛ hec eſt liberũ arbitriũ. ꝛ ſic videtur ꝙ li
berum arbitrium ſit vna potentia.
¶ Reſpõſio dõm. ꝙ duplici rõne fuerũt quidã moti Rñ°
ad ponẽdũ liberũ arbitriũ eẽ plures potẽtias. vna quidẽ ẽ Opi. prĩa
ita ꝙ ſint paſſiones ꝓprie loquendo. Uel poteſt dici ꝙ
Aug. has paſſiones volūtates nomīat inquātū ex actu
voluntatis homo in has paſſiones inducitur ſm ꝙ appe
titus inferior ſequitur inclinationē appetitus ſuperioris
vt in queſtione de ſenſualitate dictum ē. Uñ Augꝰ. ipſe
poſtea ſubiūgit ſicut allicitur vel offenditur volūtas ho-
minis ita in hos vel illos affectus mutatur et vertitur.
¶ Ad quartū dicendū. ꝙ ſenſus nō eſt virtus actiua. ſꝫ — Ad 4
paſſiua. non eñ dicitur virtus actiua que habet aliquem
actum qui ē operatio. ſic eñ omnis potentia anime acti-
ua eſſet. ſed dicitur potētia aliqua actiua eſſe que compa
ratur ad ſuū obiectū ſicut agens ad patiens. Paſſiua ve
ro q̄ comparatur ad ſuū obiectū ſicut patiēs ad agēs. Sen
ſus aūt comparatur ad ſenſibile ſicut patiens ad agēs. eo
ꝙ ſenſibile trāſmutat ſenſū Qꝫ aūt ſenſibile aliqū a ſen
ſu trāſmutať hoc eſt ꝑ accidēs. inquātū ipſū organū ſen
ſus habet aliquā qualitatē ꝑ quā natū eſt immutare ali-
qđ corpus. Uñ infectio illa q̄ mulier mēſtruata ſpeculū
inficit. vel qua baſiliſcus hominē vidēdo interficit. nihil
confert ad viſionē. ſed viſio ꝑficitur ꝑ hoc ꝙ ſpecies viſi
bilis recipitur in viſū qđ eſt quoddā pati. vñ ſenſus po
tentia paſſiua ē. Dato etiā ꝙ ſenſus aliqđ ageret actiue
non ex hoc ſequereť ꝙ in ſenſu nulla paſſio eſſe poſſit. ni
hil eñ ꝓhibet reſpectu diuerſoꝝ idem eſſe actiuū ꝫ paſſi
uū Dato iteꝝ ꝙ ſenſus qui nominat vim apprehenſiuā
nullius paſſionis eſſet capax. nō ꝓpter hoc excluderetur
quin in appetitiua ſenſibili paſſio eſſe poſſet. ¶ Ad. v. di — Ad 5
cendū. ꝙ ꝯīuis actiuū ſit ſimpliciter paſſiuo nobilius re-
ſpectu eiuſdē. nihil tñ prohibet aliqđ paſſiuū aliquo mō
nobilius eſſe inquātū paſſiuū nobiliori paſſione patitur
ꝙꝫ ſit actio q̄ actiuū agat. ſicut paſſio a qua intellectꝰ poſ
ſibilis dicitur potentia paſſiua. ꝫ etiam ſenſus recipiēdo
aliquid immaterialiter eſt nobilior actione q̄ potētia ve-
getatiua agit materialiter. qđ eſt mediātibꝫ qualitatibus
elemētaribus. ¶ Ad ſextum dicendū. ꝙ illi delectationi — Ad 6
que eſt in parte intellectiua per coniūctionem intelligibi
lis conuenientis non eſt aliqđ contrariū. qꝛ oporteret ꝙ

ſlli intelligibili ꝯuenienti aliquid contrariū foret ꝙ cauſa
contrarij eſſet. hoc aūt eſſe nō poteſt eo ꝙ intelligibili ſpe
ciei nihil eſt contrariū. ſpecies eīn contrarioꝝ in aīa ꝯtra
rie non ſunt vt dicitur in .vij. metaph. Vñ homo nō ſolū
delectatur de hoc ꝙ intelligit bona. ſed de hoc ꝙ intelli⸗
git mala inquantū intelligit. Ipſum eīn intelligere mala
bonū eſt intellectui. ⁊ ſic delectatio intelligibilis ꝯtrariū
nō habet. dicit̄ eīn triſtitia vel dolor in pte intellectiua eē
cōmuniter loquēdo inquantū intellectus intelligit aliqđ
nociuū cui volūtas repugnat. qꝛ tamē illud nociuū non
eſt nociuū intellectui inquantū eſt intellect⁹. ideo illa tri
ſtitia vel dolor non cōtrariatur delectationi intellectus
que eſt ſcđm illud quod eſt ꝯueniēs intellectui inquātū
Ad 7 intelligit. ¶ Ad ſeptimū dicendū ꝙ potētia rationalis
ſe habet ad cōtraria aliquo mō ſibi ꝓprio. ⁊ aliquo modo
ſibi communi ⁊ omnibꝫ alijs. Qꝛ eīn potētia rationalis
ſit ſubiectū contrarioꝝ accidētium hoc ſibi ⁊ alijs com⸗
mune eſt. qꝛ omniū contrarioꝝ idē eſt ſubiectū. ſed ꝙ ſe
habeat ad ꝯtrarias actiones illud eſt ſibi ꝓpriū. Natura
les eīn potētie ſunt determinate ad vnum. ⁊ ſic loquitur
Ad 8 phs ꝙ rōnales poteſtates ſunt ad oppoſita. ¶ Ad .viij.
dđm. ꝙ abſentia gubernātis nō ē cauſa ſubmerſionis na
uis niſi ꝑ accidēs inquātū ſcꝫ remouet gubernātis ꝓui⸗
dentiā ꝑ quā nauis ſubmerſio ꝓhibebat̄. Et ſimiliter in
telligibilis remotio vel abſentia nō eſt cauſa triſtitie. ſed
nō delectādi. effectus eīn ꝓportionat̄ ſm ꝓportionē cau⸗
ſarū. Vñ intelligere ⁊ nō intelligere q̄ ꝯtradictorie oppo
nūtur ſunt cauſa delectādi ⁊ nō delectandi q̄ ſimilit̄ ſunt
cōtradictoria. non aūt delectādi ⁊ triſtandi q̄ ſunt cōtra
ria. Si aūt accipiat̄ id qđ eſt contrariū intellectiue virtu
tis. ſcꝫ error. nō poteſt eſſe cauſa triſtitie. qꝛ vel error eſti
matur eē veritas. ⁊ ſic error delectat ſicut ⁊ veritas. vel
cognoſcit̄ eſſe error qđ non eſt niſi ꝯgnoſcendo veritatē
Ad 9 et ſic iterū error delectationē in intelligēdo facit. ¶ Ad
nonū dicendū ꝙ triſtitia ⁊ dolor hoc modo differunt ꝙ
triſtitia eſt quedā paſſio animalis incipiēs. ſcꝫ in appre⸗
henſione nocumēti. ⁊ terminata in oꝑatione appetitus. ⁊
vlterius eſt in trāſmutatione corꝑis. ſed dolor ē ſm paſ
ſionē corꝑalem. vñ Aug⁹. dicit .xiiij. de ciui. dei. ꝙ dolor
vſitatius in corporibꝫ dicit̄. ⁊ ideo incipit a leſione corpo
ris et terminatur in apprehenſione ſenſus tactus. ꝓpter
qđ dolor eſt in ſenſu tact⁹ vt in apperente. vt dictum eſt.
Ad 10 ¶ Ad .x. dicendū ꝙ gaudiū ⁊ triſtitiā ſequi paſſionem
dicit̄ ⁊ a Dam. ⁊ phō. ſꝫ ſub alio ⁊ alio intellectu Dam.
et Greg niceñ. illud verbū ꝓponētes loquūtur de paſſio
ne corꝑali q̄ apprehēſa cauſat gaudiū vel triſtitiā in ſenſu
experta cauſat dolorē. Phs etiā in ſcđo ethy. loquit̄ pro
cul dubio de paſſionibꝫ aīalibꝫ volens ꝙ ad oēs paſſio
nes aīe ſeq̄tur gaudiū ⁊ triſtitia. Cuius ratio eſt. qꝛ inter
oēs paſſiones ꝯcupiſcibilis potentie gaudiū ⁊ triſtitia
que cauſant̄ ex ꝯſecutione ꝯuenientis vel nociui. vltimū
locū tenēt. Oēs aūt paſſiones iraſcibilis ad paſſiones
cōcupiſcibilis terminātur vt in queſtione de ſenſualitate
dictū eſt. vñ teſtat̄ ꝙ oēs paſſiones aīe ad gaudiū termi
nātur. ſm aūt neutrū intellectū ſequitur ꝙ paſſiones ſint
in apprehenſiua. quia paſſio corporalis eſt in ipſa natura
corporis. Paſſiones aūt animales alie ſunt in eadem pte
appetitiua in qua gaudiū et triſtitia. ſed tamen quātum
ad priores actus eius. Sī aūt in actibꝫ appetitiue ordo nō
eſſet. ſequeretur ex verbis phī ꝙ paſſiones animales nō
eſſent in appetitiua vbi eſt gaudium ⁊ triſtitia. ſed in ap
Ad 11 prehenſiua. ¶ Ad vndecimū dicendū ꝙ neqꝫ ſenſus ne

ꝙ alia vis apprehenſiua mouet immediate. ſed ſolum me
diante appetitiua. ⁊ ideo ad oꝑationē virtutis ſenſitiue
apprehenſiue non immutatur corpus quantū ad diſpoſi
tiones naturales niſi ſuꝑueniat mot⁹ appetitiue quē ſta
tim ſeq̄tur trāſmutatio corporis diſponentis ſe ad obedi
endū. vñ q̄uis vis ſenſitiua apprehenſiua immutetur ſi⸗
mul cū organo corporali nō tamē ē ibi paſſio ꝓprie loquē⸗
do. qꝛ in oꝑatione ſenſus nō tranſmutatur organum cor
porale ꝑ ſe loquēdo. niſi ſpirituali immutatione ſcđm ꝙ
ſpecies ſenſibiliū recipiūtur in organis ſentiendi ſine ma
teria. vt dicit̄ in .ij. de aīa ¶ Ad .xij. dicendū ꝙ q̄uis in ꝑ Ad 12
te intellectiua aliquid abijciatur ⁊ aliqđ recipiatur. hoc
tū nō cōtingit ꝑ viam tranſmutationis. vt cōtinue rece⸗
ptio ⁊ abiectio fiat. ſed hoc eſt ꝑ ſimplicē influxū quātū
ad habitus infuſos in inſtāti. immediate eīn infunditur
gratia ꝑ quā expellitur culpa. alteratio quidē q̄ fit de vi⸗
cio in virtutē vel de ignorātia ad ſcientiā. attingit ad par
tem intellectiuā per accidēs ꝑ ſe exiſtēte tranſmutatione
in pte ſenſitiua. vt patet in .vij. ethy. Ex hoc eīn ꝙ fit ali⸗
qua tranſmutatio circa partem ſenſitiuā ſubito reſultat
aliqua perfectio in pte intellectiua vt ſic id qđ fit in par⸗
te intellectiua ſit ſicut termin⁹ trāſmutationis in pte ſen
ſitiua exiſtentis. ſicut illuminatio eſt terminus mot⁹ lo
calis. ⁊ generatio ſimiliter alterationis. ⁊ hoc intelligen⸗
dum eſt quātū ad habitus acquiſitos ¶ Ad .xiij. dicen Ad 13
dum. ꝙ ex aliquo apprehenſo ꝑ intellectū poteſt ſeq̄ paſ⸗
ſio in appetitu inferiori dupliciter. vno mō inquātum id
qđ intelligitur vniuerſaliter ꝑ intellectum format̄ in ima
ginatione ꝑticulariter. ⁊ ſic mouetur inferior appetitus
ſicut cū intellectus credētis accipit intellectualiter futu⸗
ras penas. ⁊ eaꝝ fantaſmata format imaginādo ignem
vrentem ⁊ vermē rodentē. ⁊ alia huiuſmodi. ex quo ſeq̄⸗
tur paſſio timoris in appetitu ſenſitiuo. Alio modo in⸗
quantū ex apprehenſione intellectus mouetur appetit⁹
ſuperior ex quo per quandā redūdantiam vel imperiū
etiam appetitus inferior ꝯmouetur ¶ Ad .xiiij. dicendū Ad 14
ꝙ ſpes q̄ in anima ſeparata manet. non eſt paſſio. ſed vel
habitus vel volūtatis actus vt ex predictis patꝫ ¶ Ad Ad 15
xv. dicendū. ꝙ ex beatificatione vel ꝑfectione imaginis ni
hil aliud haberi poteſt q̄ꝫ ꝙ in pte intellectiua ſit paſſio
ſm ꝙ omnis receptio paſſio dicitur. ¶ Ad .xvi. dicēdū Ad 16
ꝙ paſſio dicitur eſſe motus ex alio recepto in aliud rece⸗
ptum. nō aūt ex alio operato in aliud operatū. ſic aūt in
intellectu ē motus ex alio in aliud. ¶ Ad .xvij. dicendū. Ad 17
ꝙ intelligere ē pati ꝯmuniter loquendo de paſſione pro
ut omnis receptio paſſio eſt. ¶ Ad .xviij. dicēdū. ꝙ paſſio Ad 18
illa de qua loq̄tur Dyoniſ. nihil aliud ē q̄ꝫ affectio ad di⸗
uina q̄ habet magis rationē paſſionis q̄ꝫ ſimplex appre⸗
henſio vt ex dictis patꝫ. ex ipſa eīn diuinoꝝ affectione ꝑ
uenit manifeſtatio eorūdem. ſcđm illud Jo .xiiij. Si q̄s
diligit me diliget̄ a patre meo ⁊ ego diligam eū ⁊ mani⸗
feſtabo ei meipſū. ¶ Ad .xix. dđm. ꝙ paſſio nō dicitur Ad 19
eſſe in aīa quaſi aīa trāſmutet̄. ſꝫ quia per eam tranſmuta
tur corpus.

## Quarto querit̄. ſcđm

quid attēdat̄ ꝯtrarietas ⁊ diuerſitas inter aīe
paſſiones Et videt̄ ꝙ nō ſm bonū ⁊ malū. Audacia
eīn timori opponit̄. vtraqꝫ vero paſſio ē reſpectu mali. qꝛ 1.
hoc qđ timor fugit audacia aggredit̄. ergo contrarietas
paſſionū nō ē ſcđm bonū ⁊ malū ¶ Pre. Spes deſpera ⁊

tioni opponit̄. vtraqꝫ vero ē reſpectu boni. qḋ eñi ſpes cō
ſequi expectat. deſperatio aūt de ꝯſecutione diffidit. ergo con
3 trarietas paſſionū nō ē ſm̄ bonū ⁊ malū ¶ Pre. Dam̄.
in. ij. li. ⁊ Grego. niceñ. diſtinguūt paſſiones aīe ꝑ preſens
et futurꝫ. ⁊ ꝑ bonū ⁊ malū. vt de bono futuro ſit ſpes vł
deſideriū. de pñti bono voluptas ſiue delectatio ſiue leti
cia. de malo futuro timor. de preſenti triſticia. ſꝫ preſens
et futurꝫ ꝑ accidēs ſe hñt ad bonū ⁊ malū. ergo differē
tia paſſionū anime ꝑ ſe nō attendit̄ ſm̄ bonum ⁊ malum
4 ¶ Pre. Aug⁹. xiiij. de ci. dei. diſtinguit inter triſticiam et
dolorē. ꝙ triſticia ē aīe. dolor vero corporꝫ. qḋ iterꝫ ad ra
5 tionē boni vel mali nō ꝑtinet. ergo idē qḋ prius ¶ Pre. Ex
ultatio gaudiū leticia ⁊ triſticia iocūditas ⁊ hilaritas dif
ferentiā quandā hñt. alias duo iſtorꝫ inutilit̄ ꝯiungerē
tur vt patet Iſa. xxxv. gaudiū ⁊ leticiā obtinebūt. cū er
go oīa iſta reſpectu boni dicātur videt̄ ꝙ bonū ⁊ malū
6 paſſiones aīe nō diuerſificēt ¶ Pre. Dam̄. in. ij. li. diſtin
guit q̄tuor ſpecies triſticie q̄ ſūt accidia. achos. inuidia.
miſericordia. preter quas ē etiā penitētia. q̄ oīa reſpectu
7 mali dicūtur. ergo idē qḋ pri⁹. ¶ Pre. Dam̄. ibi diſtinguit
ſex ſpēs timoris. ſcꝫ ſegniciē. erubeſcētiā. verecundiā. ad
mirationē. ſtuporē. ⁊ agoniā. q̄ iterꝫ ad ꝑdictā differētiā
8 nō ꝑtinēt. ergo idē qḋ prius ¶ Pre. Dyoniſ. iiij. c. de di.
no. zelū amori ꝯnumerat quorꝫ vtrūqꝫ ē paſſio reſpectu
boni. ⁊ ſic idem quod prius.

Cōtra ¶ Sed ꝯtra ē ꝙ actus diſtinguit̄ ꝑ obiecta. paſſiōes
aūt aīe ſunt actus appetitiue virtutis. cuius obiectū eſt
bonū ⁊ malū. ergo paſſiones aīe ꝑ bonū et malū diſtinguū
tur. ¶ Pre. Scḋm phm̄ in. ij. ethy. Paſſiones aīe ſūt ad
quas ſeq̄tur gaudiū ⁊ triſticia. ſed gaudiū et triſticia di
ſtinguūtur ſm̄ bonū et malum. ergo bonū et malū diſtin
guūt anime paſſiones.

Rñ°. Reſponſio dicendū. ꝙ in paſſionibꝫ anime triplex di
In paſſio ſtinctio inuenit̄. Prima quidem eſt qua differunt quaſi ge
nib⁹ ani nere. vtpote ad diuerſas aīe potentias pertinentes. ſicut
me ē tri. diſtinguūtur paſſiones ꝯcupiſcibilis a paſſionibꝫ iraſci
diſtinctio bilis. Ratio aūt hui⁹ diſtinctionis paſſionū ſumitur ex
ipſa ratione diſtinguēdi potētias. Cū eñi ſupra dictū ſit
in queſtione de ſenſualitate ꝙ obiectū ꝯcupiſcibilis ē de
lectabile ſm̄ ſenſū. iraſcibilis vero aliqḋ arduū vel ali
quid altū. Ille paſſiones ad ꝯcupiſcibilē ꝑtinent in qui
bus importat̄ ordo ad delectabile ſenſus abſolute. vł ad
eius contrariū. Ille vero ad iraſcibilē q̄ ordināt̄ur ad ali
quid arduū circa hmōi. Et ſic apparet differētia inter de
ſideriū ⁊ ſpem. nā deſideriū dicit̄ ſm̄ ꝙ appetitus mouet̄
in aliquid delectabile. ſpes aūt dicit quandā eleuationē
appetitus in aliqḋ bonū qḋ exiſtimat̄ arduū vel difficile
et ſimiliter de alijs. Scḋa vero diſtinctio eſt q̄ diſtin
guūtur quaſi ſpecie paſſiones in eadē potētia exiſtētes.
Que quidē diſtinctio in paſſionibꝫ cōcupiſcibilis ſm̄ duo
attēditur. vno mō ſm̄ ꝯtrarietatē obiectorꝫ. ⁊ ſic diſtin
guūt̄ gaudiū qḋ ē reſpectu boni. ⁊ triſticia que ē reſpectu
mali. Alio mō ſm̄ ꝙ ad idē obiectū vis ꝯcupiſcibilis di
uerſimode ordinat̄ ſm̄ diuerſos gradus ꝯſideratos in ꝓ
ceſſu appetitiui motus. Ipſū eñi delectabile ꝑmo appe
tenti ꝯiūgitur aīaliter. ſm̄ ꝙ apprehenditur vt ſimile vel
conueniēs. ⁊ ex hoc ſeq̄tur paſſio amoris. q̄ nihil aliud ē
q̄ꝫ informatio quedam appetitus ab ipſo appetibili. vnde
amor dicitur eſſe quedam vnio amātis ⁊ amati. id aūt qḋ
ſic aliqualiter ꝯiunctū eſt vlterius querit̄ vt realiter con
iungatur. vt amās ſcꝫ ꝑfruatur amato. ⁊ ſic naſcitur paſ
ſio deſiderij. quod quidē cū adeptū fuerit in re. generat

gaudiū. Sic ergo primū qḋ eſt in motu ꝯcupiſcibilis eſt Ordo paſ
amor. ſcḋm deſideriū ⁊ vltimū eſt gaudiū Et ꝑ contra ſionū vis cō
rium iſtis ſunt accipiēde paſſiones q̄ ordināt̄ur in malū cupiſcibilis.
vt odiū contra amorē. fuga ꝯtra deſideriū. triſticia ꝯtra
gaudiū. Paſſiones vero iraſcibilis. vt in alia queſtione
dictum eſt. oriūtur ex paſſionibꝫ ꝯcupiſcibilis ⁊ terminā
tur ad eas. ⁊ ideo in eis inuenitur diſtinctio aliqua con
formis diſtinctioni cōcupiſcibilis. ⁊ vlterius eſt in eis di
ſtinctio ꝓpria ſm̄ rationē ꝓprij obiecti. Ex parte quidem
cōcupiſcibilis eſt diſtinctio qua diſtinguitur ꝑ bonū et
malum. vel ꝑ delectabile ⁊ contrariū. ⁊ iterꝫ ſm̄ habitū
realiter ⁊ nō habitū realiter. Sed ꝓpria diſtinctio iraſci
bilis eſt vt paſſiones eius diſtinguātur ſm̄ excedens fa
cultatem appetentis ⁊ nō excedens. ⁊ hoc ſm̄ eſtimatio
nem. iſta eñi videtur diſtinguere arduū ſicut differentie
per ſe Poteſt ergo paſſio in iraſcibili exiſtens vel reſpe Sufficiētia
ctu boni eſſe vel reſpectu mali eſſe. ſi reſpectu boni vł ha paſſionū ira
biti vel non habiti. reſpectu boni habiti nulla paſſio pōt ſcibilis.
eſſe in iraſcibili. quia bonū ex quo iam poſſidetur nullā
difficultatem ingerit poſſidenti. vñ non ſaluatur ibi ra
tio ardui. Reſpectu aūt boni nondū habiti in quo ratio
ardui ſaluari poteſt ꝓpter difficultatem ꝯſequendi. ſiq̄
dem illud bonū eſtimatur vt excedēs facultatem facit de
ſperationē. ſi vero nō vt excedēs facit ſpem. Si vero con
ſideretur motus iraſcibilis in malum hoc erit dupliciter.
vel in malum nondū habitū qḋ quidē eſtimatur vt ardu
um inquantū difficile eſt vitari. vel iam habitū ſiue coniun
ctum qḋ iterū rationē ardui habet inquantū eſtimat̄ dif
ficile repelli. Si aūt reſpectu mali nondū preſentis ſiqui
dem illud malū eſtimatur vt excedēs facultatē facit paſ
ſionem timoris. ſi aūt nō vt excedens ſic facit paſſionem
audacie Si aūt malū ſit preſens aut eſtimatur vt nō ex
cedens facultatē. ⁊ ſic facit paſſionē ire. aut excedēs ⁊ ſic
nullam facit paſſionē in iraſcibili. ſed in ſola concupiſcibi
li manet paſſio triſticie. Iſta ergo diſtinctio q̄ accipitur
ſcḋm diuerſos gradus acceptos in motu appetitiuo nō
eſt cauſa alicui⁹ ꝯtrarietatis. quia huiuſmodi paſſiones
differunt ſicut perfectū ⁊ imꝑfectū. vt patet in deſiderio
et gaudio. ſed diſtinctio que eſt ſm̄ ꝯtrarietatē obiecti
facit ꝓprie in paſſionibus contrarietatem. vnde in concu
piſcibili paſſiones ꝯtrarie accipiūtur ſm̄ bonū et malum
vt gaudium ⁊ triſticia amor ⁊ odium. In iraſcibili vero
poteſt accipi dupliciter ꝯtrarietas. vna ſm̄ diſtinctionē ex
ꝓprij obiecti. alia ſm̄ excedēs facultatem ⁊ nō excedens
et ſic ſunt cōtraria ſpes ⁊ deſperatio. audacia ⁊ timor. et
hec ꝯtrarietas eſt magis ꝓpria. Alia vero eſt ſm̄ differē
tiam obiecti ꝯcupiſcibilis id eſt ſm̄ bonū ⁊ malum per
quē modū ſpes ⁊ timor ꝯtrarietatem habere videntur.
Ira vero neutro modo poteſt habere paſſionē contrariā
neqꝫ ſm̄ cōtrarietatē boni ⁊ mali. quia reſpectu boni ꝑ
ſentis non ē aliqua paſſio in iraſcibili. Similiter neqꝫ ſm̄
contrarietatem excedentis facultatē ⁊ non excedētis. q2
malum facultatem excedens nullam paſſionē in iraſcibi
li facit vt dictum eſt. vnde inter ceteras paſſiones ira ha
bet hoc ꝓprium. quia ei nihil eſt contrariū. Tertia ve
ro differentia paſſionū anime eſt quaſi accidentalis. que
quidem dupliciter accidit. vno modo ſm̄ intenſionem ⁊
remiſſionem. ſicut zelus importat intēſionem amoris. fu
ror intēſionē ire. Alio mō ſm̄ differētias materiales bo
ni vel mali. ſicut differūt miſericordia ⁊ inuidia que ſunt
ſpecies triſticie. Nam inuidia eſt triſticia de ꝓſperitate
aliena inquantū eſtimatur vt malum propriū. Miſeri

cordia vero eſt triſticia de aduerſitate aliena inquantum
eſtimatur vt malum propriũ. ⁊ ſic eſt etiam in alijs qui-
buſdam conſiderare.

Ad .i. ¶ Ad primũ ergo dicendũ. ꝙ iraſcibilis obiectuȝ nõ
eſt bonũ ⁊ malum abſolute. ſed addita circunſtantia ar-
duitatis. vnde non ſolum in eoꝝ paſſionibus eſt contra
rietas per bonũ ⁊ malum. ſed per differencias que diſtin
Ad 2 guunt arduum. tam in bono ꝙ̃ in malo. Et per hoc
Ad 3 patet ſolutio ad ſecundum. ¶ Ad tertiũ dicendum. ꝙ pre
ſens ⁊ futurũ accipiũtur vt differentie ad diſtinguẽdum
anime paſſiones. ſcḿ ꝙ futuꝝ eſt nondũ realiter coniun-
ctum. preſens vero eſt iam coniũctum. perfectior vero ẽ
motus appetitus in id quod eſt realiter coniũctum ꝙ̃ in
id quod eſt realiter diſtans. vnde futurũ ⁊ preſens licet
faciant aliquã diſtinctionẽ paſſionũ. nullam tamẽ cõtra-
rietatem faciunt. ſicut nec perfectũ ⁊ imꝑfectum. ¶ Ad
Ad 4 quartum dicẽdum. ꝙ dolor ſcḿ ꝙ ꝓprie accipitur non de
bet cõputari inter anime paſſiones. quia nihil habet ex ꝑ
te anime niſi apprehenſionẽ tantũ. Eſt eñ dolor ſenſus le
ſionis que quidem leſio eſt ex parte corporis. ⁊ ideo Au
guſtin⁹ ibidẽ dicit. ꝙ tractando de paſſionib⁹ anime ma
luit vti nomine triſticie ꝙ̃ doloris. triſticia eñ ꝑficitur in
Ad 5 appetitiua. vt ex dictis patet. ¶ Ad quintũ dicendũ. ꝙ
delectatio ⁊ gaudiũ eodem modo differũt ſicut triſtitia
et dolor. naȝ delectatio ſenſibilis habet ex parte corporis
coniunctionẽ ꝯuenientis. ex parte vero anime ſenſum ill⁹
conuenientie. ⁊ ſimiliter delectatio ſpiritualis habet quã
dam realem ꝯiunctionẽ conuenientis cũ conueniẽti et ꝑce
Delecta ptionem illius coniũctionis. Unde Plato diffiniẽs de
tio eſt lectationẽ ſenſibilem dicit. ꝙ delectatio eſt ſenſibilis ge-
neratio in naturam. Ariſto. vero diffiniens delectatio-
nem dicit. ꝙ delectatio ẽ naturalis habitus operatio nõ
impedita. ipſa eñ operatio ꝯueniẽs eſt illud conueniẽs
coniunctũ qđ delectationẽ precipue ſpiritualeȝ facit. Et
ſic delectatio vtrobiqȝ incipit a coniũctione reali ⁊ perfi-
citur in eius apprehẽſione. gaudiũ vero incipit in appre-
henſione ⁊ terminatur in affectu. vñ delectatio eſt interdũ
cauſa gaudij. ſicut dolor triſtitie. Gaudiũ vero ⁊ triſti-
tia a ceteris differũt accidẽtaliter ſcḿ intenſionẽ ⁊ remiſ
ſionem. nam alia dicũt quandã gaudij intenſionẽ. q̃ qui-
dem intenſio attẽditur vel ſcḿ interiorem diſpoſitionem
et ſic eſt leticia q̃ importat interiorẽ cordis dilatationem
dicitur eñ leticia quaſi laticia. vel ſcḿ ꝙ intenſio gaudij
interioris ꝓrumpit in quedã exteriora ſigna. ⁊ ſic eſt ex
ultatio. Dicitur eñ exultatio ex hoc ꝙ gaudiũ interius q̃-
dammodo exterius exilit. q̃ quidem exilitio attẽditur vel
ſcḿ immutationẽ vultus q̃ primo apparent affectus in-
dicia ꝓpter ꝓpinquitatẽ eius ad vim imaginatiuã. et ſic ẽ
hilaritas. vel ſcḿ ꝙ ex intẽſione interioris gaudij diſpo
Ad 6 nitur ꝑ verba ⁊ facta. ⁊ ſic ẽ iocũditas. ¶ Ad. vi. dñm. ꝙ
ſpecies triſtitie q̃s Dam. ponit ſunt q̃dã modi triſtitie
addẽtes ſup triſtitiã quaſdã differẽtias accidẽtales. vel
ſcḿ intẽſionẽ mot⁹. ⁊ ſic ſcḿ ꝙ iſta intẽſio cõſiſtit in inte
riori diſpoſitiõne dicitur accidia q̃ eſt triſticia aggrauãs ſcȝ
cor ne aliqđ libeat agere. vel ſcḿ ꝙ ꝓgreditur ad exterio-
rem diſpoſitionẽ. ⁊ ſic ẽ anxios q̃ eſt triſticia vocẽ auferẽs
Ex ꝑte vero obiecti ſcḿ ꝙ illud qđ in alio ẽ reputatur
vt ꝓpriũ malum. etſi quidẽ bonũ alterius reputetur vt pro
prium malũ. erit inuidia. ſi aũt malũ alterius ꝓpriũ ma
lum reputetur. erit miſericordia. penitentia vero non ad
dit ſup triſtitiam generalem aliquã ſpecialẽ rationẽ. cum
ſit abſolute de malo proprio. ⁊ ideo a Dam. ꝑtermittitur

Poſſunt tamẽ multi modi triſtitie aſſignari ſi conſiderẽ
tur oĩa q̃ accidẽtaliter ſe habẽt ad malũ qđ triſtitiã facit.
¶ Ad. vij. dñm. ꝙ cũ timor ſit quedam paſſio ex nociuo Ad 7
apprehẽſo vt excedẽte facultatẽ ꝓueniẽs. diuerſificabũ
tur modi timoris ſcḿ differentiã taliũ nociuoꝝ. Quod
quidẽ tripliciter poteſt referri ad appetentẽ. vno modo re
ſpectu ꝓprie opationis. ⁊ ſic inquantũ ꝓpria actio timetur
vt laborioſa ẽ ſegnicies. Inquantũ vero timetur vt turpis
eſt verecundia q̃ eſt timor in turpi actu. Scđo mõ re
ſpectu ꝯgnitionis prout aliqđ ꝯgnoſcibile apprehenditur
vt omnino excedẽs cognitionẽ. ⁊ ſic eius cõſideratio ap
prehẽditur vt ſupnacia ⁊ ſic vt nociua. Qđ aũt excedit
cognitionẽ cõtingit vel ꝓpter eius magnitudinẽ. ⁊ ſic eſt
admiratio q̃ ẽ timor ex magna imaginatione. vel ꝓpter ei⁹
inconſuetudinem ⁊ ſic eſt ſtupor q̃ eſt timor ex inaſſueta
imaginatiõe ſcȝ Dam. Tertio reſpectu paſſiõis q̃ ẽ ab
alio. q̃ quidem paſſio timeri põt vel rõne turpitudinis ⁊
ſic ẽ erubeſcentia q̃ eſt timor in expectatione conuicij. vel
rõne leſionis. ⁊ ſic ẽ agonia ꝑ quã homo timet ne in aliq̃
infortunia incidat ¶ Ad octauũ dicendũ. ꝙ zelus addit Ad 8
ſupra amorẽ quandã intenſioneȝ. eſt eñ amor vehemẽs
non patiens conſortium aliquod in amato.

## Quinto queritur. vtruȝ

ſpes timor gaudiũ ⁊ triſticia ſint q̃ttuor princi
pales paſſiones. Et videtur ꝙ non. quia Aug⁹. xiiij. de .1.
ci. dei enumerãs q̃ttuor principales paſſiones ponit cu-
piditatẽ loco ſpei. qđ etiam ex verbis Uirgilij accipi vi-
detur q̃ has principales paſſiones deſignãs dixit. Hinc
homines cupiũt metuũt gaudentqȝ dolentqȝ ¶ Prete. 2
Quanto aliqđ eſt ꝑfectius. tanto ꝑ̇ncipalius eſſe videtur
ſed motus audacie eſt ꝑfectior ꝙ̃ motus ſpei. vtpote cũ
maiori intenſione in ſuũ obiectum tendẽs. ergo audacia
eſt magis ꝑ̇ncipalis paſſio ꝙ̃ ſpes. ¶ Pre. Unũquodqȝ
denominatur a ꝑ̇ncipaliori. ſed vis iraſcibilis ab ira de- 3.
nominatur. ergo ira debet cõputari inter ꝑ̇ncipales paſ-
ſiones ¶ Pre. Sicut in iraſcibili ẽ paſſio reſpectu futuri. 4
ita ⁊ in cõcupiſcibili. ſed paſſio que ẽ in concupiſcibili re
ſpectu futuri. ſcȝ deſideriũ. nõ ponitur paſſio ꝑ̇ncipalis
ergo nec timor ⁊ ſpes q̃ ſilr ſunt in iraſcibili reſpectu fu-
turi ¶ Pre. Principale dicitur illud qđ inter reliqua pri
us exiſtit. principari eñ ſcḿ Grego. ẽ inter aliq̃s priorẽ 5
eſſe. ſed inter reliquas paſſiones amor ẽ prior. ex amore
eñ oĩes alie paſſiones naſcũtur. ergo amor deberet po-
ni paſſio ꝑ̇ncipalis. ¶ Pre. Ille paſſiones videntur eſſe 6
ꝑ̇ncipales a quib⁹ alie dependent. ſed a gaudio ⁊ triſtitia
alie videntur depẽdere. nam paſſio anime ẽ quã ſequitur
gaudiũ ⁊ triſtitia ſcḿ phm in. ij. eth. ergo he due paſſio-
nes tñ. ſcȝ gaudiũ ⁊ triſtitia ſunt ꝑ̇ncipales paſſiones
tantũ. Sed diceres. ꝙ gaudiũ ⁊ leticia ſunt ꝑ̇ncipales Solo
in concupiſcibili. ſpes aũt ⁊ timor ſunt principales in ira
ſcibili. ¶ Sed contra eſt quod dicitur in libro de ſpiritu ⁊ 7
anima. de ꝯcupiſcibilitate gaudium ⁊ ſpes. de iraſcibili-
tate dolor ⁊ metus oriũtur. ¶ Pre. Scḿ ꝓprietatem 8
iraſcibilis potẽtie ſpes deſperationi opponitur ⁊ timor au-
dacie. ſȝ ex ꝑte ꝯcupiſcibilis ponũtur due paſſiones ꝑ̇n-
cipales ꝯtrarie ſcḿ ꝓprietatẽ ꝯcupiſcibilis. ſcȝ gaudiuȝ
et triſtitia. ergo ⁊ ex ꝑte iraſcibilis deberẽt poni principa
les vel ſpes ⁊ deſperatio vel timor ⁊ audacia
Sed ꝯtra ẽ qđ dicitur in li. de ſpiritu ⁊ aĩa. Affect⁹ qui Cõtra

dem partitus eē dinoſcit᷑. dū de eo qđ amamus iam gaudemus vel gaudendū ſperam⁹. ⁊ de eo qđ odimus iam dolemus vel dolendū metuim⁹. ergo he ſunt q̃ttuoꝛ pn̄cipales paſſiones gaudiū doloꝛ ſiue triſtitia ſpes ⁊ amoꝛ ¶ Pre. Boe. pn̄cipales paſſiōes dicit in. pᵒ. de Conſol. Gaudia pelle. pelle timoꝛē. ſpē q̄ fugato. nec doloꝛ aſſit et ſic idem quod prius.

Rſᵒ. ¶ Reſpōſio dicendū. q̄ q̃ttuoꝛ ſunt pn̄cipales anime paſſiones. ſcꝫ triſtitia gaudiū ſpes ⁊ timoꝛ. Cuius ratio eſt. q2 pn̄cipales paſſiones dicūtur. q2 alijs prioꝛes ſunt et oꝛigo eaꝝ. cū autē paſſiones aīe ſint in parte appetitiua ſenſitiua. ille paſſiones p̄oꝛes erūt que immediate ex obiecto appetitiue oꝛiūtur. qđ quidē obiectum eſt bonū et malū. he aūt ſunt quaſi ſcđarie q̄ mediātibus alijs oꝛiuntur. Ad hoc aūt q̄ aliqua paſſio imediate oꝛiat᷑ ex bono vel malo requirūtur duo. Primū eſt vt ex bono ⁊ malo p̱ ſe oꝛiatur. q2 quod eſt p̱ accidēs non poteſt eē primū. Scđm aūt eſt vt illud nullo preſuppoſito oꝛiatur vt ſit principalis paſſio. ꝓpter hec duo dicat᷑ q̄ neq̄ per accidens neq̄ p̱ poſterius ꝓuenit ex obiecto quod tenet locum actiui. Ex bono aūt prouenit p̱ ſe paſſio que ꝓcedit ex bono ſcđm q̄ bonū ē. per accidens vero ea que proueniunt ex bono ſcđm q̄ ē malū. ⁊ ecōtrario eſt intelligēdū de malo. Bonū vero ſcđm q̄ ē bonū allicit ⁊ ad ſe trahit vn̄ ſi aliqua paſſio ſit appetitus tendētis in bonū. erit paſſio p̱ ſe conſequēs ex bono. ſed repellere appetitū eſt propriū mali inquantū eſt malū. vnde ſi aliqua paſſio ſit reſpectu boni per quā refugiatur bonū. paſſio illa non erit ex bono p̱ ſe. ſed inquantū apprehēditur vt aliqualit᷑ malum. et ecōtrario intelligēdum eſt de malo q̄ illa paſſio p̱ ſe ꝓuenit ex malo q̄ ꝯſiſtit in fuga mali. illa vero per accidens q̄ cōſiſtit in acceſſu ad malū. Patet igitur qualiter aliq̄ paſſio p̱ ſe ex bono et malo oꝛitur Quia vero quāto aliquid ē magis vltimū in ꝯſecutione finis tanto eſt prius in intētione ⁊ appetitu. ideo ille paſſiones nō preſuppoſitis alijs ex bono vel malo oꝛiūtur q̄ ꝯſiſtunt in cōſecutione finis. ⁊ eis preſuppoſitis oꝛiūtur alie. Gaudium vero ⁊ triſtitia ex ipſa cōſecutione boni vel mali ꝓueniūt et per ſe. nam gaudiū ex bono ꝓuenit inquantū ē bonū. et triſtitia ex malo inquantū eſt malū. ⁊ ſimiliter omnes paſſiones alie ꝯcupiſcibilis p̱ ſe ex bono vel malo ꝓueniunt. quod ꝯtingit ex hoc q̄ obiectū ꝯcupiſcibilis eſt bonū vel malū ƒm abſolutam rationē. ſed tamē alie paſſiones ꝯcupiſcibilis p̄ſupponūt gaudiū ⁊ triſtitiā p̱ modum cauſe. Nā bonū cōcupiſcibile ideo efficit᷑ amatū ⁊ deſideratū. q2 apprehēditur vt delectabile. malū vero odioſum et fugiendū inquantū apprehēditur vt triſtabile. ⁊ ſic ƒm ordinē appetendi gaudiū ⁊ triſtitia ſunt prioꝛa. q̄uis in oꝛdine exequēdi vel ꝯſequēdi ſint poſterioꝛa. In iraſcibili vero nō oēs paſſiones p̱ ſe ꝯſequūtur ex bono vl᷑ malo. ſed quedā per ſe. quedā per accidēs. qđ cōtingit ex hoc q̄ bonū vel malū nō ƒm abſolutā rationē ſunt obiectum iraſcibilis. ſꝫ ƒm q̄ apponit᷑ conditio arduitatis ƒm quā et bonū repudiat᷑ vt excedēs facultatē ⁊ in malū tēditur ꝓut eſt impoſſibile repelli vel ſubijci. nō aūt poteſt eē in iraſcibili aliqua paſſio q̄ ex bono vel malo ꝯſequat᷑ nulla alia preſuppoſita. Bonū aūt poſtq̄ habitū eſt. nullam paſſionem in iraſcibili facit. vt ex predictis patet Malū vero preſens facit quidem paſſionē in iraſcibili. ſed nō p̱ ſe. ſed per accidens inquātum ſcꝫ in malū preſens q̄s tendit vt repellēdum vel ſubijciēdum. ſicut patet in ira Sic ergo patet ex dictis q̄ quedā paſſiones ſunt q̄ primo ⁊ p̱ ſe ex bono et malo oꝛiūtur. vt gaudiū ⁊ triſtitia. Quedam vero p̱ ſe ſed non primo. ſicut alie paſſiones concupiſcibilis. ⁊ he due iraſcibilis timoꝛ ⁊ ſpes. quarū vna dicit fugam mali. alia acceſſum ad bonū Quedā vero nec per ſe nec primo. ſicut alie que ſūt in iraſcibili. vt deſperatio audacia ⁊ ira que dicūt acceſſum ad malū. vel receſſum a bono. Sic ergo pn̄cipaliſſime paſſiones ſunt gaudiū ⁊ triſtitia. timoꝛ aūt ⁊ ſpes ſunt principales in ſuo genere. q2 non preſupponūt aliquas paſſiones in potentia in q̄ ſūt ſcꝫ iraſcibili. Alie vero paſſiones ꝯcupiſcibilis vt amoꝛ et deſiderium ⁊ odiū ⁊ fuga. etſi ſint p̱ ſe ex malo vel bono. non tamē ſunt prime in ſuo genere cū preſupponāt alias in eadem potentia exiſtentes. ⁊ ſic nō poſſunt dici pn̄cipales neq̄ ſimpliciter neq̄ in genere Et ſic reſtat q̄ ſole quattuoꝛ ſunt paſſiones principales gaudium ⁊ triſtitia ſpes et timoꝛ.

¶ Ad primū ergo dicendū. q̄ cupiditatē vel deſide- Ad .1.
rium precedit alia paſſio in eadem potētia. ſcꝫ gaudium qđ eſt ratio deſiderandi. vnde non poteſt eſſe principalis paſſio. Spes aūt etſi preſupponat aliam paſſionem. non tamen in eadem potentia exiſtentem. ſed in concupiſcibili. Omnes nāq̄ paſſiones iraſcibilis oꝛiūtur ex paſſionib9 concupiſcibilis. vt in alia queſtione dictum eſt. vn̄ poteſt eſſe paſſio principalis. Aug⁹. vero ponit deſiderium vel cupiditatem loco ſpei. ꝓpter ſimilitudinē quandā que eſt inter ea. nam vtraq̄ paſſio eſt reſpectu boni nondū habiti. ¶ Ad ſecūdum dicendū. q̄ audacia non poteſt eſſe Ad 2
principalis paſſio. oꝛitur eīm ex malo p̱ accidēs. cum ſit reſpectu mali per viam aggrediendi. audax eīm aggreditur malum inquantū eſtimat victoꝛiam vel repulſionē mali eſſe quoddā bonū. ⁊ ex huius boni ſpe oꝛit᷑ audacia Et ſic ſubtiliter conſiderando inuenitur ſpes eſſe audacia prioꝛ. nā ſpes victoꝛie vel ſaltem euaſionis audaciam cauſat. ¶ Ad tertiū dicendū. q̄ ira etiam oꝛitur ex malo Ad 3.
per accidēs inquantū ſcꝫ iratus vindictam mali ſibi illati eſtimat bonū. ⁊ in eam tendit. vnde ſpes vindicte conſequende ē cauſa ire. vn̄ cū aliquis leditur ab eo cui nō ſperat vindictam poſſe inferre nō iraſcit᷑. ſꝫ triſtat᷑ ſolum vel timet. vt Auicē. ponit. ſicut ſi ruſtic⁹ ledat᷑ a rege. ⁊ ideo ira nō poteſt eſſe principalis paſſio. ſupponit eīm non ſolum triſtitiā que ē in ꝯcupiſcibili. ſꝫ etiā ſpem q̄ eſt in iraſcibili. Denominat᷑ aūt iraſcibilis ab ira. q2 ē vltima paſſionū q̄ ſunt in iraſcibili. ¶ Ad. iiij. dōm. q̄ paſſiones q̄ Ad 4
ſunt in concupiſcibili reſpectu futuri oꝛiūtur quodāmodo ex paſſionibus in eadem exiſtentibus reſpectu preſentis. ſed paſſiones que ſunt reſpectu futuri in iraſcibili nō oꝛiūtur ex aliquibus paſſionib⁹ reſpectu preſentis in eadem potentia exiſtētibus. ſed exiſtētibus in alia potentia. ſcilicet ex gaudio ⁊ triſtitia. vnde non eſt ſimile. ¶ Ad. v Ad 5
dicendum. q̄ in via exequēdi vel cōſequēdi amoꝛ eſt prima paſſio. ſꝫ in via intentionis gaudium eſt prius amoꝛe. et eſt ratio amandi precipue ƒm q̄ amoꝛ eſt paſſio concupiſcibilis. ¶ Ad ſextum dicendum. q̄ gaudium et triſti- Ad 6
tia inter alias principaliſſime cōputantur. vt dictum eſt nihilominus tamen ſpes ⁊ timoꝛ in genere ſuo ſunt principales. vt ex dictis patet. ¶ Ad ſeptimū dicendum. q̄ Ad 7.
liber ille cum non ſit Aug⁹. non impoſuit neceſſitatem nobis vt eius autoꝛitatem recipiamus. ⁊ precipue hoc videtur expreſſam falſitatem continere. ſpes non eſt in concupiſcibili. ſed in iraſcibili. triſtitia vero non in iraſcibili ſed in concupiſcibili. Si tamē opoꝛteat autoꝛitatē ſuſtinere pōt dici q̄ loq̃tur de potētijs iſtis ƒm rōnē nominū

Concupiſcētia aūt eſt boni. ꝛ ex hac ratione ꝯcupiſcibili
omnes paſſiones ordinate in bonū attribui poſſunt Ira
aūt eſt ex aliquo malo illato. vnde omnes paſſiones que
reſpectu mali ſunt iraſcibili attribui poſſunt. ꝛ ſm h' at-
tribuitur iraſcibili triſticia ꝛ concupiſcibili ſpes. ¶ Ad
Ad 8 octauū dicendū. ꝙ contrarietas que ē propria paſſionū
iraſcibilis. ſcꝫ facultatem excedens ꝛ non excedens. fa-
cit alteram paſſionem per accidens oriri ex bono vel ma
lo. Excedens eīm facultatem inducit ad receſſum. nō ex
cedens autē inducit ad acceſſum. ꝛ ideo ſi ille differētie
conſiderētur in bono illa paſſio que ſequitur ex excedēte
facultatem per accidens ex bono proueniet. ſi autē circa
malum tunc illa erit per accidens que ſeqtur id quod ē
facultatem non excedens. Unde in iraſcibili nō poſſunt
eſſe due principales paſſiones q̄ ſint directe contrarie ve
ſpes ꝛ deſperatio. vel audacia ꝛ timor ſicut erat in concu
piſcibili gaudium ꝛ triſtitia

# Sexto queritur. vtrū

.i. paſſionib' mereamur Et videtur ꝙ ſic Im
plendo eīm precepta meremur. ſed in diuinis preceptis in
ducimur ad gaudēdū timēdum ꝛ dolendum et alias hu
iuſmodi paſſiones vt Aug'. dicit xiiij. de ciui. dei. ergo
2 paſſionibus meremur. ¶ Prete. Scdm Aug'. eodem
libro. huiuſmodi paſſiones anime nō ſunt ſine volunta-
te immo etiam nihil aliud ſunt q̄ voluntas. ſed in acti-
bus voluntatis mereri poſſumus nō ſolum materialiter
ſed etiam formaliter. ergo et huiuſmodi paſſionibus.
3 ¶ Pre. Paſſiones animales plus accedunt ad rationē
voluntatē q̄ corporales. quia paſſiones animales mo-
do aliquo ſunt in nobis inquātum cōcupiſcibilis ꝛ ira-
ſcibilis obediūt rationi. paſſiones autē corporales nō. ſed
paſſiones corporales ſunt meritorie. vt patet in martiri
bus qui paſſionib' corporalib' aureolam merētur. ergo
multo fortius paſſiones animales ſunt meritorie. Sꝫ
Solutio diceres. ꝙ paſſiones corporales ſunt meritorie inquan-
4 tum ſunt volite. ¶ Sed contra. Uoluntas patiendi p
criſto poteſt eſſe ꝛ in eo qui nunq̄ patietur. qui tamē nō
habebit aureolam. ergo paſſio corporalis aureolam me
retur non ſolum ſcdm ꝙ eſt volita. ſed ſcdm ꝙ eſt actua
5 liter experta. ¶ Prete. Id ad cuius intētionem ſequi-
tur intentio premij eſt meritorium per ſe ꝛ non ſolum ma-
terialiter. ſed ad intētionem paſſionis corporalis ſeqtur
intentio premij. quia quanto quis magis patitur. tanto
6 glorioſius coronabitur. vt dicitur. ergo paſſionib' ſcdm
ſe meremur et non ſolum materialiter. ¶ Prete. Hugo
de ſancto victore dicit. ꝙ poſt voluntatem ſeqtur opus.
vt voluntas in ſuo opere augeatur. ꝛ ſic facit aliquid ad
meritum opus exterius. ſed ſimiliter in paſſione pōt vo
luntas augeri. ergo paſſio facit ad meritū. ꝛ ſic idem qd
7 prius ¶ Pre. Cum meritū in volūtate conſiſtat oportet
ꝙ illud formaliter ꝛ completiue ad meritum ptineat. in
quo volūtas formalit' ꝛ cōpletiue terminat'. ſꝫ paſſio in-
quantū eſt volita ē obiectū volūtatis ꝛ ſic volūtatē deter
minat q̄ſi formalit'. ergo formaliter ad meritū ptinet ipſa
8 paſſio. ¶ Pre. Aliq̄ cōfeſſores magis grauia ſuſtinuerūt
martirib' aliq̄bus. vñ de eis dicit' ꝙ longū traxere marti
riū. cū paſſio quorundā martirū ſit breui ſpacio tpis fini-
ta. ꝛ tamē ꝯfeſſorib' non debetur aureola. ꝛ ſic videtur ꝙ
illa paſſio corporalis martirū ſm ſe mereatur aureolam.

¶ Pre. Super illud Jacobi. ij omne gaudiū exiſtimate 9
fratres mei. gloſa dicit. tribulatio in preſenti iuſtitiam ꝛ
in futuro auget coronam. non aūt auget niſi merendo. er
go cū tribulatio ſit paſſio. paſſio meritoria eſt ¶ Prete. 10
Idem videtur p hoc qd dicitur in pſal. precioſa ē in cō-
ſpectu domini mors ſanctorū eius. dicitur aūt precioſa q̄
ſi precio digna. preciū aūt laboris ē premiū qd laborib'
meremur. ergo paſſionib' poſſumus mereri. Sed di Solutio
ceres. ꝙ paſſionib' meremur inquantū volite. ¶ Sꝫ cō .ii.
tra eſt qd Lucia dixit. ſi me inuitam violaueris caſtitas
mihi duplicabitur ad coronā. q̄ ipſa paſſio corruptionis
quā inuita ſuſtinuiſſet. fuiſſet ei meritoria corone. ꝛ ſic ipſa
paſſio nō meret' ſolū q2 eſt volita. ¶ Pre. Difficultas 12
eſt de neceſſitate meriti. qd patet ex hoc qd dicit Magi
ſter in ſcdo ſententiarū diſ. xxiiij. ꝙ homo in ſtatu innocē
cie nō merebatur. q2 nihil impellebat ad malum. nec ali-
quid retrahebat a bono. cum ergo paſſiones difficulta-
tem afferant videtur ꝙ per ſe ad meritū faciant. ¶ Pre. 13
Timor eſt quedam paſſio. eo aūt mereri poſſumus etiā
formaliter cum ſit in parte intellectiua. vt patet cū time-
mus ea que non niſi p intellectum cognoſcimus. ſicut pe
nas eternas. ergo paſſionib' poſſumus mereri. ¶ Pre. 14
Premiū reſpondet merito. ſed premiū glorie non ſolum
erit in anima ſed in corpore. ergo ꝛ meritū conſiſtit nō ſo
lum in actione anime. ſed in paſſione corporis ¶ Prete. 15
Ubi eſt maior difficultas ibi eſt maior ratio meriti. ſed
maior difficultas ē circa paſſiones q̄ circa opationes vo
luntatis. ergo paſſiones ſunt magis meritorie q̄ act' vo
luntatis qui tamē formaliter ſunt meritorij ¶ Pre. Uir 16
tutibus formaliter meremur. ſed quedā paſſiones a ſan
ctis ponūtur virtutes vt miſericordia et penitētia. que
dam etiam ponūtur a philoſophis laudabiles ꝛ median
tes inter vicia extrema vt verecundia et nemeſis a pho
in ſcdo ethycorū. ꝙ totū ad virtutem pertinet. ergo paſ
ſionibus meremur. ¶ Prete. Meritum et demeritū cū 17
ſint contraria in eodem ſunt. ſed in genere paſſionum in
uenitur demeritum. nam primi motus qui ſunt peccata
et tamen paſſiones quedam ſunt. ira etiā ꝛ inuidia ſunt
quedā paſſiones q̄ tamē vicia capitalia ponūtur. Apl's
etiam Roma. pmo. peccata contra naturam paſſiones
ignominie appellat. ergo ꝛ in paſſionibus meremur
¶ Sed contra. Nihil poteſt eſſe meritorium niſi quod In ſtātie
eſt in nobis. q2 ſcdm Aug'. voluntas eſt qua peccatur ꝛ .i.
recte viuitur. ſed paſſiones nō ſunt in nobis. quia vt di-
cit Aug'. xiiij. de ci. dei. paſſionib' inuiti cedimus. ergo
paſſionib' nō meremur. ¶ Pre. Illud qd eſt preambu- 2
lum ad voluntatē non poteſt eſſe meritoriū. cū meritori
um ex voluntate dependeat. ſed paſſiones aie precedunt
actus volūtatis cū ſint in pte ſenſitiua. actus eīm volūta
tis in parte intellectiua. intellectiua vero pars a ſenſitiua
accipit. ergo paſſiones anime non poſſunt eſſe meritorie.
¶ Pre. Omne meritū ē laudabile. ſed paſſionib' neq̄ lau 3
damur neq̄ vituperamur ſm phm in. ij. eth. q̄ paſſioni-
bus nō meremur. ¶ Pre. In xp̄o fuit maior efficacia ad 4
merēdū q̄ in nobis. ſꝫ xp̄s ſua paſſione nō meruit. ergo
nec paſſionib' meremur. Probatio medie. Mereri ē de
nō ſuo ſuū facere. vel de min' ſuo facere magis ſuū. ſꝫ xp̄s
non potuit facere de non ſuo ſuum. quia a primo inſtanti
ſue conceptionis ſibi perfectiſſime debebat' quicqd cadit
ſub merito. ergo criſtus paſſione nō meruit. Sꝫ dice. Solu
ꝙ meruit faciendo de ſuo vno mō plurib' modis ¶ Sꝫ 5
cōtra. Duplex vinculum facit maiorē obligationē. ergo

ſimiliter et duplex ratio debiti facit magis debitum. ſi er
go criſtus non potuit facere aliquid ſibi magis debituz
nec etiam potuit facere aliq̄d pluribus modis debitum
6 ¶ P̄re. Difficultas volūtatū diminuit. cū ergo meritū
debeat eſſe voluntariū videtur ꝙ difficultas meritum di
minuat. ſed paſſiones difficultatē faciūt. ergo diminuūt
meritū magis ꝗ̄ aliquid ad meritū operātur.
R̄ſo. Reſponſio dicendū. ꝙ paſſionib⁹ non meremur ꝑ ſe.
ſed quaſi per accidens ſi ꝓprie accipiatur mereri. Cū eīn
mereri reſpectu mercedis dicatur. ꝓprie mereri eſt aliq̄d
ſibi acquirere ꝓ mercede. qḋ quidē non ſit niſi cum aliq̄d
damus quod eſt condignū ei quod mereri dicimur. Da
re aūt nō poſſumus niſi qḋ noſtꝝ eſt cui⁹ domini ſum⁹
Sumus aūt domini noſtroꝝ actuū ꝑ voluntatē. non ſo
lum illoꝝ qui immediate ex volūtate eliciūtur. vt dilige
re et velle. ſed eorum etiam quia voluntate imperātur
per aliquas alias potentias eliciti. vt ambulare loqui et
huiuſmodi. Iſti aūt actus nō ſunt cōdigni quaſi preciū
reſpectu vite eterne niſi ſm̄ ꝙ ſūt gr̄atia ⁊ charitate infor
mati. Vn̄ ad hoc ꝙ aliquis actus ſit per ſe meritorius
oportet ꝙ ſit actus volūtatis vel imperātis vel elicien
tis. ⁊ iteꝝ. ꝙ ſit charitate informatus. qꝛ p̄ncipiū actus
eſt et habitus ⁊ potētia. ⁊ etiā ipſum obiectū. ideo quaſi
ſcḋario dicimur mereri ⁊ habitib⁹ ⁊ potentijs et obiectꝭ
ſed illud qḋ ꝑ ſe ⁊ p̄mo ē meritoriū eſt volūtarius act⁹.
paſſiones aūt non ſunt volūtatis nec vt imperantis nec
vt eliciētis. Paſſionū aūt principiū inquātū huiuſmodi
nō eſt in nobis. voluntaria aūt dicūtur aliq̄ ex hoc ꝙ in
nobis ſunt. vnde ⁊ paſſiones interdū actū voluntatis p̄
ueniunt. ⁊ ideo ꝑ ſe paſſionib⁹ nō meremur. ſꝫ tū̄ ſm̄ ꝙ
aliquo modo cōcomitātur voluntatē. aliquo modo ſe ha
bent ad meritum vt ſic poſſunt dici meritorie quaſi ꝑ acci
Paſſio tri deus. Habet aūt ſe paſſio ad voluntatez tripliciter. vno
pliciter ſe modo vt volūtatis obiectum. ⁊ ſic paſſiones dicunt̄ me
hꝫ ad vo ritorie inquantū ſunt volite vel amate. illud eīn quo per
luntatem ſe meremur ſm̄ hoc non erit ipſa paſſio. ſed paſſionis vo
luntas. Scḋo modo prout paſſio aliqua excitat volūta
tem vel intendit eam. Quod dupliciter accidere pōt vel
per ſe vel ꝑ accidens. Per ſe quidem quando paſſio exci
tat voluntatē ad id qḋ eſt ſibi ſimile. ſicut cum ex concu
piſcentia volūtas inclinatur ad conſentiendū cōcupiſci
bili. ex ira ad volendū vindictam. Per accidēs vero qn̄
paſſio per quandā occaſionē excitat volūtatem ad ꝯtra
rium. ſicut in caſto homine quādo inſurgit paſſio concu
piſcentie volūtas cū maiori conatu cōcupiſcentie reſiſtit
circa difficilia eīn magis conamur. et ſic paſſiones dicun
tur eſſe meritorie inquantū voluntas excitata a paſſione
eſt meritoria. Tertio mō eſt ecōuerſo qn̄ ex volūtate paſ
ſio excitatur. ſm̄ ꝙ motus appetitus ſuperioris redun
dat in inferiorem. ſicut cū quis ꝑ volūtatem deteſtatur
peccati turpitudinē ex hoc inferior appetitus ad verecun
diam afficitur. ⁊ ſic verecūdia dicitur eſſe vel laudabilis
vel meritoria ratione voluntatis cauſantis eā. In p̄mo
ergo modo paſſio ſe habet ad volūtatem vt obiectū. In
ſecūdo vt principiū. In tertio vt effectus. Vn̄ prim⁹ mo
dus remotior eſt a merito. pari eīn ratione poſſet dici ꝙ
auꝝ vel argentū meritoriū ē vel demeritoriū inquātum
hm̄oi meremur volēdo vel demeremur. vltim⁹ aūt mo
dus ē ad meritū ꝓpinquior ſm̄ ꝙ effect⁹ recipit a cauſa
et nō ecōuerſo. ⁊ ſic ꝓprie accipiēdo meritū paſſionib⁹ nō
meremur niſi ꝑ accidēs. Poteſt aūt meritū large accipi
ſm̄ ꝙ quelibet diſpoſitio faciens ꝯgruitatē ad aliq̄d. dici

tur mereri illud. ſicut ſi dicamus mulierem ratione pulcri
tudinis mereri ꝯiugium regis. ⁊ ſic paſſionib⁹ etiā cor
poralibus mereri dicimur inquantū ipſe paſſiones nos
reddunt quodāmodo aptos ad aliquā gloriam ꝑcipien
dam. Oportet igitur vtriſq̄ rationib⁹ reſpondere.
¶ Ad primū ergo dicendū. ꝙ preceptis dei admone Ad .1.
mur ad gaudendū ⁊ timēdum. ſcḋm ꝙ gaudiū ⁊ timor
et huiuſmodi in actu volūtatis ꝯſiſtunt. ⁊ non ſcḋm ꝙ
ſunt paſſiones vt ex predictis patꝫ. vel ſcḋm ꝙ huiuſmo
di paſſiones ex voluntate conſequūtur vt dicit Aug⁹.
¶ Ad ſecundū dicendū. ꝙ Aug⁹. dicit has paſſiones Ad. 2
eſſe volūtates inquantū ex volūtate ꝯſequūtur in nobis
vnde ſubiungit omnino ſm̄ varietatē reꝝ que appetunt̄
vel fugiūtur ſicut allicitur vel offenditur volūtas hoīs.
ita in hos vel in illos affectus mutatur vel etiā vertitur
Vel loq̄tur de eis ſcḋm ꝙ nomināt quoſdā actus volū
tatis vt dictum eſt. ¶ Ad tertiū dicendū. ꝙ paſſio cor Ad 3
poralis martiris ad meritū eſſentialis premij nō facit ni
ſi inquantū eſt volita. ſed ad premiū accidētale quod eſt
aureola martiꝝ ordinat̄ ꝑ modū meriti ſm̄ ꝙ facit quan
dam decētiā reſpectu aureole. decens ē eīn vt qui xp̄o cō
format̄ in paſſione ei ꝯformet̄ in gloria. Roma. viij. ſi tū̄
cōpatimur vt et ſimul glorificemur. Sciendū tamē ꝙ ☞
voluntas nō pōt ſe eodē modo habere ad paſſiones cor
porales dū homo eas nō patitur. ſicut qū eas patitur ꝓpt̄
eaꝝ acerbitatē. vn̄ ſm̄ phm̄ in. iij. eth. In talibus ſufficit
fortem nō triſtari. ⁊ ideo ipſa corporalis paſſio actualiter ꝑ
peſſa. ⁊ eſt ſignū voluntatis firme ⁊ conſtātis. ⁊ eſt etiaz
eius excitatiua ſm̄ ꝙ homo circa difficilia conatur. ⁊ ſic
aureola non debetur ꝯfeſſori ꝗ̄uis martiri debeat̄. Vn Ad 4
de patet ſolutio ad quartū. ¶ Ad quintū dicendū. ꝙ ad Ad 5
paſſionis intenſionē ſeq̄tur intenſio premioꝝ. vel ratio
ne cuiuſdam decentie. vel ratione voluntatis intenſe.
¶ Ad ſextū dicendū. ꝙ ꝗ̄uis volūtas augeatur ⁊ in paſ Ad 6
ſione ⁊ in actu exteriori. non tamē eſt ſimile de vtroq̄. nā
actus imperatur a voluntate. non aūt paſſio. vn̄ non ſimi
liter ſe habent ad meritū. ¶ Ad ſeptimū dicendū. ꝙ ob Ad 7
iectum determinat volūtatem ſcḋm ſpeciem actus. me
ritum aūt non conſiſtit in actu ꝓprie loquēdo ſcḋm ſpeci
em actus. ſed ſcḋm radicem que eſt charitas. ⁊ ideo non
oportet ꝙ paſſionib⁹ formaliter mereamur. ꝗ̄uis ſe ha
beant vt obiectū. ¶ Ad octauū dicendū. ꝙ totus labor Ad 8
quē ſuſtinet aliq̄s ꝯfeſſor longinquo tp̄e. non pōt adeq̄ri
morti quā martir ſuſtinet etiam in modico ſm̄ opis ge
nus. nā per mortē priuatur id qḋ eſt maxime diligibile.
ſcꝫ viuere et eſſe. vnde eſt finis terribiliū ſm̄ phm̄ in. iij.
eth. ⁊ circa eam eſt maxime virtus fortitudinis. Et hoc
patet manifeſte ex hoc. ꝙ homines diutinis afflictioni
bus fatigati horrent mortē quaſi magis eligentes affli
ctiones alias pati ꝗ̄ mortem. Et ideo phs in tertio eth.
dicit ꝙ virtuoſus exponit ſe morti. magis eligens vnam
bonā actionem ⁊ magnā ꝗ̄ paruas multas. qſi ille act⁹
fortitudinis in ſuſtinēdo mortem prepōderet multis ali Nota.
is virtuoſis opationib⁹. Et ideo quātū ad genus opis
plus meretur minimus martir ꝗ̄ quicunq̄ confeſſor. ta
men quantum ad radicem operis poteſt confeſſor plus
mereri inquantum ex maiori charitate operatur. ⁊ quia
premium eſſentiale reſpondet radici charitatis. acciden
tale vero generi actus. Inde ē ꝙ aliquis confeſſor poteſt
aliquo martire eſſe eminentior quantum ad premium eſ
ſentiale. martir tamē quantū ad p̄miū accidētale. ¶ Ad Ad 9
ix. dicēdū. ꝙ glo. illa loq̄t̄ de tribulatione ſm̄ ꝙ ē volita vel.

Ad io voluntatē excitās Et ſimiliter dicēdū eſt ad decimū.
Ad .ij. ¶ Ad vndecimū dicendū ꝙ virgini que ꝓpter xp̄m cor
rumperetur illa corruptio meritoria foret ſicut ⁊ alie paſ
ſiones martirꝫ. nō quia ipſa corruptio eſſet volūtaria. ſꝫ
quia eius antecedēs eſt volūtarium. ſcꝫ ꝑmanere in con
feſſione xp̄i ad qḋ ſeqtur eam corrūpi. vt ſic corruptio il
la ſit voluntaria. nō volūtate abſoluta. ſed voluntate q̄ſi
conditionata inquātum magis elicit pati hoc obprobri
um q̄ꝫ xp̄m negare ¶ Ad duodecimū dicēdū. ꝙ duplex
Ad iz eſt difficultas. vna que ē ex magnitudine facti ⁊ eius bo
nitate. ⁊ hec difficultas reqritur ad virtutē. Alia q̄ eſt
ex parte agentis inquātū eſt deficiēs. vel impeditus cir
ca rectas oꝑationes. ⁊ hanc difficultatē vel tollit vel mi/
nuit virtus. ⁊ ſic paſſiones difficultatē faciūt. Primo er/
go difficultas q̄ eſt ex parte facti ꝑ ſe facit ad meritū ſi
cut bonitas actus. Sc̄da vero q̄ eſt ex infirmitate ope/
rantis non facit ad meritum. niſi forte occaſionaliter in/
quantū eſt occaſio maioris conatus Nō aūt verū eſt ꝙ
Adam in primo ſtatu mereri nō potuit ſi gratiam habu
it q̄uis nihil retraheret a bono ⁊ nihil impelleret ad ma
lum. quia ſi perſtitiſſet ad gloriam quādoq̄ perueniſſet.
et cōſtat ꝙ non ſine merito Nec Magiſter dicit. ꝙ non
potuiſſet mereri in primo ſtatu. ſed dicit ꝙ poſſet vitare
peccatum ſine hoc ꝙ mereretur. poterat eīn vitare pec/
catum ſine gratia ex hoc ꝙ nihil impellebat ad malum.
ſine gratia vero nihil poteſt eſſe meritoriū ¶ Ad decimū
Ad iz tertiū dicendū ꝙ timor ille penarꝫ eternarꝫ qui eſt per ſe
meritorius. eſt in voluntate. ⁊ nō eſt paſſio per ſe loquē
do. vt ex predictis patet. Poteſt tamē in inferiori appeti/
tu excitari paſſio timoris ex penis eternis vel per redun
dantiam ex ſuperiori appetitu in inferiorē. vel per hoc ꝙ
conceptio intellectus de penis eternis formatur in ima/
ginatione. ⁊ ſic mouetur appetitus inferior ꝑ paſſionē ti
moris. ſed hic timor non ſe habet ad meritum niſi per ac
cidens vt dictum eſt. ¶ Ad decimūquartū dicendū ꝙ
Ad i4 ſicut premiū per accidens ⁊ quaſi ꝑ quādam redūdanti
am ab anima procedit in corpus. ita etiam meritum eſt a
voluntate ꝑncipaliter ⁊ per oꝑationes corporales quaſi
per accidens inquātum imperātur a volūtate ¶ Ad de
Ad iſ cimūquintū dicendū ꝙ loquēdo de difficultate que ē ex
parte noſtra. ſic paſſiones difficultatē habent magis q̄ꝫ
actus volūtatis. ſed ſic difficultas non facit ad meritum
niſi ꝑ accidēs vt dictū eſt. ⁊ ſimiliter nec paſſiones. ſed lo
quendo de difficultate q̄ eſt ex excellentia et bonitate rei
que ꝑ ſe facit ad meritū ſic ē maior difficultas ex ꝑte actu
um volūtatis. ¶ Ad. xvi. dicendū ꝙ paſſiones aliq̄ di/
Ad i6 cūtur eſſe a plbis laudabiles inquātū ſunt effectus et in
dicia bone volūtatis. ſicut patet de verecūdia. que indi/
cat volūtatem hoīs repugnātem turpitudini peccati vel
miſericordia que ē dilectionis ſignū. ⁊ ideo qn̄q̄ a ſanctꝭ
nomina harꝫ paſſionū accipiūtur ꝓ habitibus a quibꝰ
volūtas elicitur. q̄ eſt harꝫ paſſionū ꝑncipiū. ¶ Ad de
Ad i7 cimūſeptimū dicendū ꝙ ꝑmi motus nō habēt rationem
☞ perfectā peccati vel demeriti. ſed ſunt quaſi quedā diſpo
ſitiones ad demeritū. ſicut veniale eſt diſpoſitio ad mor/
tale. vnde nō oportet ꝙ ipſi motus ſenſualitatis ſint ꝑm
ſe merita. quia meritū non poteſt eſſe niſi actus volunta
rius vt dictum ē. Paſſiones aūt iſte dicūtur interdū vi
tia inquātū nominibꝫ paſſionū actus volūtatis deſignā
tur. vel etiā habitus. vicia eīn contra naturā paſſiones
nominātur. q̄uis ſint volūtarij actus inquātum per hu
iuſmodi vicia natura a ſuo ordine perturbatur.

¶ Ad illud vero qḋ primo obijcitur in contrarium Solō in
dicendū ꝙ paſſionibꝫ inuiti cedimus non quantū ad con ſtantiarꝫ
ſenſum cū eis non niſi volūtate ꝯſentiamus. ſed quantū Ad .i.
ad aliquā corporalem tranſmutationē. ſicut eſt riſus et
fletus ⁊ alia huiuſmodi. ⁊ ideo inquantū eis voluntate
cōſentimꝰ vel diſſentimꝰ ſunt meritorie vel demeritorie
¶ Ad ſecūdum dicendū ꝙ paſſiones inferioris appetitꝰ Ad 2
q̄uis aliqñ preueniant actū volūtatis. nō tamē ſemper.
Non eīn ſimiliter ordināntur appetitiue ſicut apprehenſi
ue. nā intellectus noſter accipit a ſenſu. vñ operatio in/
tellectus eſſe nō poteſt niſi preexiſtēte aliqua operatione
ſenſus. volūtas aūt non accipit ab inferiori appetitu. ſed
magis ipſū mouet. ⁊ ideo nō oportet ꝙ actum volunta
tis precedat paſſio inferioris appetitus. ¶ Ad tertiū di Ad 3
cendū ꝙ q̄uis paſſiones nō ſint laudabiles ꝑ ſe poſſunt
tamē eſſe laudabiles ꝑ accidēs vt dictū eſt ¶ Ad. iiij. di Ad 4
cendū ꝙ xp̄s per paſſionem ſuā meruit. ⁊ ſibi et nobis.
Sibi quidē gloriam corporis. quā q̄uis per alia preceden
tia merita meruit tamē per quandā decētiam ꝓprie clari
tas reſurrectionis ē premiū paſſionis. quia exaltatio eſt
ꝓprium humilitatis premiū. Nobis aūt meruit inquan
tum in ſua paſſione ꝓ peccato totius humani generis ſa/
tiſfecit. non aūt ꝑ precedētia oꝑa. q̄uis ꝑ ea nobis meru
it. Penalitas eīn ad ſatiſfactionē reqritur ꝑ modum cu/
iuſdam recompēſationis ꝯtra delectationem peccati.
¶ Ad. v. dicendū ꝙ gloriā corporis xp̄s per paſſionem Ad 5
dicendum. ꝗ ſtatus viatoꝛis eſt ſtatus imperfectionis. ſtatus autem ꝯpꝛehenſoꝛis eſt perfectionis. ſm igiť hoc chꝛiſtus ſtatum viatoꝛis habuit ꝗ coꝛpus paſſibile gere bat. ⁊ ſimiliter animam. ſm hoc vero ſtatum compꝛehen ſoꝛis ꝗ per actum ſuperioꝛis rationis perfecte deo frue batur. quod quidem eſſe poterat in chꝛiſto pꝛopter hoc ꝗ impediebatur diuina virtute redũdantia ex vno in ali ud. vt dictum eſt. Et hec etiam eſt cauſa quare ſimul gau dium ⁊ triſticia ei ineſſe poterant. Et ideo dicitur ꝗ ſm duos ſtatus hec duo ſibi inerant, quia habere duos ſta
tus. et ſimul pati doloꝛem ⁊ gaudium nõ ab eadem cau Ad 15
ſa procedebat. ¶ Ad decimũquintum dicendum. ꝗ q̃ uis ſtatus compꝛehenſoꝛis ⁊ viatoꝛis ſint quaſi contra rij. tamen chꝛiſto ſimul poterant ineſſe. non ſm idem. ſed ſm diuerſa. Nam ſtatus compꝛehenſoꝛis inerat ei ſcđm ꝗ per fruitionem adherebat deo ſm ſuperioꝛem ratõem ſtatus vero viatoꝛis ſm ꝗ naturali quadam coniunctione et anima coꝛpoꝛi paſſibili iungebatur. et ſuperioꝛ rõ ipſi anime. vt ſic ſtatus compꝛehenſoꝛis pertineat ad actuꝫ
ſuperioꝛis rationis. ſtatus vero viatoꝛis ad coꝛpus paſ Ad 16
ſibile ⁊ ad ea que ad hoc conſequuntur. ¶ Ad decimum ſextum dicendum. ꝗ in chꝛiſto hoc fuit ſpeciale ratione iam dicta. ꝗ quãtumcũqꝫ intenderetur potentia vna in ſuo actu. alia nõ retrahebatur a ſuo actu vt aliquatenus impediebatur. et ſic gaudium ſuperioꝛis ratõnis neqꝫ im pediebatur per doloꝛem qui erat in ſenſu ſm actum. neqꝫ ſenſus a doloꝛe ſm ꝗ erat gaudium in ſuperioꝛi ratione. quia ille doloꝛ in ea non erat ſm actum eius. ſed attinge bat eam aliqualiter ſm ꝗ in eſſentia anime erat fundata

Ad 17 ¶ Ad decimumſeptimum dicendum. q sicut cognitiõ
beata eſt principaliter diuine eſſentie. ⁊ ſecundario omnium
que in diuina eſſentia cognoſcũtur. ita affectio ⁊ gaudi/
um beatorum principaliter eſt de deo. ſecũdario vero eo/
rum de quibus gaudij deus eſt ratio. et ſic quodammo/
do dolor paſſionis poterat eſſe materialis reſpectu gau/
dij fruitionis. erat eñ illud gaudiũ principaliter de deo
et ſecundario de his que erant deo placita. Et ſic etiam
erat de dolore inq̃tũ a deo acceptabat̃. vtpote ad ſalutẽ
humani generis ordinatus.

Materia. xxviij.
De gratia

# Queſtio. viceſimaſe

prima de gratia. Et habet ſeptem queſtio
nes Prima. vtrum gratia ſit quid creatũ
poſitiue in anima. Secũda. vtrum gratia
gratum faciens ſit idem quod charitas. Tercia. vtrum
aliqua creatura poſſit eſſe cauſa gratie Quarta. vtrum
ſacramenta noue legis ſint gratie cauſa. Quinta. vtrum
in homine vno ſit tm̃ vna gratia gratum faciens. Sexta
vtrum gratia ſit in eſſentia anime ſicut in ſubiecto. Se/
ptima. vtrum gratia ſit in ſacramentis.

# Queſtio ẽ de gra/

tia. Et primo queritur Utrum gra
tia ſit aliquid creatum poſitiue in ani
1. ma Et videtur q non. quia ſecũ
dum Auguſtinum. ſicut anima eſt
vita corporis. ita deus eſt vita ani/
me. ſed anima eſt vita corporis nulla
alia forma mediãte. ergo et ſimiliter deus anime. ⁊ ita vi
ta que eſt per gratiam non eſt per aliquam formam crea
2 tam in anima exiſtentem. ¶ Preterea. Gratia gratuz fa
ciens. de qua loquimur. nihil aliud videtur eſſe q̃ id ſm
qd homo eſt deo gratus. ſed homo eſt deo gratus ſm q
eſt acceptatus a deo. acceptatus autem dicitur aliquis p
dei acceptationem. que quidem eſt in ipſo deo. ſic et ali/
quis dicitur eſſe homini acceptatus non per aliquid qd
ſit in acceptato. ſed per acceptatõem que eſt in acceptan/
te. ergo gratia nihil ponit in homine. ſed in deo tantum.
3 ¶ Pre. Per eſſe ſpirituale gratie magis deo appropin/
quamus q̃ per eſſe naturale. ſed eſſe naturale deus in no
bis fecit nulla alia cauſa mediante. quia immediate nos
creauit. ergo et eſſe ſpirituale gratuitũ in nobis facit nul/
4 lo alio mediante. et ſic idem quod prius. ¶ Prete. Gra/
tia eſt quedam anime ſanitas. ſanitas autem in ſano ni/
hil aliud ponere videtur q̃ ipſos humores adequatos.
ergo ⁊ gratia nullam formam ponit in anima. ſed pre/
ſupponit potentias anime equalitate iuſticie adequatas
¶ Prete. Gratia nihil aliud videtur eſſe q̃ quedam li/ 5
beralitas. idem enim videtur eſſe gratis dare qd libera/
liter dare. liberalitas autem nõ eſt in accipiente ſed in dan
te. ergo et gratia eſt in dante deo qui nobis ſua bona dat
non autem in nobis. ¶ Prete. Nulla creatura anima 6
chriſti eſt nobilior. gratia autem ea nobilior eſt. quia per
gratiam anima chriſti nobilitatur. ergo gratia non eſt ali
quid creatum in anima. ¶ Prete. Sicut ſe habet veri/ 7
tas ad intellectum. ita gratia ad affectum. ſed ſm Augu
ſtinum. vna eſt veritas qua omnes intelligunt intelle/
ctus. ergo vna eſt gratia per quam omnes affectus per/
ficiuntur. nullum autem creatum vnũ poteſt eſſe in mul
tis. ergo gratia non eſt quid creatum ¶ Preterea. Nihil 8
eſt in genere niſi compoſitum. gratia autem non eſt com/
poſita ſed forma ſimplex. ergo non eſt in genere aliquo. er
go gratia non eſt quid creatum. ¶ Prete. Si gratia eſt 9
aliquid in anima non videtur eſſe niſi habitus. tria enim
ſunt in anima. ſm philoſophum in. ij. ethicorum. ſcz po/
tentia. habitus. et paſſio. gratia autem non eſt poten
tia. quia ſic eſſet naturalis. nec etiam paſſio. quia ſic inſpi/
ceret irrationalem partem principaliter. Sed iterum nõ
eſt habitus. nam habitus eſt qualitas difficulter mobi/
lis. ſm philoſophum in predicamentis. gratia autem fa/
cillime remouetur. quia per actum vnũ peccati mortalis
ergo gratia non eſt aliquid creatum. ¶ Prete. ſm Au/ 10
guſtinũ. inter aiam noſtrã ⁊ deum non cadit mediũ cre
atum. ſed gratia inter deum ⁊ animam noſtraz cadit me
dium. quia per gratiam anima noſtra deo vnitur. ergo
gratia non eſt aliquid creatum. ¶ Preterea. Homo eſt 11
alijs creaturis nobilior et pfectior. ſed alijs creaturis nõ
apponitur aliquid ſuper naturalia ſua ad hoc vt a deo ac/
ceptentur. cum tamen a deo approbata ſint. ſm illud Ge
neſ. primo. Uidit deus cuncta ⁊c. ergo nec homini addi
tur aliquid ad ſua naturalia ſm qd dicatur deo acceptus
et ſic gratia nõ eſt aliquid poſitiue in anima.

¶ Sed cõtra eſt quod dicit gloſa. ſuper illud pſ. Ut Cõtra
exhilaret faciẽ ei⁹ in oleo. gr̃a eſt quidã nitor aie ſanctuz
conciliãs amorem. ſed nitor eſt aliquid poſitiue in anima
quod eſt creatum. ergo ⁊c. ¶ Prete. Deus dicitur eſſe
in ſanctis per gratiam quodam ſpeciali modo pre alijs
creaturis. non autem dicitur eſſe deus nouo modo in ali
quo niſi per aliquem effectum. ergo gratia eſt aliqs effe
ctus dei in anima. ¶ Prete. Damaſ. dicit. q gratia eſt de
lectatio anime. ſed delectatio eſt aliquod creatum in ani/
ma. ergo et gratia. ¶ Prete. Omnis actio eſt ab aliqua
forma. ſed actio meritoria eſt a gratia. ergo gratia eſt ali/
qua forma in anima

¶ Reſponſio dicendum. q nomen gratie dupliciter Rñſo
conſueuit accipi. Uno modo pro aliquo quod gratis da Gr̃a capit
tur. ſicut conſueuimus dicere. facio tibi hanc gratiam. dupliciter
Alio modo p acceptatõne qua aliquis ab aliquo accepta
tur. ſicut dicimus ille habet gratiam regis. quia acceptus
eſt regi. Et ille due ſignificationes ordinem habent ad in
uicem. non enim aliquid gratis datur niſi per hoc q ali/
quo modo ille cui datur eſt acceptus Sic etiam in di In diuinis
uinis duplicem gratiam dicimus. quarum vna dicit̃ gra dux ẽ gr̃a
tia gratis data. vt donum prophetie. et ſapientie. ⁊ lin/
guarũ ⁊ huiuſmodi. de qua nunc non queritur. quia con
ſtat huiuſmodi dona eſſe aliquid creatum in anima.

Alia vero dicitur gratia gratūfaciens ſm quam homo dicitur deo acceptus. de qua nūc loquimur. et ꝙ hec gratia ponat aliquid in deo manifeſtum eſt. ponit eñ actum diuine voluntatis acceptantis iſtū hominē. Sed vtrū
Opio. I. cū hoc ponat aliquid in ipſo homine acceptato fuit dubiū apud quoſdam. quibuſdam aſſerentibus gratiam huiuſ
Repbat modi nihil in anima creatū eſſe. ſed ſolum in deo. Sed hoc ſtare non poteſt. deum eñ acceptare aliquē vel diligere quod idem eſt. nihil aliud eſt q̄ velle ei aliquod bonuꝫ. vult autem deus omnibus creaturis bonū nature. propter quod dicitur oīa diligere Sapien. xi. Diligis eñ omnia que ſunt ⁊ nihil odiſti ⁊c. ⁊ oīa approbare Gen. pimo. vidit deus cuncta que fecerat ⁊c. ſed ratione huius acceptatōis non conſueuimus dicere aliquē habere gratiam dei. ſed inquantū deus vult aliquod ei bonuꝫ ſupnaturale quod eſt vita eterna. Sicut habetur Iſa. lxiiij. oculus non vidit deus abſq; te que preparaſti diligentibus te. vnde et Roma. vi. dicitur. gratia dei vita eterna. ſed hoc bonum deus non vult alicui indigno. ex natura autem ſua homo non eſt dignus tanto bono cum ſit ſupernaturale. Et ideo ex hoc ipſo ꝙ ponitur aliquis deo gratus reſpectu huius boni. ponitur ꝙ in eo ſit aliquid per quod ſit dignus tali bono ſuper ſua naturalia. quod quidem non mouet diuinam voluntatem vt hominē ad bonū illud ordinet. ſed potius econuerſo. ex hoc ipſo ꝙ deꝰ ſua voluntate aliquem ordinat in vitam eternam. preſtat ei aliquid per quod ſit dignus vita eterna. Et hoc eſt quod dicitur ad Coloſſenſ. primo. qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. Cuius ratio eſt quia ſicut ſcientia dei eſt cauſa rerum nō cauſata a rebus vt noſtra. ita ⁊ voluntas eius eſt effectrix boni. non cauſata a bono ſicut noſtra. Sic ergo homo dicitur gratiaꝫ
Opi. tho dei habere non ſolum ex hoc ꝙ a deo diligitur in vitā eternam. ſed ex hoc quod datur ei aliquod donum per quod eſt dignus vita eterna. et hoc donum dicitur gratia gratumfaciens. aliter enim et in peccato mortali exiſtens poſſet dici in gratia dei eſſe. ſi gratia ſolam acceptationem diceret. cum contingat aliquem peccatorem eſſe pdeſtinatum ad vitam eternam habendaꝫ. Sic enim gratia faciens gratum poteſt etiam dici gratis data. ſed non econuerſo. quia non omne donum gratis datū nos dignos vita eterna facit

Ad .I. ¶ Ad primū ergo dicendum ꝙ anima cauſa eſt formalis vite corporalis. vnde nulla forma mediāte corpus viuificat. Deus autem viuificat animā non ſicut cauſa formalis. ſed ſicut cauſa efficiens. vñ aliqua forma cadit media. ſicut pictor album facit parietē effectiue albedine mediante. albedo vero nulla forma mediante. quia facit al-
Ad 2 bum formaliter ¶ Ad ſecundū dicendum ꝙ ipſa acceptatio que eſt in voluntate diuina reſpectu boni eterni producit in homine acceptato aliquid vnde dignus ſit conſequi bonum illud. quod non ꝯtingit in acceptatione humana. et ſm hoc gratia gratumfaciens eſt aliquid crea-
Ad 3 tum in anima ¶ Ad tercium dicendū ꝙ eſſe naturale per creationem deus creat in nobis nulla cauſa agente mediante. ſed tamen mediante aliqua cauſa formali. Forma enim naturalis principium eſt eſſe naturalis. et ſimiliter eſſe ſpirituale gratuitum deus facit in nobis. nullo agente mediante. ſed mediāte aliqua forma creata que eſt gra-
Ad 4 tia. ¶ Ad quartum dicendū ꝙ ſanitas eſt quedam qualitas corporalis ex humoribus adequatis cauſata. ponitur enim in prima ſpecie qualitatis. ⁊ ſic ratio procedit ex
falſo ¶ Ad quintum dicendum ꝙ ex ipſa liberalitate dei Ad 5
qua nobis eternum bonum vult ſequitur ꝙ ſit aliquid in
nobis a deo datuꝫ quo illo bono digni efficiamur. ¶ Ad Ad 6
ſextum dicendum ꝙ nulla creatura eſt ſimpliciter anima chriſti nobilior. ſed ſm quid ſm ꝙ omne accidens anime eſt ea nobilior inquantū comparatur ad ipſam vt forma eius. Vel poteſt dici ꝙ gratia inquantū creata nō eſt nobilior anima chriſti. ſed inquantū eſt quedam ſimilitudo diuine bonitatis expſſior q̄ ſimilitudo naturalis que
eſt in anima chriſti. ¶ Ad ſeptimū dicendū ꝙ vna eſt ve- Ad 7
ritas increata prima a qua tamen multe veritates. quaſi prime veritatis ſimilitudines. in mentibus creatis cauſantur. vt dicit gloſa ſuper illud ps. diminute ſunt veritates a filijs hominū. Similiter vna eſt bonitas increata. cuius multe ſunt ſimilitudines in creatis mentibus per participatōem gratie. Et tamen ſciendū eſt ꝙ nō eodē modo ſe habet gratia ad affectum ſicut veritas ad intellectum. Nam veritas ſe habet ad intellectuꝫ vt obiectū. Gratia autem ad affectum vt forma informans. cōtingit
autem idem eſſe obiectū diuerſorum. non autem eandem Ad 8
formā ¶ Ad octauū dicendum ꝙ omne quod eſt in genere ſubſtantie eſt compoſitum reali compoſitione. eo ꝙ id quod eſt in pdicamento ſubſtantie eſt in ſuo eſſe ſubſiſtēs et oportet ꝙ ſuū eſſe ſit aliud q̄ ipſum. alʼs non poſſet differre ſm eſſe ab illis cum quibus conuenit in ratione ſue quidditatis. quod requiritur in omnibus que ſunt directe in pdicamento Et ideo omne quod eſt directe in predicamento ſubſtantie eſt compoſitū ſaltem ex eſſe ⁊ quod eſt. Sunt autem quedam in pdicamento ſubſtantie per reductionem vt principia ſubſtantie ſubſiſtentis. in quibus predicta compoſitio non inuenitur. non eñ ſubſiſtūt et ideo proprium eſſe non habent. ſimiliter accidentia. q̄a non ſubſiſtunt non eſt eoꝝ proprie eſſe. ſed ſubiectum eſt aliquale ſm ea. vnde proprie magis dicuntur entis q̄ entia. Et ideo ad hoc ꝙ aliquid ſit in pdicamento aliquo accidentis non requiritur ꝙ ſit compoſitum compoſitione reali. ſed ſolūmodo compoſitione rationis ex genere et
differentia. ⁊ talis compoſitio in gratia inuenitur. ¶ Ad
nonum dicendum ꝙ q̄uis per actum vnum peccati mor- Ad 9
talis gratia amittatur. non tamen gratia facile amittitur quia habenti gratiam non eſt facile illum actuꝫ exercere
propter inclinationem contrarij. ſicut phus dicit in quin- Ad 10
to ethicoꝝ. ꝙ iuſto difficile eſt operari iniuſta. ¶ Ad decimū dicendum ꝙ inter mentem noſtram ⁊ deum nihil cadit medium neq; per modū efficientis. quia immediate a deo creatur ⁊ iuſtificatur. Nec per modū obiecti beatificantis. quia ex ipſa dei fruitione anima ſit beata. poteſt ta-
men aliquid eſſe medium formale quo anima deo ſimila- Ad 11
tur ¶ Ad vndecimū dicendū ꝙ alie creature irrationales acceptantur a deo ſolum reſpectu bonoꝝ naturalium Vnde diuina acceptatio nihil in eis addit ſupra naturalem conditionem per quā huiuſmodi bonis ſunt proportionata. homo autem acceptatur a deo reſpectu ſupernaturalis boni. Et ideo requiritur aliquid ſuperadditū naturalibus. per quod ad illud bonū proportionetur.

Ecũdo querit̃. vtruz
gratia gratũfaciens ſit idem qȝ charitas. Et
1 videt̃ ꝙ ſic. Gratia eñ gratũfaciẽs in nobis eſt illud dei
donũ ꝑ quod ei accepti ſumus. Hoc aũt eſt ꝑ charitatẽ
prouerbioꝝ. viij. ego diligẽtes me diligo. ergo gratia gra
tũfaciens eſt idẽ quod charitas ¶ Prete. Aug᷒. dr. ꝙ il⸗
2 lud dei bñficiũ q̃ volũtas hois ꝑparat̃ ⁊ ꝑuenit̃ eſt fides
non aũt informis ſed formata. qȝ ẽ ꝑ charitatẽ Cũ ergo
iſtud beneficium ſit gratia preueniens. videt̃ ꝙ charitas
3 ſit ipſa gratia. ¶ Pre. Ad hoc ſpũſſanctus inuiſibiliter
mittit̃ ad aliquẽ vt ipm inhabitet. ergo ſm idem donum
mittit̃ ⁊ inhabitat. Dicit̃ aũt mitti ſm donuz charitatis
ſicut ⁊ filius ſm donũ ſapientie. ꝓpter ſimilitudinẽ hoꝝ
donorum ad ꝑſonas diuinas. Dicit̃ vero inhabitare ani
mã ſpũſſanctus per gratiam. ergo gratia eſt idem quod
4 charitas. ¶ Pre. Illud donum dei eſt gratia ꝑ qȝ digni
reddimur ad vitam eternã habendã. ſed ꝑ charitatez ho
mo reddit̃ dignus vita eterna. vt pȝ Joh. xiiij. Si qs di
ligit me. diligetur a patre meo ⁊ ego diligã eum. ⁊ mani⸗
feſtabo ei meipm. in qua manifeſtatione vita eterna cõſi⸗
ſtit. ergo charitas eſt idem qȝ gratia ¶ Pre. De ratione
5 charitatis duo pñt intelligi. ſcȝ ꝙ ꝑ eaȝ homo ſit deo cha
rus. ⁊ ꝙ ꝑ eaȝ homo habeat deũ charũ. per prius aũt eſt
de rõe charitatis ꝙ homo ſit deo charus q̃ȝ ꝙ habeat deũ
charum. vt pȝ. i. Joh. iiij. nõ quaſi nos dilexerimus deũ
ſed quoniã ipſe prior dilexerit nos. ſed hec eſt ratõ gratie
vt ꝑ eam ſit homo deo gratus. ergo cũ idem ſit aliqd eſſe
deo charꝫ ⁊ gratũ. videt̃ ꝙ idem ſit gratia et charitas.
¶ Pre. Aug᷒. dr. ꝙ ſola charitas eſt q̃ diuidit inter filios
6 regni ⁊ filios perditionis. cetera enim de natura ſua ſunt
bonis malis q̃ȝ cõmunia. ſed gratia gratũfaciens diſtin⸗
guit inter filios ꝑditionis ⁊ regni. nec eſt niſi in bonis. er
7 go eſt idem qȝ charitas ¶ Pre. Gratia gratũfaciens cũȝ
ſit quoddã accidens nõ poteſt eſſe niſi in genere qualita⸗
tis. nec niſi in prima ſpecie que eſt habitus ⁊ diſpoſitio. et
cum nõ ſit ſcientia nõ videtur eſſe aliud q̃ȝ virtus. nec ali
qua virtus poteſt eſſe gratia niſi charitas que eſt forma
virtutũ ceterarũ. ergo gratia eſt charitas

Contra ¶ Sed contra. Nihil ꝑuenit ſeipſum. ſed gratia ꝑue⸗
nit charitatem. vt Aug᷒. dr in ſcȝo de ꝑdeſtinatione ſan⸗
ctoꝝ. ergo gratia non eſt idez qȝ charitas ¶ Pre. Rom.
v. dr. charitas dei diffuſa eſt in cordib᷒ noſtris ꝑ ſpiritũ⸗
ſanctum qui datus eſt nobis. ergo datio ſpũſſancti prece
dit charitatẽ. ſicut cauſa effectũ. ſed ſpũſſanctus datur ꝑ
aliquod donũ ſuum. ergo aliquod donum eſt in nobis qȝ
precedit charitatez. ⁊ hoc non videt̃ eſſe aliud q̃ȝ gratia.
ergo gratia eſt aliud q̃ȝ charitas ¶ Pre. Gratia eſt ſemꝑ
in ſuo actu. qȝ ſemꝑ facit hoiem gratũ. charitas vero non
ſꝑ eſt in ſuo actu, nõ eñ ſꝑ habẽs charitatẽ actu diligit.
ergo charitas nõ eſt gratia. ¶ Pre. Charitas q̃dam dile
ctio eſt. dilectio aũt eſt ſm quam diligentes ſumus. ergo
charitas ꝓprie eſt ſm quaȝ ꝓprie diligentes ſumus. ſed nõ
ſm hoc ſumus deo accepti ꝙ ſumus diligentes. ſed poti⸗
us ecõuerſo. actus enim noſtri non ſunt cauſa gratie. ſed
ecõuerſo. ergo gratia per quam ſumus deo accepti eſt ali
ud q̃ȝ charitas ¶ Pre. Quod pluribus cõmune eſt non
ineſt alicui eoꝝ reſpectu alicuius qȝ ſic ſibi ꝓpriũ. ſed pro
ducere actum meritoriũ eſt cõmune omni virtuti. ergo
eorum nulli cõuenit ſm ꝙ eſt ei proprium. ⁊ ita nec ſm ſe
charitati. cõuenit ergo ei ſm aliquid cõmune ſibi ⁊ omni
bus virtutib᷒. ſed actus meritorius eſt a gratia. ergo gra
tia dat aliquid cõmune charitati et alijs virtutibus. ſed
non cõmune ꝑ predicationem. vt videtur. quia ſic eſſent
tot gratie quot ſunt virtutes. ergo cõmune per moduz
cauſe. ⁊ ſic gratia eſt aliud ꝑ eſſentiaȝ a charitate ¶ Pre.
Charitas perficit animã in ordine ad obiectum diligibi
le. ſed gratia non importat reſpectum ad aliquod obiectũ
quia nec ad actum. ſed ad quoddam eſſe. ſcȝ eſſe gratuȝ
deo. ergo gratia non eſt charitas

¶ Rñſio dicenduȝ ꝙ q̃dam dicunt ꝙ gratia eſt idem Rñſio
per eſſentiam quod virtus ſm rem. differunt autem ſm Opinio
rationem. vt virtus dicatur ſm ꝙ perficit hominem et
eius actum. Gratia autẽ dicatur ſm ꝙ facit hominem et
eius actum deo acceptum, ⁊ inter alias virtutes ꝑcipue Opi. tho
charitas eſt gratia ſm eos Dicunt autẽ alij econuerſo
ꝙ charitas ⁊ gratia per eſſentiam differunt. ⁊ hec opinio
rõnabilior videt̃. Cũ eñ diuerſaꝝ naturaꝝ diuerſi ſitꝫ Tria requi
fines. ad ꝯſequutionẽ alicuius finis in reb᷒ naturalib᷒ tria runt̃ ad fi
exigunt̃. ſcȝ natura proportionata ad finẽ illũ, ⁊ inclinatio nis ꝯſecu.
in finem illum que eſt naturalis appetitus finis. ⁊ motus
in finem Sicut patet ꝙ in terra eſt natura quedã ꝑ quã
ſibi competit eſſe in medio centro, ⁊ hanc naturam ſequit̃
tur inclinatio in locum medium ſm quam appetit natu⸗
raliter talem locum. etiam cum extra ipſum per violenti
am detinetur. ⁊ ideo remoto prohibente deorſum moue⸗
tur. Homo autem ſm naturam ſuam proportionatus
eſt ad quendã finem. cuius habet naturalem appetituȝ. et
ſm naturales vires operari poteſt ad conſequutõnem il⸗
lius finis qui finis eſt aliqua contemplatio diuinoꝝ. qua⸗
lis eſt homini poſſibilis ſm facultatem nature. in q̃ etiaȝ
philoſophi vltimã felicitatem hominis poſuerunt. Sed
eſt aliquis finis ad quem homo preparat̃ a deo ſupra hu⸗
mane nature proportõem. ſcȝ vita eterna que conſiſtit in
viſione dei ꝑ eſſentiaȝ que excedit ꝓportionem cuiuſlibet
nature create ſoli deo connaturalis exiſtens. vnde opor⸗
tet ꝙ homini detur aliquid non ſolum per quod opere⸗
tur vel ꝑ quod inclinetur eius appetitus in finem illũ. ſed
etiam ꝑ quod ipſa natura hominis eleuetur ad quandaȝ
dignitatem ſm quam talis finis ſit ei cõpetens. ⁊ ad hoc
datur gratia. Ad inclinandũ autem affectum in hunc finẽ
datur charitas. ad exequenduȝ autem opera quibus ꝑ⸗
dictus finis acq̃ritur dantur alie virtutes. Et ideo ſicut
in rebus naturalib᷒ eſt aliud natura ipſa q̃ȝ inclinatio na⸗
ture et eius motus vel operatio. ita in gratuitis eſt aliud
gratia a charitate ⁊ a ceteris virtutibus. Et ꝙ hec com
paratio ſit recte accepta. patet ꝑ Dyon. ij. cap. eccl. hie⸗
rarch. vbi dr. ꝙ non poteſt aliquis habere ſpũalem opati
onem niſi ꝑus eſſe ſpũale accipiat. ſicut nec operationẽ ali⸗
cuius nature niſi prius habeat eſſe in illa natura.
¶ Ad primũ ergo dicendũ ꝙ deus diligit ſe diligen⸗ Ad. j.
tes. non tamen ita ꝙ dilectio ſe diligentium ſit ratio quare
ipſe diligat. ſed potius econuerſo ¶ Ad ſecundũ dicendũ
ꝙ fides dicitur gratia preueniens inquantũ in motu fi⸗ Ad. 2
dei primo apparet gratie ꝑuenientis effectus. ¶ Ad ter⸗ Ad 3
cium dñm ꝙ tota trinitas in nobis habitat ꝑ gratiaȝ. ſed
ſpecialiter alicui ꝑſone appropriari poteſt inhabitatio ꝑ
aliquod ſpeciale donũ quod habet ſimilitudinẽ cum ipſa
ꝑſona. rõne cuius etiã ꝑſona mitti dr. ¶ Ad quartũ dñm Ad 4
ꝙ charitas nõ ſufficeret ad merendũ bonũ eternũ niſi p⸗
ſuppoſita idoneitate merentis q̃ eſt ꝑ grãm. aliter eñ nra

Ad 5 dilectio non eſſet tanto p̄mio condigna ❡ Ad quintū di-
cendū ꝙ non eſt incōueniens aliquid eſſe ꝑus ſm rem qd̄
tamen poſterius eſt de rōne alicuius noīs. ſicut prius eſt
cauſa ſanitatis ꝙ̄ ipſa ſanitas in ſanitatis ſubiecto. et ta-
men ſanū ꝑ prius ſignificat habentē ſanitatez ꝙ̄ ſanitatis
cauſam. Silr̄ etiā ꝗuis prius ſit diuina dilectio q̄ deus
nos diligit. ꝙ̄ dilectio qua nos eū diligimus. tū de ratiōe
charitatis ꝑ ꝑius eſt ꝙ deū faciat nobis charū. ꝙ̄ ꝙ nos
deo charos faciat. Primū em̄ ꝑtinet ad dilectōem inquā
Ad 6 tū eſt dilectio. nō aūt ſcḋm ❡ Ad ſextū dḋm ꝙ hoc ꝙ cha
ritas ſola diſtinguit inter filios ꝑditionis ⁊ regni. ꝯuenit
ei inquantū nō pt̄ eſſe informis. ſicut alie virtutes. vn̄ per
Ad 7 hoc nō excludit̄ gratia qua charitas informat̄ ❡ Ad. vij.
Gr̄a i q̄ p̄ dicamēto dḋm ꝙ gratia eſt in p̄ma ſpecie q̄litatis ꝗuis nō proprie
poſſet dici habitus. qr̄ nō immediate ordinat̄ ad actū. ſed
ad quoddā eſſe ſpūale. qd̄ in aīa facit. et eſt ſicut quedam
diſpoſitio que eſt reſpectu glorie. que eſt gratia cōſumma-
ta. Nihil tū ſimile gratie in accidentibus anime que ph̄i
ſcriuerunt inuenitur. quia ph̄i nō cognouerūt niſi illa ani-
me accidentia que ordinant̄ ad actus nature humane ꝓ-
portionatos. ❡ Alia cōcedimus ꝗuis q̄dam eorum nō
recte concludant.

# Ertio querit̄. vtruz

aliqua creatura poſſit eſſe cauſa gratie. Et
1. videt̄ ꝙ ſic. qr̄ Ioh. xx. dominus dixit diſcipulis ſuis. quo
rum remiſeritis peccata remittunt̄ eis. ex quo patz ꝙ ho
mines poſſunt peccata remittere. ſed peccata nō remittū
tur niſi ꝑ grām. ḡ homines poſſunt gratiā ꝯferre ❡ Pre.
2 Dyo. dt̄. xvij. ca. ce. hierarch. ꝙ ſicut corpa ſoli ꝓpinquio
ra lumen ab eo recipiūt et in alia corpa transfundūt. ita
ſubſtantie deo appropinquātes. eius lumē plenius recipi
unt ⁊ alijs tradūt. ſed lumen dei nō eſt niſi ſua gratia. er-
go creature q̄dam plenius grām recipientes poſſunt eaz
alijs tradere ❡ Pre. Bonum ſm Dyo. eſt diffuſiuū ſui
3 ergo quod plus habet de rōne boni ⁊ plus habet de rōne
diffuſionis. ſed forme ſpūales plus habēt de rōne boni ꝙ̄
corpales. vtpote ſummo bono ꝓpinquiores. Cum ḡ cor-
porales forme in aliq̄bus creaturis exiſtētes ſint principi-
um ſue cōmunicationis in ſimilitudine ſpēi. multo magis
4 qui habet grām poterit in alio grām cauſare. ❡ Pre. Si-
cut affectus ꝑficit̄ diuino lumine gr̄e. ita intellectus ꝑfici
tur lumine veritatis. ſed lumen intellectus vna creatu-
ra poteſt alij ꝯ̄ferre. qd̄ patet ex hoc ꝙ ſm Dyo. ſuꝑiores
angeli inferiores illuminat̄. que q̄dem illuminatio ſm ip-
ſum. eſt diuine ſcientie aſſumptio. ergo ⁊ grām poteſt rō
5 nalis creatura alij ꝯ̄ferre. ❡ Pre. Chriſtus eſt caput no-
ſtrum ſm humanā naturā. ſed capitis eſt ⁊ ſenſuz ⁊ mo-
tum in mēbra diffundere. ḡ ⁊ chriſtus ſm naturā huma
nā diffundit ſpūales ſenſus. ḡ ⁊ motus ꝑ quos gr̄e in rel-
liguunt̄ ſm Aug⁹. in mēbra corpis myſtici Sz diceres.
ꝙ xp̄s ſm humanā naturā ꝑ miniſteriū grām in homīes
6 effudit ❡ Sed contra. Chriſtus pre oībus alijs ſimplr̄
eſt caput eccl'ie. ſed ꝑ modū miniſterij oꝑari ad gr̄e colla-
tionē cōuenit etiā alijs eccl'ie miniſtris. ḡ ad rōnem capi
tis nō ſufficit ꝙ grām infundat ꝑ modū miniſterij ❡ Pre
7 Mors ⁊ reſurrectio xp̄i cōuenit ei ſm humanā naturaz
ſed ſicut dt̄ gloſa ſuꝑ illud p̄s. ad veſperam demorabitur
fletus ⁊ ad matutinū leticia. Reſurrectio xp̄i ē cā reſurre
ctionis anime in p̄ſenti ⁊ corpis in futuro. reſurrectio aūt
anime in p̄ſenti eſt ꝑ gratiam. ergo xp̄us ſm humanā na
turam eſt cauſa gratie. ❡ Pre. Forma ſubſtantialis que 8
dat eſſe ⁊ viuere eſt nobilior forma accidentali qualibet.
ſed aliquod agens creatum poteſt in formā ſubſtantialē
que dat eſſe ⁊ viuere. ſcz vegetabilez ⁊ ſenſibilē. ergo mul
to fortius poteſt in formā accidentalem que eſt gratia
Sed diceres. ꝙ ideo gratiam creatura creare non po-
teſt. quia cuz non deducat̄ de potentia materie non fit ni-
ſi ꝑ creationē. creare autem eſt infinite potentie. ꝓpter in-
finitam diſtantiā inter ens ⁊ nihil. et ſic nulli creature po-
teſt competere. ❡ Sed cōtra. Infinita non eſt ꝑtranſire 9
ſed diſtantiā que eſt de ente in nihil cōtingit pertranſire.
quia creatura ꝑ ſeipſam in nihilū decideret niſi manu con
ditoris teneret̄. ſm Grego. ergo inter ens ⁊ nihil nō eſt in
finita diſtantia ❡ Pre. Poſſe creare gratiā non dt̄ poten 10
tiam infinitam ſimplr̄. ſed ſoluz ſm q̄d. quod patet ex hoc
quia ſi diceremus deū nihil aliud poſſe facere niſi gratiaz
non diceremus eum potentie infinite ſimplr̄. ſed nō eſt in
cōueniens ꝙ alicui creature cōferat̄ potentia infinita ſm
quid. quia et ipſa gratia habet quodāmodo virtutē infi-
nitam inquantū infinito bono cōiungit. ergo nihil prohi-
bet quin creatura habeat virtutem creandi grām ❡ Pre.
Ad gloriam regni ꝑtinet ꝙ habeat ſub ſe potentes ⁊ vir 11
tuoſos milites. ergo ad gloriam dei pertinet ꝙ ſancti qui
ſunt ei ſubiecti ſint magne poteſtatis. Si ergo ponat̄ ꝙ
aliquis ſanctus poſſit cōferre grām. in nullo preiudicabit̄
diuine glorie ❡ Pre. Roma. iij. dicitur. iuſticia autez dei
per fidem ieſu chriſti. ſed vt dicit̄ Roma. x. Fides ex au- 12
ditu. auditus aūt ꝑ verbum ieſu chriſti. Cum ergo ver-
bum chriſti ſit a predicatore. videt̄ ꝙ gratia ſiue iuſticia
ſit a fidei predicatore. ❡ Prete. Vniſquiſqz poteſt alteri
dare quod ſuuz eſt. ergo gratia ſiue ſpiritusſanctus eſt ali 13
cuius hominis. quia ei dat̄. ergo aliquis poteſt dare gra
tiam alteri vel ſpiritumſanctum. ❡ Prete. Nullus debet 14
reddere rationem de eo qd̄ non eſt in poteſtate ſua. ſed p̄
lati eccleſie debent reddere rationem de animabus ſub-
ditorum Heb. vltimo. Ipſi enim peruigilant tanq̄ ra-
tionem reddituri pro animabus veſtris. ergo anime ſub
ditorum ſunt in poteſtate prelatorum vt eas poſſint per
gratiam iuſtificare ❡ Pre. Miniſtri dei magis ſunt acce 15
pti ipſi deo ꝙ̄ miniſtri regis temporalis ipſi regi. ſed mini
ſtri regis poſſunt alicui gratiam regis conciliare. ergo et
miniſtri dei poſſunt dei gratiā hōi ꝯciliare ❡ Pre. Quic 16
quid eſt cauſa cauſe eſt cauſa cauſati. ſed ſacerdos eſt cau-
ſa impoſitionis manuū que eſt cauſa ꝙ ſpūſſanctus det̄.
Actuū octauo. imponebant manus ſuper illos ⁊ accipie-
bant ſp̄m ſanctū. ergo ſacerdos eſt cauſa gratie in qua ſpi
ritusſanctus datur ❡ Prete. Omnis poteſtas cōmunica-
bilis creature cōmunicata eſt ei. quia ſi deus potuit et nō 17
voluit cōmunicare inuidus fuit. ſicut Aug⁹. ad filij equa
litatē probandā argumentat̄. ſed poteſtas cōferendi gra
tiam fuit creature cōmunicabilis. vt Magiſter dicit. v.
diſtin. iiij. li. Ergo poteſtas cōferendi gratiam eſt cōmu-
nicata alicui creature. ❡ Prete. Sz᷒ Dyoñ. Lex diuini 18
tatis eſt per media vltima in deuz reducere. reductio au-
tem rationalis creature in deum precipue eſt per gratiaz.
ergo per ſuperiores creaturas rationales. inferiores gra
tiam conſequunt̄. ❡ Prete. Magis eſt expellere princi- 19
pale ꝙ̄ acceſſorium. ſed hominibus data eſt poteſtas de-
mones expellendi qui ſunt nobis cauſa malitie. vt patet
Luce. x. et Marci vltio. ergo etiam hominibus data eſt
poteſtas expellendi peccata. ⁊ ita cōferendi gratiam

20 Sed diceres ꝙ facit hoc ꝑ miniſteriū ſolū ¶ Sed cō-
tra Sacerdos euāgelicus eſt potior ſacerdote legali. ſed
ſacerdos legalis operať ꝑ modū miniſterij. ergo ſacerdos
euangelicus h̄z aliq̄d plus ꝙ̄ miniſteriū. ¶ Pre. Anima
21. viuit vita nature ꝛ vita gratie. ſed vitam nature cōmuni
car alteri. ſcʒ corpori. ḡ ꝛ vitā gratie p̄t alteri ꝯmunicare
22 ¶ Pre. Culpa ꝛ grā ſunt ꝯtraria. ſʒ aīa ſibiipſi p̄t eē cau-
23 ſa culpe. ergo poteſt ſibiipſi eſſe cauſa gratie. ¶ Pre. Ho
mo d̄r minor mūdus inquantū in ſe gerit maioris mūdi
ſimilitudinē. ſed in maiori mundo aliq̄s ſp̄ualis effectus
ſcʒ anima ſenſibilis et vegetabilis eſt ab aliqua creatura.
ergo ꝛ in minori mūdo. id eſt in homine. effectus ſpiritua
lis gratie eſt ab aliqua creatura. ¶ Pre. Sʒm phm in. iiij
24 methauroꝝ. Unūquodqʒ ꝑfectum eſt quādo poteſt alte
rum ſibi ſimile facere. ꝛ loq̄tur de perfectione nature. ma
ior aūt eſt ꝑfectio gratie ꝙ̄ nature. ḡ habens ꝑfectionem
25 gratie p̄t alterū in grā cōſtituere ¶ Pre. Actio forme at-
tribuiť habēti formā. ſicut calefacere qđ eſt actus caloris
attribuiť igni. ſed iuſtificare eſt actus iuſticie. ḡ attribuē-
da eſt iuſto. iuſtificatio aūt nō eſt niſi ꝑ grām. ergo iuſtus
poteſt dare gratiam

Contra ¶ Sed ꝯtra ē qđ d̄r Aug⁹. xv. de tri. ꝙ ſancti viri nō
poſſunt dare ſp̄m ſctū. ſed in dono grē datur ſp̄ūſſanctus
ergo homo ſanctus nō p̄t grām dare ¶ Pre. Si habens
grām poteſt alteri grām dare. hoc non eſt cauſando in eo
grām ex nihilo. quia creare ſolius dei eſt Nec iterū de gra
tia quā ipſe habet aliq̄d ei largiendo. qꝛ ſic ſua gratia mi-
nuereť ꝛ eſſet minus accept⁹ deo ex hoc qđ facit opus ac-
ceptum deo. quod eſt incōueniens. ergo nullo mō hō alte
ri grām dare poteſt. ¶ Prete. Anſel. ꝓbat in libro Cur
deus homo. ꝙ reparatio humani generis nō poterit fieri
per angelū. qꝛ ſic eſſet homo ſue ſalutis debitor angelo.
et nullo modo poſſet ad equalitatē angeli ꝑuenire. ſed ſa
lus hominis eſt ꝑ grām. ergo idem incōueniens ſequere
tur ſi angelus homini gratiā daret. multo aūt minus ho
mo homini gratiā dat. ergo nulla creatura poteſt gratiaʒ
dare ¶ Pre. Sʒm Aug⁹. maius eſt iuſtificare impiuʒ ꝙ̄
creare celum ꝛ terrā. ſed ꝑ grām iuſtificať impius. cū igi
tur celum ꝛ terrā nulla creatura poſſit creare. ergo cōfer-
re grām nō poterit ¶ Pre. Omīs actio eſt ꝑ cōiunctōem
aliquaʒ agentis ad patiens. ſed in mentem in qua nulla
eſt gratia. nulla creatura illabiť. ergo nulla creatura pote
rit gratiam conferre

Rō ¶ Rūſio dōm ē ſimplr ꝙ grām effectiue nulla creatura
Grā a ſo- creare poteſt. ꝙ̄uis aliqua creatura poterit aliqđ miniſte
lo deo eſt. rium adhibere ordinatū ad grē ſuſceptōem. Cuius ratio
triplex eſt. prima ſumiť ex ꝯditione grē. gratia eīn. vt di-
ctuʒ ē. eſt q̄dam ꝑfectio eleuans nām ad quoddā eſſe ſu-
ꝑnaturale. Nullus aūt effect⁹ ſuꝑnaturalis p̄t eſſe ab ali
qua creatura duplici rōne. p̄mo q̄dem quia eius ſolius ē
rem vltra ſtatum nature ꝓmouere. cuius eſt gradus na-
ture ſtatuere ꝛ limitare. quod ſolius dei eſſe cōſtat Scđo
quia nulla virtus creata agit niſi p̄ſuppoſita potentia ma
terie vel alicuius loco materie. potentia autē naturalis
creature non ſe extendit vltra ꝑfectiones naturales. vñ
nullam ſuꝑnaturalē operationeʒ aliqua creatura efficere
poteſt. Et inde eſt ꝙ miracula diuina virtute agente fiūt
ꝙ̄uis ad miraculi expletōem aliqua creatura cooperetur
vel orando. vel qualitercūqʒ aliter miniſteriū adhibendo
et ꝓpter h̄ gratiam nulla creatura effectiue creare poteſt
Scđa rō ſumiť ex ratione nature. nam ꝑ grām homi-
nis voluntas immutať. ipſa eīm eſt que preparat hominis
voluntatem. vt bonū velit ſcḋm Aug⁹. Voluntatē autem
immutare eſt ſoli⁹ dei. ꝙ̄uis aliquis aliquo modo poſſit
intellectū alterius immutarē. Quod ideo eſt. quia cum
principiū alicuius actus ſit et potentia ꝛ obiectū dupli-
ter actus alicuius poteſt immutari. vno modo ex parte
potentie dum aliq̄s in ipſa potentia operať. quod ſolius
dei ē reſpectu potentiaꝝ que nō ſunt organis affixe. ſicut
intellectus ꝛ voluntas. In alijs vero potentijs poteſt ali
qualiter alius ꝑ accidens operari ſcḋm ꝙ habet in earuʒ or
gana actionē. Alio modo ex parte obiecti. adhibendo ſcʒ
obiectū qđ potentiā moueat. voluntatē aūt nō mouet ob
iectum de neceſſitate niſi ſcḋm ꝙ eſt naturaliter volitū. vt
beatitudo vel aliq̄d huiõi. qđ voluntati a ſolo deo ꝓponiť
Alia vero obiecta voluntatem nō ex neceſſitate mouent.
Sʒ intellectū ex neceſſitate mouēt. nō ſolū prima p̄ncipia
naturaliter cognita. ſed etiā cōcluſiones q̄ non ſunt natu
raliter note ꝓpter neceſſariā habitudinē earum ad princi
pia que ſcʒ habitudo neceſſaria nō inueniť ex p̄te volūta-
tis alioꝝ bonoꝝ reſpectu boni naturaliter deſiderati. cuʒ
nihil ſaltem ꝑ exiſtimatōem ad illud bonū deſideratum
poſſit naturaliter ꝑueniri. Unde intellectuʒ ſufficienter
mouere poteſt aliq̄ creatura ex p̄te obiecti. nō aūt volun
tatē. ex p̄te aūt potentie neqʒ intellectum neqʒ voluntatē
Quia ergo voluntatē nulla creatura immutare p̄t. nec gra
tiam ꝑ quā voluntas immutať aliqua creatura conferre
poterit. Tercia rō ſumiť ex fine ipſius gratie. finis eīn ꝓ
portionať primo agenti. eo ꝙ finis ꝛ principiū totius vni-
uerſi eſt vnū. Et ideo ſicut prima actio ꝑ quaʒ res in eſſe
exiſtunt. ſcʒ creatio. eſt a ſolo deo qui eſt creaturaꝝ princi
pium primū ꝛ vltimus finis. ita ꝛ gratie collatio per quā
mens rationalis immediate vltimo fini coniungitur a ſo
lo deo eſt.

¶ Ad primuʒ ḡ dōm ꝙ ſolus deus remittit pctā au- Ad. j.
toritatiue. vt pʒ ꝑ Iſa. xliij. Ego ſum ipſe q̄ deleo iniq̄tates
tuas ꝓpter me. homines aūt dicunť remittere miniſterio
¶ Ad ſcḋm dicēdum ꝙ loq̄tur de trāſfuſione diuini lumi Ad 2
nis ꝑ modū doctrine. ſic eīm inferiores angeli a ſuperiori-
bus illuminanť. qđ ibi intendit ¶ Ad terciū dicendum ꝙ Ad 3
nō eſt ex defectu bonitatis gratie q̄n habēs eam poſſit in
alium diffundere. ſed eſt ex eius eminētia. pariter ꝛ defe-
ctu habētis. quia ꝛ ipſa tranſcēdit ſtatum nature create
et habēs non eam ꝑticipat in tanta ꝑfectione. vt eam cō- Ad 4
municare poſſit ¶ Ad quartum dōm ꝙ nō eſt ſimile de
volūtate ꝛ intellectu rōne iam dicta. ¶ Ad quintū dicen Ad 5
dū ꝙ chriſtus ſcḋm ꝙ deus diffundit gratiam effectiue ſcḋm
ꝙ homo miniſterio. vñ d̄r Rom. xv. dico eīm chriſtū ieſum
miniſtrū fuiſſe ꝛc. ¶ Ad ſextum dōm ꝙ ideo chriſtus ſcḋm Ad 6
humanā naturā pre alijs miniſtris caput eccleſie d̄r. quia
pre ceteris altius miniſteriū habuit inquantū ꝑ fideʒ ip-
ſius iuſtificamur. ꝛ ꝑ inuocatōem nois eius ſacramentis
imbuimur. ꝛ virtute paſſionis eius tota humana natura
a pccō p̄mi parentis purgať. ꝛ multa alia ſunt huiõi que
xp̄o ſingulariter ꝯueniunt ¶ Ad. vij. dōm ꝙ ſicut d̄r Da Ad 7
maſ. in. iij. li. ipſa xp̄i humanitas fuit q̄ſi q̄ddā inſtrumen-
tū diuinitatis. ꝛ ideo q̄ſi inſtrumētaliter ea q̄ ſunt hūani-
tatis vt reſurrectio ꝛ paſſio ꝛ alia huiõi ad effectū diui-
nitatis ſe h̄nt. Sic ḡ reſurrectio xp̄i nō cauſat reſurrectō
nē ſp̄ualē in nobis q̄ſi cā p̄ncipaliter agens. ſed ſicut cā in-
ſtrumētalis Uel poteſt dici ꝙ eſt cauſa noſtre reſurrecti
onis ſpiritualis inquantū in ipſa reſurrectione chriſti per
fidem eius iuſtificamur Uel poteſt dici ꝙ eſt cauſa exē
plaris reſurrectionis ſp̄ualis inquantū in ipſa reſurrectōe

chriſti eſt quedam ſimilitudo noſtre ſpũalis rectitudinis
Ad 8 ¶ Ad octauũ dõm ꝙ aĩa vegetabilis ⁊ ſenſibilis non ex-
cedũt ſtatũ nature create. ſicut nec alie forme materiales
Ideo agens naturale p̃ſuppoſita potẽtia q̃ eſt in natura
reſpectu hmõi formaꝝ pt aliquo mõ in eaꝝ inductõnem.
Ad 9 nõ aũt eſt ſilr̃ de gratia. vt pꝫ ex dictis. ¶ Ad nonũ dõm
ꝙ illa rõ non eſt vſquequaqꝫ ſufficiens. nã creari ꝓprie eſt
rei ſubſiſtẽtis cuius ꝓprie eſt eſſe. forme aũt non ſubſiſten
tes ſiue ſubſtãtiales ſiue accñtales nõ ꝓprie creant̃. ſed cõ-
creant̃. ſicut nec eſſe habent ꝑ ſe ſed in alio. q̃uis non ha-
beant materiã ex qua. q̃ ſit coꝝ pars habent tñ materiã in
qua. a qua dependẽt. ⁊ ꝑ cuius mutatõem in eſſe educũ-
tur. vt ſic coꝝ fieri ſit ꝓprie ſubiecta coꝝ trãſmutari. vnde
rõne materie in qua nõ eſt ꝓprie coꝝ creatio. Secus aũt
eſt de aĩa rõnali que eſt forma ſubſiſtẽs. vñ ꝓprie ei creari
cõuenit. Suppoſita tñ hac ratõne ſoluendũ eſt argume-
Diſtãtia tum qđ falſum eſt ⁊ ex falſo ↄcludit Ad quod dõm eſt
diuerſoꝝ ꝙ diuerſoꝝ ad inuicẽ diſtãtia pt tripl̃r ſe habere. vno mõ
ſe hꝫ tripl̃r ꝙ ſit ex vtraqꝫ ꝑte infinita. ſicut ſi vnus haberet albedinẽ
infinitã ⁊ alius infinitam nigredinẽ. ⁊ hoc mõ eſt infinita
diſtantia inter eſſe diuinũ ⁊ nõ eſſe ſimpl̃r. Alio mõ ita ꝙ
ſit ex vtraqꝫ ꝑte finita. vt ſi vnus haberet finitã albedinẽ
et alius nigredinẽ finitã. ⁊ ſic eſſe creatũ a non eſſe ſm̃ qđ
diſtat. Tercio mõ ita ꝙ ſit ex vna ꝑte finita ⁊ ex alia infi-
nita. vt ſi vnus haberet finitã albedinẽ ⁊ alius nigredinẽ
infinitã. ⁊ talis diſtãtia eſt inter eſſe creatũ ⁊ non eſſe ſim-
pliciter. q2 eſſe creatũ finitũ eſt. nõ eſſe aũt ſimpl̃r infinitũ
inquantũ omnẽ defectũ q̃ cogitari pt excedit. Hec ergo
diſtãtia tranſiri pt ex ꝑte illa qua finita eſt inquantũ ipm
eſſe finitũ vel acqritur vel ꝑditur. nõ aũt ex parte illa qua
Ad 10 infinita eſt. ¶ Ad decimũ dõm ꝙ poſſe creare gratiã ꝑti
net ad potentiã infinitã ſimpl̃r inquantũ eſt potentie in-
ſtituentis naturã q̃ eſt infinita. ⁊ iſta duo nõ ſunt cõpoſſi
bilia ꝙ aliqs poſſit dare grãm ⁊ alia facere non poſſit.
Ad 11 ¶ Ad. xi. dõm ꝙ ad gloriã regis ꝑtinet potentia militũ
talis ⁊ tanta que eos ab eius ſubiectione non ſubtrahat.
non aũt ſi ꝑ potentiã ab eius ſubiectione auferrent̃. Per
potentiã aũt cõferendi gratiam creatura deo equaret̃. vt
pote habens potentiã infinitam. vnde diuine glorie dero
garet ſi creatura aliqua talem potentiam haberet. ¶ Ad
Ad 12 duodecimũ dõm ꝙ auditus non eſt cauſa ſufficiens fidei
quod patet ex hoc ꝙ multi audiunt qui non credunt. ſed
cauſa fidei eſt ille qui facit credentem aſſentire his que di
cunt̃. non autẽ ad aſſentiendũ cogitur aliqua neceſſitate
rõnis ſed volũtate. Et ideo homo exterius enũcians nõ
cauſat fidem. ſed deus qui ſolam voluntatẽ mutare po-
teſt Cauſat aũt fidem in credente inclinãdo voluntatem
et illuminãdo intellectum lumine fidei. vt non repugnet
his que a p̃dicante ꝓponuntur. p̃dicator aũt ſe habꝫ ſicut
Ad 13 diſponens exterius ad fidem ¶ Ad decimũtercium dõm
ꝙ illud qđ eſt meũ ſicut poſſeſſio alij poſſum dare. nõ aũt
quod meũ eſt ſicut forma inherens. non eĩ alij poſſum da
re colorem vel quantitatem meã ſic autẽ gratia hominis
Ad 14 eſt ⁊ nõ p̃mo modo. ¶ Ad decimũquartũ dõm ꝙ q̃uis
p̃latus nõ poſſit dare gratiã ſubdito. tamẽ poteſt coope
rari ad hoc ꝙ gratia alicui detur. vel data nõ perdat̃ ad-
monendo vel corripiendo. ⁊ ratione huius rationem red
dere tenetur de animabus ſubditoꝝ. ¶ Ad decimum-
Ad 15 quintũ dicendũ ꝙ miniſtri regis tempoꝛalis non cõciliãt
regis gratiam alicui niſi per modũ interceſſionis. Et ſic
etiam miniſtri dei poſſunt diuinam gratiam alicui pecca-
tori conciliare precibus impetrando. nõ autem effectiue

cauſando. ¶ Ad decimũſextum dicendũ ꝙ manus im- Ad 16
poſitio non cauſat ſpiritusſancti aduentũ. ſed ſimul cum
manus impoſitione ſpũſſanctus aduenit. Unde non dici
tur in textu ꝙ apl̃i imponentes manũ darent ſpm̃ſanctum
ſed ꝙ illi imponebant manus. ⁊ illi a deo accipiebant ſpi-
ritũſanctum. ſi tamen manus impoſitio dicat̃ aliquo mo-
do cauſa acceptionis ſpũſſancti ꝑ modũ quo ſacramenta
ſunt cauſa gratie. vt poſt dicetur. hoc non habebit manus
impoſitio inquantũ eſt ab homine. ſed ex inſtitutione di Ad 17
uina ¶ Ad decimũſeptimũ dicendũ ꝙ opinio Magiſtri
non tenetur hic communiter. vt ſcꝫ poteſtas creandi ⁊ iuſti
ficandi poſſit creature cõferri. q̃uis etiam Magiſter nõ
dicat ꝙ poteſtas iuſtificãdi ꝑ auctoritatẽ poſſit creature
cõferri. ſed ſolum ꝑ miniſterium. Nec tamẽ ſeqtur ſi cõmu
nicabilis eſt creature ꝙ ſit ↄmunicata. cum eĩ dicitur ꝙ
omne quod eſt creature cõmunicabile eſt ei cõmunicatum
intelligendũ eſt de illis que natura requirit. non autem de
illis que poſſunt eſſe naturalibus ſuꝑaddita ex ſola libe-
ralitate diuina. de his eĩ non apparet inuidentia etiam
ſi non conferant̃. ⁊ ideo non eſt ſimile de filio. nam de rati
one filiationis eſt vt filius habeat naturã generantis Uñ
ſi deus pater plenitudinem ſue nature filio non cõmuni-
caret videretur vel ad impotentiã vel ad inuidentiã per
tinere. ⁊ precipue ſm̃ eos qui dicebant ꝙ pater filium vo Ad 18
luntate generauit. ¶ Ad decimũoctauũ dicendũ ꝙ ver-
bum Dyo. non eſt intelligendũ ꝙ infima fini vltimo con
iungantur virtute cauſatum mediaꝝ. ſed quia cauſe me-
die diſponunt ad hanc coniunctionẽ. vel per illuminatio-
nem. vel quocũqꝫ alio miniſterio. ¶ Ad decimũnonũ di- Ad 19
cendum ꝙ poteſtas illa data eſt apoſtolis ad expellendũ
demones a coꝛpoꝛibus. quod conſtat eſſe minus q̃ expel
lere peccatum ab anima. Nec iterũ datum eſt eis vt pro-
pria virtute demones expellerent. ſed per inuocationem
nominis chriſti impetrando per oꝛationẽ. quod patet per
hoc quod dicit̃ Marci vltimo. In nomine meo demo-
nia eijciẽt ¶ Ad viceſimũ dicendum ꝙ ſacerdos legalis Ad 20
nec etiam per modum miniſterij ad gratie collationẽ ope-
rabatur niſi remote ꝑ exhoꝛtationem ⁊ doctrinã. Sacra
menta eĩ veteris legis. quoꝝ erat miniſter. gratiã non
conferebant ſicut ſacramenta noue legis. quoꝝ eſt mini-
ſter ſacerdos euangelicus. vnde ſacerdotiũ nouum eſt di Ad 21
gnius veteri. vt ꝓbat Apl̃s ad Heb. x. ¶ Ad viceſimũ
primũ dicendũ ꝙ anima aliter ſe habet ad vitam natura
lem ⁊ ad vitam gratie. Ad vitam q̃dem gratie ſe habet
vt quia alio viuit. Ad vitam vero nature vt quo aliud vi
uit. ⁊ ita vitam gratie cõmunicare non poteſt. ſed cõmu-
nicatam recipit. vitam vero nature cõmunicat. nec tamẽ
eam cõmunicat niſi inquantũ formaliter coꝛpoꝛi vnitur.
non eſt autem poſſibile ꝙ anima alteri anime que viuere
vita gratie poteſt formaliter vniatur. vnde non eſt ſimile
¶ Ad viceſimũſecundũ dicendũ. ꝙ non eſt impoſſibile
aliquod agens agere ſm̃ ſuam ſpeciem vel etiam infra. ſed Ad 22
ſupꝛa ſuam ſpeciem nihil agere poteſt. gratia autem eſt ſu-
pꝛa naturam anime. culpa vero eſt vel iuxta naturam re
ſpectu aĩalis ꝑtis. vel infra naturam reſpectu rationis.
vnde non eſt ſimile de culpa et gratia. ¶ Ad viceſimum Ad 23
tercium dicendũ ꝙ in minoꝛi mundo. ſcꝫ homine aliquod
accidens ſpirituale quod naturam non excedit virtute
creata aliqualiter cauſatur. ſcilicet ſcientia de doctoꝛe in
diſcipulo. non autem gratia. quia naturam excedit. ani-
ma vero ſenſibilis vel vegetabilis infra naturalium oꝛdi
nem continetur.

Ad 24 ¶ Ad .xxiiij. dicēdum ꝙ ꝑfectio gratie potior eſt ꝑfectione na
ture ex ꝑte forme ꝑficientis. nō aūt ex ꝑte forme ꝑfectibi
lis. nam quodāmodo ꝑfectius poſſidetur quod eſt natu
rale ꝗ̄ quod eſt ſupra naturā. inquantū eſt naturali vir-
tuti actiue ꝓportionatum. cuius ꝓportione donum ſupna
turale excedit naturale. Et ideo ꝓpria virtute nō pt ali-
quod ſupnaturale donū trāſfundere ꝗuis poſſit facere ſi
bi ſimile in natura hoc. Nec tamen vltimū veruꝫ eſt. qꝛ ꝑ
fectiores creature ſibi ſimile facere nō poſſunt. vt ſol non
poteſt aliū ſolem ꝓducere. nec angelus aliū angelum Sꝫ
tamē hoc verum eſt in corruptibilibꝫ creaturis qbus vis
generatiua diuinitus eſt ꝑuiſa vt cōſeruent̄ eſſe ſm ſpēm
quia ſm indiuiduū non pt cōtinuari. ¶ Ad .xxv. dicēdū ꝙ
Ad 25 duplex eſt actus forme. vnus q̄ eſt opatio. vt calefacere q̄
eſt actus ſcds. ⁊ talis actus forme etiam ſuppoſito attri
buit̄. Alius vero actus forme eſt materie informatio qui
eſt actus pmus. ſicut viuificare corpus eſt actus anime.
et talis actus ſuppoſito forme non attribuitur. ſic autem
iuſtificare eſt actus iuſticie ſiue gratie

## Quarto querit̄. vtruꝫ

ſacramenta noue legis ſint cauſa gratie. Et
1 videt̄ ꝙ non. Sicut enī Bern. dicit in ſermone de cena dñi
ſicut canonicus ꝑ librū. abbas ꝑ baculū. epiſcopus ꝑ anu
lum inueſtitur. ſic diuiſiones gratiaꝝ diuerſis ſunt tradi-
te ſacramētis. ſed liber non eſt cauſa canonicatus. nec ba-
culus abbatie. nec anulus epiſcopatus. ergo nec ſacramen-
2 ta gratie ¶ Preterea. Si ſacramentū eſt cauſa gratie. aut eſt
principalis aut inſtrumētalis. Nō eſt pncipalis. quia ſic
ſolus deus gratie eſt cauſa. vt dictū eſt. Nec iterū inſtru-
mentalis. quia omne inſtrumentū habet aliquā naturalē ac
tionē circa quam inſtrumentaliter operat̄. ſacramentum
aūt cum ſit qd corporale nō poteſt aliquā naturalē actio-
nem habere circa aīam que ē gratie ſuſceptiua. ⁊ ſic inſtru
3 mentalis cauſa gratie non pt eſſe ¶ Preterea. Omnis cauſa
actiua vel eſt ꝑfectiua. vel diſpoſitiua. vt ex verbis Aui-
cenne haberi pt. ſed ſacramentū nō eſt cauſa gratie ꝑfecti
ua. qꝛ ſic eſſet cauſa gratie pncipalis. Nec iterū diſpoſiti-
ua. quia diſpoſitio ad gratiā eſt in eodem in quo eſt gra-
tia. ſcilꝫ in anima ad quā virtus corꝑalis vel res corꝑalis
nō attingit. videt̄ ergo ꝙ ſacramentū nullo modo eſt cau
4 ſa gratie ¶ Pre. Si eſt gratie cauſa. aut ꝑ virtutē ꝓpriam
aut per virtutem ſuꝑadditā. Non per ꝓpriam virtutē. qa
ſic qlibet aqua ſanctificaret ſicut aqua baptiſmi. Silr nō
ꝑ aliquā virtutem ſuꝑadditā. qꝛ omne qd recipit̄ in aliquo
recipit̄ in eo ꝑ modū recipientis. ⁊ ſic cum ſacramentū ſit
materiale elementū. vt Hugo de ſctō victo. dicit. non reci-
piet niſi virtutem materialē. que nō ſufficit ad ꝓductionē
forme ſpūalis. ergo ſacramentū nullo modo eſt gratie cauſa.
5 ¶ Preterea. Illa virtus ſuſcepta in materiali elemento aut
erit corporea aut incorporea. Si incorporea cum ſit acci-
dens quoddā. ⁊ ſubiectū eius ſit corpus. erit accidēs di-
gnius ſubiecto. nam incorporeū corꝑe nobilius eſt Si aūt
ſit virtus corꝑea ⁊ cauſat grām que eſt forma ſpūalis ⁊ in
corporea. ſeqtur ꝙ effectus nobilior ſit cauſa. qd iterū eſt
impoſſibile. ergo impoſſibile eſt ꝙ ſacramentū gratiā cauſet.
Sed diceres ꝙ hmōi virtus ſuꝑaddita non eſt cōple
6 tum in aliqua ſpecie. ſed quoddā incōpletum. ¶ Sed cō
tra. Incompletū nō pt eſſe cauſa cōpleti. gratia aūt quod
dam cōpletum eſt. hmōi aūt virtus quoddā incompletū
eſt. ergo hmōi virtus incōpleta cauſa gratie eſſe nō pt

¶ Pre. Agens ꝑfectum debet habere ꝑfectum inſtrumē 7
tum. ſacramēta aūt agunt vt inſtrumenta dei. q̄ eſt agens
ꝑfectiſſimū. ergo debēt eſſe ꝑfecta. ⁊ ita habere virtuteꝫ ꝑ
fectam ¶ Pre. Scḋm Dyo. in .v. cap. eccli. hierar. Lex di-
uinitatis eſt ꝑ prima media. ⁊ ꝑ media vltima adducere 8
ergo ↄtra legem diuinitatis eſt vt ꝑ vltima reducantur
media vel prima in deum. Sed in ordine creaturaꝝ crea
ture corꝑales ſunt vltime. ſubſtātie vero ſpūales ſunt pri-
me. ergo nō eſt cōueniens ꝙ ꝑ corporalia elemēta gratia
humane menti cōferatur qua reducit̄ in deū ¶ Pre. Au-
guſti. in li. lxxxiij. q. diſtinguit duplicē dei actionē. Unam 9
quā operat̄ per ſubiectā creaturā. ⁊ aliam quā ꝑ ſeipſum
immediate facit. ⁊ hmōi eſt illuminare animā. ſed gratiā
cōferre aīe eſt eā illuminare. ergo deus nō vtit̄ ſacro q̄ſi inſtru
mēto medio ad grām ↄferendū ¶ Pre. Si aliq̄ virtus ele 10
mento materiali ↄferat̄ ꝑ quā poſſit grām cauſare. aut
illa virtus manet ꝑacto ſacramēto aut non. Si manet ergo
in aqua baptiſmi poſtꝗ̄ verbo vite eſt ſanctificata. ſic er-
go videt̄ ꝙ ſi aliqs baptizet̄ poſt baptiſmū alterius. in il-
lis verbis ꝓlatis erit baptizatus. quod falſum eſt. Si au
tem nō manet cū non ſit aſſignare aliqd corruptiuū cōtra
rium. ꝑ ſeipſam deficiet. ⁊ hoc videt̄ incōueniens cū ſit qd
dam ſpūale ⁊ de maximis bonis. ex hoc ꝙ eſt cauſa gratie
vt tam ſubito euaneſcat. ¶ Pre. Agens pſtantius eſt pa 11
tiente. vñ Aug9. probat. xij. ſuꝑ Geñ. ad lrām. ꝙ corpus
non imprimit in animā ſimilitudines qbus cognoſcit. ſed
magis remotū vt corpus nō cōiunctū aīe in ea cauſet for-
mā gratie ſupnaturalē ꝗ̄ ꝙ corpus vnitū in ea effectū na
turalem cauſet. ergo nullo mō videt̄ poſſibile ꝙ hmōi cor
poralia elemēta que ſunt in ſacramētis ſint cauſa gratie.
¶ Pre. Efficacius anima diſponit ſe ad habendā gratiā
ꝗ̄ diſponit̄ ꝑ ſacramēta. qꝛ diſpoſitio q̄ ſe anima diſponit 12
ducit ad grām etiā ſine ſacramēto. nō autēꝫ ecōuerſo. ſed
aīa ꝗuis ſe ad grām diſponat. nō tñ eſt cauſa gratie. ergo
etſi ſacramenta aliquo modo ad grām diſponāt non ſunt
cauſa gratie dicēda ¶ Pre. Nullus ſapiens artifex vtit̄ in 13
ſtrumēto aliquo niſi ſm ↄuenientiā inſtrumēti. ſicut car
pentarius non vtit̄ ſerra ad dolandū. ſed deus eſt artifex
ſapiētiſſimus. ergo nō vtit̄ inſtrumēto corꝑali ad effectū
ſpūalem q̄ corꝑali nature nō competit ¶ Pre. Sapiens 14
medicus fortioribus morbis fortia adhibet remedia. ſed
morbus peccati eſt vehemētiſſimus. ergo ad eius cura-
tionē fortia remedia deus apponere debuit. ⁊ nō corꝑalia
elemēta ¶ Pre. Recreatio aīe creationi debet rñdere per 15
ſimilitudinē. ſed deus animā creauit nulla creatura me-
diante. ergo et ſilr recreare debet ꝑ grām nō ſacramenta me
diante ¶ Pre. Habere auxilia ſignū eſt impotētie agen- 16
tis. ſed inſtrumenta coadiuuant ad effectū pncipalis agē
tis. ergo deo q̄ eſt potentiſſimū agens nō cōpetit vt ꝑ ſa-
cramenta q̄ſi ꝑ inſtrumenta grām ↄferat ¶ Pre. In omi
inſtrumento requirit̄ naturalis ſua actio que aliqd cōfe 17
rat ad effectū intentū a principali agente. ſed materialis
elemēti naturalis actio nihil facere videt̄ ad effectum gra
tie quē deus intendit in aīa efficere. ablutio enī non ma-
gis de ꝓpe reſpicit animā ꝗ̄ ipſa aqua in baptiſmo. ergo
hmōi ſacramēta nō operātur ad grām ꝑ modū inſtrumē
ti ¶ Pre. Sacramēta ſine miniſtro nō ↄficiuntur. ſi ergo 18
ſacramēta ſunt aliquo mō cauſa gratie. ⁊ miniſter eſt aliq̄
iuſticie ꝛ aliam peccatoꝝ remiſſio. ſcꝫ corruptionem cul-
pe. ſic autem iuſtificatio ꝛ remiſſio peccatoꝝ non erunt
idem niſi ꝑ concomitantiã. Quocunqꝫ autem modo iu-
ſtificatio accipiať. oportet ꝙ a tali iuſticia dicať que pecca
to cuilibet oppoſita ſit. nam ꝛ motus eſt de ꝯtrario in cõ
trariũ. ꝛ generatio ꝛ corruptio ſeſe cõcomitantes contra
Iuſticia dici tur tripli. rioꝝ ſunt. Diciť aũt iuſticia tripliciter. vno modo ſꝫm
ꝙ eſt ſpecialis virtus contra alias cardinales diuiſa ꝓut
oſtenditur iuſticia qua homo dirigiť in his que veniunt
in cõmutationeꝫ vite. ſicut ſunt contractus diuerſi. Hec
autem virtus non eſt omĩ peccato cõtraria. ſed tñ illis q̃
circa huiuſmodi cõmutationes fiunt. ſicut furtum rapi-
na ꝛ alia huiuſmodi. vnde ſic non poteſt hic accipi. Alio
modo diciť iuſticia legalis. que ſꝫm phm̃ eſt omĩs virtus
ſola rõne a virtute differens. Virtus enĩ ſꝫm ꝙ actũ ſuũ
in bonũ cõmune ordinat. ad quod etiam intendit legiſla
tor. iuſticia legalis diciť. quia legem ſeruat. ſicut fortis cũ
in acie fortiter confligit ꝓpter ſalutem reipublice. Sic er
go patet ꝙ q̃uis omĩs virtus ſit iuſticia legalis quodã-
modo. non tamẽ actus quilibet virtutis eſt actus legalis
iuſticie. ſed ille ſolus qui eſt ad bonum commune ordina
tus. quod non poteſt contingere de actu cuiuſlibet virtu
tis. ꝛ ſic ꝑ cõſequens nec actus omnis cuiuſlibet peccati
iuſticie legali opponiť. Unde nec a iuſticia legali dici po-
teſt iuſtificatio que eſt remiſſio peccatoꝝ. Tercio modo
iuſticia nominat quendaꝫ ſtatum ꝓprium. ſꝫm quẽ homo
ſe habet in debito ordine ad deum. ad proximũ. ꝛ ad ſeip-
ſum. vt ſcꝫ inferiores vires in eo ſuperiori ſubdanť. quod
appellat phs in q̃nto ethicoꝝ. iuſticiam metaphorice di-
ctam. cuꝫ conſideret inter diuerſas vires eiuſdem ꝑſone
iuſticia ꝓprie dicta ſemꝑ exiſtente inter diuerſas ꝑſonas.
Et huic iuſticie omne peccatũ opponiť. eum ꝑ quodlibet
peccatũ aliquid de predicto ordine corrumpať. Et ideo
ab hac iuſticia iuſtificatio denominať. ſiue ſicut motus a
termino. ſiue ſicut effectus formalis a forma.

Ad primũ ergo dicendũ ꝙ obiectio illa procedit de iu
Ad .i. ſticia ſpeciali. ¶ Ad ſecunduꝫ dicendũ ꝙ iuſtificatio diciť
Ad 2 non a iuſticia legali que eſt omĩs virtus. ſed a iuſticia q̃
dicit generalem rectitudinẽ in anima. a qua tamẽ potius
q̃ꝫ a gratia iuſtificatio denominať. quia huic iuſticie dire-
cte ꝛ immediate omne peccatũ opponitur. cum omẽs po
tentias aĩe attingat. gratia vero eſt in eſſentia aĩe ¶ Ad
Ad 3 terciũ dicendum ꝙ charitas dr̃ cauſa remiſſionis peccatoꝝ in
quantũ ꝑ eam homo ꝯiungiť a quo auerſus in peccõ erat.
non tamẽ omẽ peccatũ directe ꝛ immediate charitati op
poniť. ſed p̃dicte iuſticie ¶ Et ꝑ hoc pꝫ ſolutio ad quartũ
Ad 4 ¶ Ad .v. dicendum ꝙ vita ſpũalis attribuiť fidei. eo ꝙ in actu
Ad 5 fidei primũ manifeſtať ſpũalis vita. ſicut dr̃ in ſcđo de aĩa
ꝙ viuere ineſt viuentibꝫ ſꝫm aĩam vegetabilẽ. ꝓpter hoc ꝙ
in eius actu ꝑmo manifeſtať vita. non tñ omĩs actus vite
naturalis eſt ꝑ aĩamã vegetabileꝫ. Et ſiliter nõ omĩs ac-
tus vite ſpũalis eſt fidei. ſed etiã aliaꝝ virtutũ. vnde non
Ad 6 omẽ peccatũ directe ꝛ immediate fidei opponiť ¶ Ad .vi.
dicendum ꝙ purificatio cordium fidei attribuiť inquantũ in
purificatione p̃dicta primo appareт motus fidei. accedẽ
tem enĩ ad deuꝫ oportet credere. vt habeť Heb. xi. ¶ Ad
Ad 7 ſeptimũ dicendum. ꝙ ſicut iuſtificatio p̃t accipi non vt motus
ad iuſticiam. ſed vt effectus formalis iuſticie. ita etiã re-
miſſio culpe. Nam ſicut iuſticia formaliter iuſtificat. ita
etiaꝫ culpã formaliter abijcit. ſicut albedo formaliter ab-
q̃cit nigredinẽ. ſic ergo remiſſio culpe vt eſt formalis effe-
ctus iuſticie vel gratie. ſeq̃tur gratiã. ꝛ ſimiliter iuſtifica-
tio. prout aũt ſignificať vt motus q̃dam. ꝑintelligitur ad
gratiam. ſicut et iuſtificatio. ¶ Ad octauũ dicendum ꝙ aliqua Ad 8
operatio poteſt dupl'r nominari. ſcilꝫ a principio et a fine. Diſtictio
ſicut actio qua medicus agit in infirmũ nominať medica-
tio ex parte ꝑncipij. q2 medicus eſt cauſa effectus medici
ne. Sed ex ꝑte finis dr̃ ſanatio. q2 eſt via ad ſanitatem. ſi-
cut ergo peccatoꝝ remiſſio dr̃ iuſtificatio ex ꝑte termini
vel finis. ſic dr̃ etiam miſeratio ex ꝑte principij inquantuꝫ
eſt opus diuine miſericordie. q̃uis etiaꝫ in remiſſione pec
catoꝝ aliqua iuſticia ſeruetur ſꝫm ꝙ omnes vie domini
ſunt miſericordia ꝛ veritas. ꝑcipue q̃dem ex parte dei in
quantũ remittendo peccata facit quod eum decet. ſꝫm ꝙ
Anſel. dicit in ꝓſolo. cum parcis peccatoribꝫ iuſtum eſt.
decet enĩ ꝛc. Et hoc eſt quod in p̃s. diciť In iuſticia tua li
bera me. Aliquo etiam modo. licet non ſufficienter. appa
ret iuſticia ex parte eius cui peccatũ remittiť inquantum
in eo aliqua diſpoſitio ad gratiam inueniť. licet inſufficiẽs.
¶ Et ꝑ hoc patet ſolutio ad nonũ ꝛ ad decimũ. ¶ Ad Ad 9
vndecimũ dicendũ. ꝙ remiſſio peccatoꝝ diſtinguitur ali- Ad 10
quo modo vel re vel rõne a iuſtificatione. ꝛ ſic concluditur Ad 11
cõtra gratie infuſionem. et ponitur vnũ de quattuor que
ad iuſtificationẽ impij req̃runtur. ¶ Ad duodecimũ dicẽ
dum ꝙ ad iuſtificatiõem inquantũ huiuſmodi ꝑtinet iu- Ad 12
ſticie collatio. ſed inquantũ eſt impij iuſtificatio. ſic ad eã
pertinet peccatoꝝ remiſſio. ꝛ hoc modo chriſto non com-
petit. nec etiam homini in ſtatu innocentie.

# Ecũdo queriť. vtruꝫ remiſſio poſſit eſſe ſine gratia

Et videť ꝙ ſic .i.
Facilius enĩ eſt deſtruere q̃ꝫ cõſtruere. ſed homo ſufficit
ꝑ ſeipſum ad conſtruendũ peccata. ergo per ſeipſum ſuffi
cit ad deſtruẽdũ pcĩã. ꝛ ita remiſſio peccatoꝝ p̃t fieri ſine
gratia ¶ Pręte. Cõtraria peccata non poſſunt ſimul in- 2
eſſe eidē. ſed aliquis qui fuit in peccato poteſt trãſire ad
contrariũ per ſeipſum. ſicut qui fuit auarus poteſt ꝑ ſeip-
ſum fieri prodigus. ergo aliquis poteſt ꝑ ſeipſum exire a
peccato in quo fuit. ꝛ ſic ad remiſſionẽ peccatoꝝ non req̃-
ritur gratia. vt videť Sed diceres. ꝙ peccata ſunt con
traria ſicut contrarij actus. non aũt ſicut cõtrarie forme
¶ Sed contra. Peccatum adhuc manet quando actus 3
tranſit. vt Aug⁹. dicit in libro de nup. et concupiſcẽ. Nec
ad remiſſionẽ peccati ſufficit ꝙ actus peccati tranſiret. er
go aliquid remanet in peccato quod remiſſione indiget.
ſed contrarioꝝ contrarij ſunt effectus. illa ergo que ex
contrarijs peccatis remanent ſunt contraria. ꝛ ſic nõ poſ-
ſunt ſimul eſſe. ꝛ ita ſequitur idem quod prius. ¶ Pręte.
Contrarioꝝ mediatoꝝ vnum poteſt remoueri ſine hoc 4
ꝙ aliud inducať vt nigredo poteſt expelli abſqꝫ inductio
ne albedinis. Sed inter ſtatum culpe ꝛ ſtatum gratie eſt
aliquod mediũ. ſcꝫ nature condite. in quo ſꝫm quoſdã ho
mo neqꝫ gratiam habuit neqꝫ culpam. ergo non eſt neceſ-
ſariũ ad remiſſionem culpe ꝙ aliquis gratiam accipiat
¶ Pręte. Plus poteſt deus in reparando q̃ꝫ homo poſ-
ſit in corrumpendo. ſed homo potuit a ſtatu nature in 5
quo grãm nõ habebat corruere in ſtatuꝫ culpe. ergo deus
p̃t hoiem a ſtatu culpe reducere in ſtatũ nature ſine grã.
¶ Pre. Peccatum poſtq̃ꝫ actu tranſit dicitur remanere 6
reatu. ſꝫm Aug⁹. in libro de nup. ꝛ cõcu. inquantũ actus

peccati p̄teritus imputatur ad penā. ergo ecōtrario dici-
tur remitti ſm q̄ non imputatur ad penam. ſm illud p̄s.
Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. ſed
imputare vel nō imputare ponit aliquid tm̄ in deo impu
tāte vel non imputāte. ergo ad remiſſionē peccati non re
quiritur gratia in eo cui peccatum remittitur. ¶ Prete.
8 Quicūq3 eſt totaliter cauſa alicuius. poteſt totaliter in il
lud ad deſtruendū illud et cōſtruendū. quia ceſſante ope-
ratione cauſe ceſſat effectus. ſed homo totaliter eſt cauſa
peccati. ergo totaliter poteſt in peccatum deſtruendum
vel conſtruendū. ⁊ ſic vt videtur homo ad remiſſionem
9 peccati gratia non indiget. ¶ Prete. Cum peccatū ſit in
anima. illo ſolo poteſt fieri remiſſio peccatoꝝ quod ani
me illabitur. Solus aūt deus anime illabitur ſm Aug⁹.
ergo ſolus deus p ſeipſum abſq3 gratia peccatū remittit
10 ¶ Prete. Si gratia remouet culpam. aut gratia que eſt
aut gratia que non eſt. Nō autem gratia que non eſt. quia
quod nō eſt non facit aliquid. Similiter nec gratia que ē
quia cum ſit accidens. eius eſſe eſt ineſſe. cum autē3 ineſt
gratia iam culpa nō ineſt. ⁊ ita expelli nō poteſt. ergo gra-
tia non reqͥritur ad remiſſionem culpe. ¶ Pre. Gratia et
11 culpa nō poſſunt ſimul eſſe in anima. ſi ergo gratia infun
ditur ad remiſſionē culpe. oportet q̄ culpa p̄mo fuerit in
anima quando gratia non erat. ergo cum culpa eſſe deſi-
erit. erit dare vltimū inſtans in quo culpa fuit. Et simili-
ter cum gratia eſſe incipiat. oportet dare primū3 inſtans
in quo gratia ineſt. Hec autē oportet eſſe duo inſtantia.
quia gratia et culpa non ſimul inſunt. vt dictum eſt. In-
ter quelibet autem duo inſtantia eſt tempus mediū3. vt
probatur in ſexto phiſicoꝝ. ergo erit aliquod tempus in
quo nec culpam nec gratiam habet. ⁊ ſic non eſt neceſſaria
gratia. vt videtur ad remiſſionē culpe ¶ Prete. Auguſti
12 nus dicit. q̄ quia deus nos amat. ideo deus nobis ſua do
na dat. ⁊ non econuerſo. Donum ergo gratie preſuppo-
nit diuinū amorem. ſed amor ille diuinus quo deus pa-
ter diligit vnigenitū ſuum ⁊ mēbra eius. non eſt hominis
exiſtentis in culpa. ergo culpe remiſſio precedit gratiā or-
dine nature. ⁊ ſic gratia non ſeqͥtur ad peccatoꝝ remiſſio-
13 nem ¶ Pre. Per circūciſionem remittebatur in lege pec
catum originale. vt patet p Bedam. circūciſio autē3 non
conferebat gratiam. quia cum minima gratia ſufficiat ad
reſiſtendū cuilibet tēptationi. homo in ſtatu legis habuit
vnde concupiſcentiam poſſet vincere. et ſic lex vetus non
occidebat occaſionaliter. vt dicitur Roma. ſeptimo. ⁊ ſic
etiam non fuit neceſſaria mors chriſti. quia ſi ex lege eſt iu
ſticia chriſtus gratis mortuus ē. vt dr̄ Galla. ij. hoc autē3
eſt inconueniens. ⁊ ſic inconuenientes videt̄ q̄ circumciſio gra-
tiā ꝯferret. ergo peccatoꝝ remiſſio poteſt fieri ſine gratia

¶ Sed contra eſt quod in p̄s dicit̄. recordatus eſt q̄
Contra caro ſunt ſp̄us vadens ⁊ non rediēs. gloſa Ihero. p ſe va
dens in peccatū. ⁊ non per ſe rediens a peccato. ideo de-
us per gratiam reuocat homines. quia per ſe redire non
poſſunt. ¶ Prete. Roma. iij. dicitur. iuſtificati gratis p
gratiam ipſius ⁊c̄.

Rᵒ ¶ Rūſio dicendū q̄ remiſſio peccatoꝝ nullo modo ſi-
Duo ſunt in pctō ne gratia gratum faciente eſſe poteſt Ad cuius euidē-
tiam ſciendū eſt. q̄ cum in peccato ſint duo. ſc3 auerſio et
cōuerſio. remiſſio ⁊ retentio peccati non reſpiciunt cōuer-
ſionem ſed magis auerſionē. ⁊ id quod auerſionē ſequit̄.
Et ideo cum aliquis deſinit habere voluntatē peccandi
non ex hoc ipſo eſt ſibi peccatum remiſſum. etiam ſi in con
trariam tranſeat voluntatē3. Unde Aug⁹. in li. de nup.
et cōcupiſcentia. ſi aūt a peccando deſiſtere hoc eſſet non
habere peccatum. ſufficeret vt hoc nos moneret ſcriptu-
ra. Fili peccaſti non adijcias iterum. non aūt ſufficit. ſed
addit. ⁊ de priſtinis dep̄care vt tibi remittant̄. ſm hoc er
go peccatum remitti dicit̄. q̄ auerſio et ea que cōſequunt̄
eam ex actu peccati p̄teriti cōſequens ſanatur. Sunt
autem tria ex p̄te auerſionis ſeſe cōcomitantia. rōne quo
rum ſine gratia remiſſio fieri non poteſt. ſc3 auerſio. offen-
ſa dei. ⁊ reatus Auerſio nanq3 intelligit̄ a bono incōmuta
bili quod quis poterat habere. reſpectu cuius impotentē
ſe fecit. al's non eſſet auerſio culpabilis. Non ergo predi-
cta auerſio poteſt remoueri niſi fiat cōuerſio ad bonum
incōmutabile. a quo homo p peccatum diſceſſit. Hec au
tem cōuerſio non eſt niſi p gratiam. p quā deus mentes
inhabitat. ⁊ mens ipſi deo p amorem charitatis inheret.
Unde ad ſanandū3 predictā auerſionem reqͥritur gratie
et charitatis infuſio. ſicut ad ſanationē cecitatis requiri-
tur reſtitutio potentie viſiue. Offenſa etiam que ex pecca
to ſeqͥtur ſine gratia aboleri non poteſt. ſiue accipiat̄ offen
ſa ex hominis parte. inquantū homo peccando deū offen
dit. ſiue ex parte dei ſm q̄ eſt peccatori offenſus. ſm illud
p̄s. Odiſti oīēs qui operant̄ iniquitatem. Quicūq3 au
tem in re creata finē ſibi cōſtituit. quod facit omnis mor
taliter peccans ex hoc ipſo quantū ad affectum ſuū prepo
nit creaturā creatori diligens plus creaturā q̄3 creatorē3
finis eīm eſt quod maxime diligit̄. Cum ergo in infinitū3
deus creaturā excedat. erit peccātis mortaliter ꝯtra deū
infinita offenſa ex parte dignitatis eius. cui per peccatū3
quodāmodo iniuriatur. cum ipſe deus contemnitur ⁊ eius
preceptū. Unde ad hanc offenſam abolendā nō ſufficiūt
vires humane. ſed reqͥritur munus diuine gratie. Ipſe eti
am deus dr̄ peccatori offenſus vel eum odire. nō odio q̄d
opponatur amori quo diligit oīa. ſic eīm nihil odit eorū3
que fecit. vt dicitur Sapien̄. xi. ſed opponitur amori quo
diligit ſanctos. bona eterna p̄parādo Huius aūt amoris
effectus eſt donū gratie gratum facientis. vt in queſtione
de gratia dictum eſt. vnde offenſa qua deus homini offen
ditur non remouet̄ niſi p hoc q̄ gratiam dat. Reatus au-
tem peccati non ſolum eſt obligatio ad penā ſenſibilē. ſed
precipue ad penam damni que eſt carentia glorie Unde
hic reatus nō tollit̄ q̄3diu non datur homini vnde poſſit
ad gloriam peruenire. hec autem eſt gratia. ⁊ ideo ſine gra
tia remiſſio peccatoꝝ fieri non poteſt

Ad 1. ¶ Ad primū ergo dōm q̄ ipſum peccatū eſt quedam
gratie deſtructio. eius aūt remiſſio eſt quedā conſtructio
vnde facilius eſt peccatū incurrere q̄3 a peccato exire.

Ad 2 ¶ Ad ſecundū dōm q̄ peccata habēt contrarietatem ex
parte conuerſionis ex qua non attenditur remiſſio pecca-
torum. vt dictum eſt. Ex parte autē auerſionis ⁊ eorum
que auerſionē ſequunt̄ habent conuenientiam. vnde nihil
prohibet contrarioꝝ actuū precedentiū3 ſimul reatus in
anima remanere. non eīm qui ex auaricia in prodigalitatē
mutatur reatum auaricie habere deſinit. ſed ſolum actum
Ad 3. vel habitum. ¶ Ad tertiū dicendū3 q̄ peccata q̄uis ſint
An ꝯtrioꝝ pctōꝝ ſint ꝯtrie auer. ⁊ re. contraria ex parte cōuerſionis. non tamē oportet q̄ auer
ſiones vel reatus remanentes ſint contraria. quia ſunt ef
fectus conuerſionū p accidens. cum eueniant p̄ter inten-
tionem operantis. Ex contrarietate autem cauſarū ſeqͥ-
tur ꝯtrarietas in effectibꝫ qui ſunt p ſe. ⁊ nō qui ſunt per
accidens. vnde etiā3 ex contrarijs actibus ſequuntur cō
trarij habitus ⁊ diſpoſitiones. Huiuſmodi aūt ſunt effe-
Ad 4 ctus actuū3 peccatoꝝ ſm ſuā ſcām ¶ Ad quartū dōm q̄

Tria ſ̄ex p̄te auerſionis

ſuppoſita illa opinione q̃ Adam aliquo tpe neq̃ gratiam
neq̃ culpã habuit. q̃uis hoc a q̃buſdã nõ concedat̃. dicē
dũ eſt q̃ nihil ꝓhibet aliqua cõtraria eſſe mediata reſpe/
ctu alicuius ſubiecti ſimplr̃ accepti. q̃ ſunt immediata q̃n
tum ad tẽpus determinatũ. ſicut cecũ ꝛ videns ſunt me/
diata in cane. nõ tamẽ poſt nonũ diem. Siliter ꝛ homini
reſpectu ſtatus nature cõdite gratia ꝛ culpa ꝯparant̃ vt
cõtraria mediata. ſed poſt illud tp̃s quo adam gratiã ac/
cepit vel accipere potuit. ita q̃ etiã in om̃es eius poſterio
res tranſiret. nullus caret gratia niſi ꝑ culpam originalē
vel actualē. ¶ Ad quintũ dõm q̃ adhuc in ſtatu ſue cõdi
Ad 5 tionis gratiã nõ habuit ſm quoſdã. tñ ponit̃ ab eiſdem.
q̃ ante caſum grãm adeptus eſt. vñ a ſtatu gratie cecidit
et nõ ſolum a ſtatu nature. ſi tamẽ a ſolo ſtatu nature de/
cidiſſet. nihilominus ad expiationẽ offenſe infinite donū
diuine gratie req̃ritur. ¶ Ad ſextũ dõm q̃ ſicut dilectio
Ad 6 dei qua nos diligit ꝯſequit̃ aliquẽ effectũ quẽ in nobis re/
linquit. ſcʒ grãm ꝑ quã digni reddimur vita eterna ad
quã nos diligit. ita hoc ipm qd̃ eſt deum nõ imputare no
bis peccata noſtra. ex ꝯſequenti relinquit in nobis aliq̃d
per qd̃ a reatu p̄dicto cõdigni ſumus abſolui. et hec ē gra
Ad 7 tia. ¶ Ad ſeptimũ dõm q̃ peccator ꝑ ſe eſt cauſa peccati.
quantũ ad ꝯuerſionem. ſed quantũ ad auerſionẽ ꝛ q̃ eam
ſequunt̃ eſt cauſa ꝑ accidens. cũ ſint non intenta. Hec au
tem ꝑ ſe cauſam habere non poſſunt. cũ ex his ſit rõ mali
in peccato. malũ em̃ cauſam nõ habet. ſm Dyoñ. iiij. cap.
de di. no. Uel dõm ꝛ melius q̃ peccator eſt cauſa pec/
cati quantũ ad fieri. non aũt cauſa ꝑmanens eoꝝ q̃ ex pec
cato relinquunt̃. imo hoꝝ eſt cauſa partim iuſticia diuina
per quã iuſte ordinatum eſt. vt qui noluit ſtare in gratia
dum poſſet. non poſſit etiam cuʒ velit. partim ex defectu
virtũ nature. que nõ ſufficiunt ad expiatõem rõnibus iaʒ
dictis. ſicut homo cũ ſe in foueã proijcit eſt cauſa ꝓiectio/
nis. ſed quies q̃ conſequit̃ eſt ex natura. vnde nõ poteſt a
fouea exire. ſicut potuit ſe in foueã proijcere. Et ſiliter eſt
Ad 8 in ꝓpoſito. ¶ Ad. viij. dõm q̃ opari remiſſionẽ culpe in/
telligit̃ dupl'r. ſ. effectiue ꝛ formaliter. ſicut facere albũ effe
ctiue ꝯuenit pictori. formaliter albedini. gratia em̃ nõ eſt
mediũ in remiſſione culpe ſicut effectiue operans. ſed tñ
formaliter. Per hoc aũt qd̃ dr̃ q̃ ſolus deus aĩe illabitur
nõ excludunt̃ qualitates aĩme vel naturales vel gratuite
his em̃ aĩa informat̃. ſed excludunt̃ alie ſubſtãtie ſubſiſtē
tes que intra animã eſſe nõ poſſunt. ſicut deus. qui etiam
intimius eſt in aĩa q̃ȝ forme p̄dicte. eo q̃ deus eſt in ipſo
eſſe aĩe vt cauſans ꝛ ꝯſeruans. ſed p̄dicte forme qualita/
tes ad hoc nõ ꝑtingunt. ſed eſſentiã aĩe quaſi circũſtant.
¶ Ad. ix. dõm q̃ gratia q̃ eſt ꝛ ineſt. culpam expellit. non
Ad 9 eã que eſt. ſed que nõ eſt. prius em̃ erat. nõ em̃ expellit cul
pam ꝑ modũ cauſe efficiẽtis. ſic em̃ oporteret q̃ ageret in
culpã exiſtentẽ ad ipius expulſionẽ. ſicut ignis agit in ae/
rem exiſtentẽ ad eius corruptiõem. ſed expellit culpã for/
maliter. Ex hoc em̃ ipſo q̃ informat ſubiectũ ſequitur q̃
culpa in ſubiecto nõ ſit. ſicut patʒ in ſanitate ꝛ infirmitate
Ad 10 ¶ Ad. x. dõm q̃ ad hec ꝛ ſimilia ſolet quadruplex reſpon
Rñſio. i. ſio eſſe. Prima eſt q̃ inſtans q̃uis ſit vnũ re. eſt tamen rõ
ne plura inquantũ eſt principiuʒ futuri ꝛ finis p̄teriti. et
ſic nihil ꝓhibet ſimul in eodem inſtanti eſſe culpam ꝛ gra
tiam in aĩa. ita tamẽ q̃ culpa inſit in illo inſtanti ſm q̃ eſt
Repbaᵒ finis p̄teriti. gratia aũt ſm q̃ eſt principiũ futuri Sed
hoc ſtare non poteſt. nam eſſe principiũ futuri et finẽ p̄te/
riti dicit diuerſum reſpectuʒ inſtantis. ex quo eius ſub/
ſtantia non multiplicat̃. ſed manet vna. ꝛ ita ſm rem ſe/
quitur culpam ꝛ gratiam in eodem indiuiſibili temporis
eſſe in anima. nam inſtans nominat indiuiſibile temporis
hoc aũt eſt ſimul. ꝛ ita ſeq̃tur cõtraria ſimul ineſſe Prete.
ſm phm in. viij. phiſi. quãdo aliquid in mouendo vtitur
vno ſigno vt duobus. neceſſe eſt interuenire quieteʒ me/
diam. ꝓpter qd̃ probat motus reflexos nõ eſſe cõtinuos
Unde ꝛ ſimiliter ſi aliquis vtatur vno ſigno vt duobus
oportet q̃ intelligat aliquid mediũ. ꝛ ſic erit aĩa aliquan/
do ſine culpa ꝛ gratia. quod eſt inconueniens. Et ideo Rñſio. ij.
alij dicunt q̃ ſicut inter duo puncta vni' linee cadit linea
media. non aũt inter duo puncta duaꝝ lineaꝝ ſe tangen/
tium Ita nõ eſt neceſſariũ q̃ inter inſtans qd̃ eſt vltimuʒ
temporis. in quo culpa merat ꝛ inſtans qd̃ eſt principiuʒ
temporis in quo gratia ineſt ſit tempus mediũ. cum ſint
inſtantia diuerſoꝝ temporꝝ. Sed hoc iteꝝ ſtare non Repbat̃
poteſt. nam linea que eſt menſura intrinſeca diuiditur ſm
rerũ diſtinctiõem. Tempus aũt eſt menſura extrinſeca. et
eſt vnũ reſpectu omniũ que ſunt in tpe. Non em̃ alio tpe
menſurat̃ eſſe culpe ꝛ eſſe gratie niſi dicamus alio tempo
re. id eſt in alia ꝑte eiuſdẽ temporis ꝑrimi. Et ideo opor
tet q̃ inter quelibet duo inſtantia reſpectu quarũcunq̃ re
rum deſignet̃ eſſe tempus mediũ Et p̄terea duo puncta
diuinum lineaꝝ ſeſe tangentiũ deſignatoꝝ in corporibꝫ lo
catis. vniunt̃ in vno puncto deſignato in exteriori linea
corporis locantis. quia contigua ſunt quoꝝ vltima ſunt
ſimul. Unde dato q̃ rerum diuerſaꝝ ſint diuerſa tempo/
ra non cõtinua. ſed quaſi contigua. oportebit nihilomin'
q̃ in tempore exterius menſurante reſpondeat eoꝝ ter/
minis vnum inſtans indiuiſibile. ꝛ ſic redibit idem incõ/
ueniens Et ideo alij dicunt q̃ hmõi mutationes ſpũa/
les non menſurant̃ tẽpore. quod eſt numerus motus celi. Rñſio. iij.
eo q̃ anima ꝛ quelibet ſpũalis ſubſtantia eſt ſupra tẽpus. ſed
habẽt ꝓprium tempus. inquantũ in eis inuenitur prius ꝛ
poſteri'. nõ aũt hmõi tempus eſt ꝑrimũ. cuʒ cõtinuitas
tẽporis ſm phm in q̃rto phiſi. conſequat̃ continuitatem
motus. affectiones aũt anime non ſunt continue Sed Repbat̃
hoc etiam in propoſito nõ habet locum. nã tempore men/
ſurantur. non ſolũ que ſunt ꝑ ſe in tempore quod eſt mo/
tus celi. ſed etiam ea que habẽt ꝑ accidens ordinẽ ad mo
tum celi. inquantũ cõſequunt̃ ex aliq̃bus que ꝑ ſe habent
ordinem ad tempus p̄dictũ. Et ſic eſt etiam in iuſtificati
one impij que conſeq̃tur ex aliq̃bus cogitationibꝫ. loqun/
tionibꝫ. ꝛ alijs hmõi motibus. que ꝑ ſe menſurant̃ tẽpore
motus celi Et ideo aliter dicendũ eſt q̃ non eſt dare vl Rñſo. iiij.
timũ inſtans in quo peccator habuit culpam. ſed vltimũ et b. tho.
tempus. contingit aũt dare primũ inſtans in quo habuit
gratiam. quod q̃deʒ inſtans eſt vltimus terminus illius
temporis in quo culpam habuit. Inter tempus anteʒ et
terminuʒ temporis nihil cadit mediũ. vnde nec oportet
dare aliquod tempus nec aliquod inſtans in quo aliquis
nec culpam nec gratiã habeat. Hoc autem ſic patet. naʒ
infuſio gratie. cum ſit in inſtanti. eſt terminus cuiuſdam
motus continui. vtpote alicuius meditationis per quaʒ
affectus diſponitur ad gratie ſuſceptionem. ꝛ eiuſdeʒ mo/
tus terminus eſt remiſſio culpe. quia ex hoc ipſo culpa re
mittitur quo gratia infunditur. In illo ergo eſt primo ter
minus remiſſionis culpe. ſcilicet non habere culpam. et
infuſionis gratie. ſcilicet habere gratiam. In toto ergo
tempore precedenti quod terminatur ad hoc inſtans tẽ/
poris quo tempore menſurabatur motus meditationis
predicte. fuit peccator habens culpam ꝛ non gratiaʒ niſi
tantũmodo in vltimo inſtanti. vt dictuʒ eſt. ſed ante vlti/

mū inſtās huius tpis non eſt accipere aliqd immediate
proximū. qꝛ quodcūqꝫ inſtans accipiaꝛ aliud ab vltimo.
inter ipm ⁊ vltimū erunt infinita inſtantia media. Et ſic
patet ꝙ nō eſt accipere vltimū inſtans in quo iuſtificatus
ſit habēs culpā ⁊ nō habens. Eſt aūt accipere primuꝫ in
ſtans in quo hꝫ grām ⁊ nō habet culpā. Et hec ſolutio pt
Ad ii accipi ex verbis phi in. viij. phiſi. ¶ Ad. xi. dōm ꝙ deus
ſuo amore ſicut cauſat in nos donū gratie. ita ⁊ remiſſio
nem culpe. vñ nō oportet ꝙ remiſſio culpe grām ꝑcedat. ſe
quereꝛ aūt ſi remiſſio culpe dei amorem ꝑcederet. ⁊ nō ex
Ad 12 eo ſequereꝛ. ¶ Ad. xij. dōm ꝙ ſacramēta ſignificādo cau
ſant. hoc eñ cauſant qđ figurant. Et quia circūciſio habꝫ
ſignificatōnem in remouendo. ideo eius efficacia directe
ordinaꝛ ad remotōnem culpe originalis. ſed ex ꝯſequenti
ad grām. ſiue ex virtute circūciſionis gratia dareꝛ ꝑ mo
dum quo daꝛ ex virtute baptiſmi. ſicut ꝗdam dicunt. ſi
ue dareꝛ a deo cōcomitans circūciſionē. ⁊ ſic remiſſio cul
pe nō fiebat ſine gratia. tñ illa gratia nō ita ꝑfecte repime
bat cōcupiſcentiā. ſicut baptiſma. vñ difficilius erat cōcu
piſcentie reſiſtere circumciſo ꝗꝫ baptizato Et rōne huius
lex vetus occaſionaliter occidere dicebaꝛ. ꝗuis circumci
ſio inter legis moſayce ſacramēta nō continebaꝛ. eo ꝙ nō
eſt ex moyſe. ſed ex patribꝫ. vt dꝛ Joh. vij. Et ſic ſemꝑ in
circūciſione aliqua dabaꝛ gratia. nec hoc eſt cōtra hoc qđ
dicitur ꝙ lex vetus non iuſtificabat

# Ertio queriꝛ. vtruꝫ

1\. ad iuſtificatōem impij reqratur liberꝫ arbitriū.
Et videꝛ ꝙ non. Illud eñ quod pt cōpetere nō haben
tibus vſum liberi arbitrij non reqrit vſum liberi arbitrij.
ſed iuſtificatio cōpetit pueris nō habentibꝫ vſum liberi ar
bitrij qui ꝑ baptiſmū iuſtificanꝛ. ꝗ iuſtificatio impij non
reqrit vſum liberi arbitrij. Sed diceres. ꝙ ſpēale eſt in
2 pueris ꝗ teneñꝛ peccato qđ aliunde cōtrahiꝛ. ⁊ ſic nō ha
bet locū in adultis qui ꝓprijs peccatis teneñꝛ ¶ Sed con
tra eſt qđ dꝛ Aug⁹. in. iiij. cōfeſ. ꝙ cum ꝗdam ſuus ami
cus laboraret febribꝫ iacuit diu ſine ſenſu in ſudore leta
li. ⁊ cum deſperareꝛ baptizatus eſt neſciens me nō curan
te ⁊ ꝑſumente id retinere poſt animā eius qđ a me recepe
rat nō ꝙ in veſtimētis corꝑe fiebat. longe aliter erat. naꝫ
recreatus eſt. recreatio aūt fit ꝑ grām iuſtificantē. ꝗ gra
tia iuſtificans quãqꝫ cōferꝛ adulto ſine motu liberi arbitrij
3 Sed diceres. ꝙ hꝫ locuꝫ ſolum vbi homo iuſtificaꝛ ꝑ
ſacramentū. ¶ Sed cōtra. Deus potentiā ſuā nō alliga
uit ſacramētis. cū ergo iuſtificatio ſit opus diuinū ex po
tentia eius depēdens. videꝛ etiā ꝙ ſine ſacramētis aliqs
4 adultus iuſtificari poſſit ꝑter motū liberi arbitrij ¶ Pre.
Homo in aliꝗ ſtatu eſſe pt in quo ſit adultus. ⁊ nō habe
at pctū actuale ſed originale tm̄. In pmo eñ inſtāti in ꝗ
aliqs eſt adultus ſi nō ſit baptizatus adhuc ſubiectus ē
originali peccato. non tñ adhuc hꝫ aliqđ actuale. quia ad
huc nihil tranſgrediēdo ꝯmiſit quo reus peccati teneaꝛ.
Nec itēꝫ eſt reus obmiſſionis. qꝛ ꝑcepta affirmatiua nō
obligāt ad ſemꝑ. vñ nō oportet ꝙ homo ſtatim in pmo in
ſtanti quo eſt adultus ꝑcepta affirmatiua obſeruet Sic
ergo adultus poteſt habere peccatū originale abſqꝫ om
ni actuali. vt videtur. ſi ergo hec eſt cauſa quare puer po
5 teſt iuſtificari ſine motu liberi arbitrij. videtur ꝙ eadē ra
tio ſit in adulto. ¶ Pre. Quādo aliquid cōmuniter ineſt
aliquibus. oportet ꝙ eis conueniat ſm aliquā cauſam cō
muneꝛ. iuſtificari autem conuenit pueris et adultis. cum
ergo ſola gratia ſit cauſa iuſtificationis in pueris. videꝛ ꝙ
eadem abſqꝫ vſu liberi arbitrij ſufficiat ad iuſtificationeꝫ
in adultis. ¶ Pre. Sicut iuſticia eſt donum dei ita ſapiē 6
tia. ſed ſapientiam Salomon accepit dormiens. vt habe
tur. iij. Regum. iij. ergo ⁊ eadem ratione ⁊ ſm gratiā iu
ſtificantem homo poteſt dormiens ⁊ abſqꝫ vſu liberi arbi
trij accipere Sed diceres. ꝙ merito voluntatis prece 7
dentis Salomon in dormiendo ſapientiā accepit. ¶ Sꝫ
contra. Sicut in bonis requiritur voluntas. ita ⁊ in ma
lis. quia peccatum non eſt niſi voluntariū. ſed voluntas
precedens ſomnū non facit vt illud quod in ſomno agiꝛ
ſit peccatū. ergo non facit ad hoc ꝙ aliquod diuinū donū
in ſomno ꝑcipiaꝛ ¶ Pre. Sicut in dormiēte ligaꝛ vſus li 8
beri arbitrij. ita in egrotāte. ſꝫ egrotās ſine vſu liberi arbi
trij iuſtificaꝛ. vt pꝫ autoritate Aug⁹ inducta. ꝗ ⁊ dormi 9
ens ¶ Pre. Deus ē potētior oī creato agēte. ſꝫ ſol mate
rialꝭ lumē ſuū influit aeri nulla ꝑparatōe in ipſo aere ꝑce
dēte. ꝗ multo fortius deus lumē grē infundit abſqꝫ oīni 10
ꝑparatione que fit ꝑ actum liberi arbitrij ¶ Prete. Cuꝫ
bonum ſit ꝯmunicatiuū ſui ſm Dyoñ. deus qui ſumme
bonus eſt. ſumme ſeipſum cōmunicat. hoc autem nō eſſet
niſi cōmunicaret ⁊ preparanti ſe. ⁊ non preparāti ſe. ergo
in iuſtificatione impij non requiritur vſus liberi arbitrij.
quaſi preparatio ex parte hominis. ¶ Prete. Aug⁹. dicit 11
cit. xij. ſuper Geñ. ad litterā. ꝙ deus hoc modo operatur
iuſticiam in homine. ſicut ſol lumen in aere. quod deficit
deficiente ſolis influxu. non ſicut artifex qui operaꝛ archā
in ꝗ poſtqꝫ facta eſt nihil operatur. ſed eodē modo ſol ope
ratur in aere. cum primo illuminatur aer. ⁊ cum lumen in
eo continuatur. ergo deus eodem modo operatur iuſti
ciam in homine. cum primo iuſtificatur. ⁊ cum iuſticia in
eo conſeruaꝛ. ſed iuſticia conſeruatur in homine vſu libe
ri arbitrij ceſſante. ſicut patet in dormiēte. ergo homo po
teſt a principio iuſtificari abſqꝫ omni motu liberi arbitrij 12
¶ Pre. Diſpoſitio que requiritur de neceſſitate ad intro
ductionē alicui⁹ forme. ita ſe hꝫ ꝙ ſine ea forma remanere
nō pt. ſicut pꝫ de calore ⁊ forma ignis. ſꝫ ſine vſu liberi arbitrij
pt remanere iuſticia vt in dormiēte. ꝗ vſus liberi arbitrij
non eſt diſpoſitio que reqratur de neceſſitate ad gratie in 13
fuſionē ¶ Pre. Illud quod eſt naturaliter prius ⁊ poteſt
eſſe ⁊ non eſſe ſine poſteriori non reqrit poſterius ad hoc
vt in eſſe educaꝛ. vt patet de grauitate ⁊ deſcenſu ſine quo
grauitas eſſe poteſt. cum ſcꝫ corpus graue impediꝛ a ſuo
motu. ſed gratia eſt aliqđ prius naturaliter ꝗꝫ vſus liberi
arbitrij. ſine quo etiam poteſt eſſe et non eſſe. eſt eñ eius
formale principium. ſicut grauitas naturalis motus. gra
tia ergo poteſt infundi ſine vſu liberi arbitrij. ¶ Prete. 14
Corpus infimuꝫ culpam in animā inducit originalem
abſqꝫ oī vſu liberi arbitrij. ꝗ multo fortius deus ꝗ eſt po
tentiſſimus non reqrit vſum liberi arbitrij ad hoc ꝙ gra 15
tiam infundat ¶ Prete. Deus prior eſt ad miſerendū ꝗꝫ
ad puniendum. vt dꝛ gloſa in pn⁰ Jhere. ſed deus punit
pueros decedentes ſine baptiſmo abſqꝫ omni vſu liberi
arbitrij. ergo multo magis miſereꝛ gratiā infundendo.
¶ Pre. Diſpoſitio ad formā que exigitur in recipiēte for 16
mā non eſt ab ipſo recipiente formā ſed ab alio. ſicut ca
lor qui in lignis precedit vt diſpoſitio ad formā ignis ab
ipſis lignis non eſt. ſed vſus liberi arbitrij eſt ab homine
iuſtificato. ergo non requiritur vt diſpoſitio ad gratiam 17
habendam. ¶ Preterea. Juſtificatio eſt per infuſionem
gratie et virtutis. ſed ſm Auguſtinum. virtutem ſolus
deus in nobis ſine nobis operaꝛ. erg[illegible] iuſtificationem

opatio noſtra que eſt p vſum liberi arbitrij non reqritur.
18 ¶ Prete. Sʒm apl'm Roma. iiij. ei qui operatur merces
non imputatur ſm gratiam. ſed ſm debitū. vſus aūt libe/
ri arbitrij q̄dam opatio eſt. ſi ergo vſus liberi arbitrij qui
eſt ab homine ad iuſtificatiōem reqritur. iuſtificatio non
19 erit ex gratia. ſed ex debito, quod eſt hereticū. ¶ Prete.
Magis remotus eſt a gratia ille q̄ contraoperatur gratie
q̄ʒ ille q̄ penitus non operatur. ſed deus aliquādo dat gra/
tiam alicui qui p liberū arbitriū cōtraoperatur. ſicut patʒ de
Paulo Actuū. ix. cui dictū eſt. durū eſt tibi contra ſtimu
lum calcitrare. ergo multo fortius alicui abſqʒ vſu liberi
20 arbitrij quādoqʒ gratia infunditur ¶ Prete. Agens infini/
te virtutis non requirit aliquam diſpoſitiōem in patiente
quanto eīm agens eſt virtuoſius tanto minori diſpoſitio
ne p̄exiſtente cōplet effectum ſuū. ſed deus eſt agens vir/
tutis infinite intantū q̄ non requirit materiā p̄exiſtentē
ſed operatur ex nihilo. ergo multo fortius non reqrit diſ
poſitionem. et ita in iuſtificatiōe impij que ē opus diuinū
non requirit vſum liberi arbitrij. quaſi diſpoſitionem ex
parte hominis.

Contra ¶ Sed ꝯtra eſt quod ſup illud. iiij. Regum. iij. Poſtu
la vt dem tibi. dī gloſa. gratia dei liberū reqrit arbitrium
ſed iuſtificatio fit p dei grām. vt habetur Roma. iij. ergo ad
iuſtificatōem reqritur vſus liberi arbitrij. ¶ Pre. Berñ.
dī. q̄ iuſtificatio tam abſqʒ ꝯſenſu nō poteſt eſſe recipiētis
q̄ʒ abſqʒ gratia dantis. ſed ꝯſenſus recipiētis eſt actus li/
beri arbitrij. g̃ abſqʒ vſu liberi arbitrij homo iuſtificari nō
poteſt. ¶ Pre. Ad receptōem forme reqritur aliqua diſ/
poſitio in recipiente. nō eīm q̄libet forma in qualibet mate/
ria recipitur. ſed actus liberi arbitrij ſe hʒ vt diſpoſitio ad
grām. ergo ad receptōem gratie iuſtificātis vſus liberi ar
bitrij reqritur ¶ Pre. In iuſtificatōe impij hominis q̄d/
dam ſpūale matrimoniū ad deum ꝯtrahitur Ozee. ij. ſpon/
ſabo te mihi in iuſticia. ſed in matrimonio corporali req̄/
ritur mutuus ꝯſenſus. ergo multo fortius in iuſtificatiōe
et ſic reqritur vſus liberi arbitrij ¶ Pre. Iuſtificatio im/
pij nō fit ſine charitate. q2 vt dī Prouerb. x. vniuerſa de/
licta operit charitas. ſed charitas cuʒ ſit q̄dam amicicia
exigit mutuū amorem. eſt eīm amicicia cum redamatōne
vt patet per ph'm octauo ethicoꝶ. mutuus autem amor
requirit in vtroqʒ vſum liberi arbitrij. ergo iuſtificatio ſi
ne vſu liberi arbitrij eſſe non poteſt

R̄o ¶ Rūſio dōm q̄ nullus habēs vſum liberi arbitrij po
teſt iuſtificari ſine vſu liberi arbitrij. qui fit in ipſo inſtanti
ſue iuſtificationis. In his eīm qui non ſunt cōpotes ſue vo
luntatis. ſicut pueri. hoc non reqritur ad iuſtificationem
Cuius rō triplr aſſignari poteſt. prima ſumitur ex habitu/
dine agentis ⁊ patientis ad inuicem. Patet eīm in corpo
ralibꝫ q̄ actio nō pficitur ſine aliquo contactu quo vel ſo/
lum agens tangit patiens quādo patiens nō eſt natū tā/
gere agens. ſicut cum corpora ſuperiora agunt in iſta infe
riora tangētia ea. ⁊ non tacta ab eis. vel mutuo ſe tangūt
agens ⁊ patiens. quādo vtrumqʒ natū eſt tangere et tan/
gi. ſicut ignis agit in aquā vel ecōuerſo. Unde ⁊ in ſpiri/
tualibus quādo natus eſt eſſe mutuus cōtactus non cō
pletur actio ſine ꝯtactu mutuo. alioquin ſufficit q̄ agens
tangat patiens. ipſe eīm deus qui iuſtificat impiuʒ tangit
animā. grām in eam creando. vnde in p̄s. Tange montes
glo. de tua gratia. Mens aūt humana quodāmodo tan
git deum cum cognoſcēdo vel amando. vnde in adultis
qui poſſunt deū cognoſcere ⁊ amare reqritur vſus liberi
arbitrij quo deū cognoſcunt ⁊ amant. Et illa eſt cōuerſio
ad deum de qua dī Zach. i. Cōuertimini ad me ⁊ ego cō
uertar ad vos. Pueri aūt carentes vſu liberi arbitrij nō
poſſunt deum cognoſcere ⁊ amare, vñ eis ſufficit ad iu/
ſtificatōem q̄ ab eo tangantur p gratie infuſionē Secun
da rō ſumitur ex ipſa ratione iuſtificationis Iuſticia eīm ſm
Anſel. in lib. de veritate eſt rectitudo volūtatis ꝓpter ſe
conſeruata. vnde iuſtificatio eſt q̄dam immutatio volun/
tatis. Uoluntas aūt accipitur. ⁊ pro ipſa potētia ⁊ pro ac/
tu potentie. actus aūt potentie volūtatis immutari non
poteſt. niſi ipſa cooperante. ſi enim non eſſet ab ipſa non
eſſet eius actus. Ipſa vero potentia voluntatis ſicut ſine
ſua cooperatione eſt facta. ita ſine ſua cooperatione po/
teſt immutari In adultis vero requiritur immutatio ac
tus volūtatis ad iuſtificationem. ſunt eīm per actum vo/
luntatis ad aliquid inordinate conuerſi. que q̄dem ꝯuer
ſio immutari non poteſt niſi p contrariū actum volunta/
tis. ⁊ ideo ad iuſtificatōem adultoꝝ actus liberi arbitrij
reqritur. Sed pueri qui non habēt p actū ꝓprie volunta/
tis voluntatē ad aliquid cōuerſam. ſed habēt ſolam potē/
tiam volūtatis culpabiliter originali iuſticia deſtitutam.
poſſunt iuſtificari ſine motu ꝓprie volūtatis. Tercia rō
ſumitur ex ſimilitudine diuine opationis in rebꝫ corporali/
bus. Deus eīm aliquē effectum ꝓducens quē tunc non
ꝓducere poteſt natura. ſm eandem diſpoſitiōem ꝓducit
ſicut et natura. Sicut ſi deus aliquē miraculoſe ſanet. ſa/
nitatem in eo cauſabit cum q̄dam adequatione humoꝝ.
quā etiam natura operando interduʒ aliquē ſanat. ſm il/
lud ph'i in ſcdo phiſi. q̄ ſi natura faceret opus artis codeʒ
modo faceret ſicut ars ⁊ ecōuerſo Ex naturalibꝫ autē Diſtictio
homo aliquā iuſticiam habere p̄t dupl'r. vno modo vt na
turalē vel innataʒ ſm q̄ q̄dam ex ipſa natura ſunt proni
ad opera iuſticie. Alio modo vt acq̄ſitaʒ. Iuſticie igitur
acquiſite ex operibus ſimilis eſt iuſticia infuſa. p quaʒ iu/
ſtificantur adulti. Uñ ſicut in iuſticia politica acquiſita req/
ritur actus volūtatis quo q̄s amat iuſticiaʒ. ita etiam in
adultis iuſtificatio nō ꝯpletur ſine vſu liberi arbitrij. Iuſti/
cia vero infuſa p quā iuſtificantur paruuli ſimilis ē appeti
tui naturali ad iuſticiam. que etiā in pueris inuenitur. et ad
neutram vſus liberi arbitrij reqritur

Ad .1. ¶ Ad primū ergo dōm q̄ quia pueri non habēt vnde
poſſint conuerti ad cauſam iuſtificantē. ipſa cauſa iuſtifi
cans ſcʒ paſſio chriſti applicatur eis p ſacramentū baptiſ/
mi. ⁊ ex hoc iuſtificantur. ¶ Ad ſcdm dicendū q̄ de adulto Ad 2
qui non eſt ſue mentis compos. diſtinguendū eſt q̄ ſi nū/
q̄ʒ vſum habuit rationis. idem iudiciū eſt de eo quod de
paruulis. Si autem iudiciū rationis aliquando habuit
ſi in illo tempore quo vſum rationis habuit baptiſmū de
ſiderauit. ſi tempore amentie baptizetur. non ſentiens vel
etiam renitens conſequitur effectum baptiſmi propter vo/
luntatem p̄cedentem. Et tunc precipue quando poſt ba
ptiſmū recuperat vſum liberi arbitrij. ⁊ placet ei quod fa
ctum eſt. in quo caſu loq̄tur Aug'. Hoc eīm quod cōtra
nititur non ſibi imputatur cum non voluntate agat. ſed
phantaſia agatur. Si autem dum erat ſue mentis compos
baptiſmum non deſiderauit. non eſt ſibi vel non ſentienti
vel renitenti baptiſmus exhibendus in quantocunqʒ ſit
mortis periculo. iudicabitur enim ſm vltimū inſtans in
quo ſue mentis compos fuit. etſi ſibi exhibeatur non ac
cipit neqʒ ſacramentū neqʒ rem ſacramenti. q̄uis ex ipſa
inuocatione trinitatis et ſanctificatione aque miraculoſe
poſſit in eo aliqua diſpoſitio relinqui. vt cum recuperaue
rit vſum liberi arbitrij. facilius ad bonū immutetur

Ad 3 ¶ Ad tertiũ dicendũ. ꝙ etiã ſine ſacramẽto deus aliqui
bus paruulis preuiã gratiã infundit ſicut de ſanctifica/
tis in vtero. ⁊ ſimiliter tũc poſſet alicui adulto q̃ nõ eſſet
compos ſue mentis abſq; ſacramẽto gratiaȝ conferre eo
Ad 4 modo quo ſacramentũ confert. ¶ Ad quartũ dicenduȝ.
ꝙ illa poſitio apud quoſdã impoſſibilis reputatur ꝙ ali
☞ quis adultus habeat peccatũ originale ſine actuali. cum
eñ adultus eſſe incipit. ſi qđ in ſe eſt facit gratia ei dabit
ꝑ quã a peccato originali immunis erit. ꝙ ſi nõ faciat re
us erit peccati omiſſionis. cũ eñ quilibet teneatur pecca
tum vitare. ⁊ hoc fieri nõ poſſit niſi preſtito ſibi debito fi
ne. tenetur quilibet cũ primo ſue mẽtis eſt compos ad de
um ſe cõuertere. ⁊ ideo in eo ſibi finẽ ↄſtituere. ⁊ per hoc
ad gratiam diſponitur. Et preterea Aug⁹. dicit ꝙ con/
cupiſcentia originalis peccati facit paruulũ habilẽ ad cõ
cupiſcendũ. adultũ vero actu ↄcupiſcere. non eñ de facili
li ↄtingere poteſt vt aliq̃s peccato originali infectus cõ
cupiſcẽtie peccati ſe ꝑ peccati conſenſum non ſubdat.
Ad 5 ¶ Ad. v. dicendũ. ꝙ iuſtificatio ſm̃ vnã cauſam commu
nẽ ineſt ꝑuulo ⁊ adulto. ſcȝ ſcđȝ gratiã que tamẽ recipit
in paruulo ⁊ adulto diuerſimode ſm̃ diuerſam vtriuſq;
conditionẽ. oĩne eñ qđ recipitur in aliquo eſt in eo ꝑ mo
dum recipiẽtis. ⁊ inde ẽ ꝙ in adulto req̃ritur gratia cuȝ
Ad 6 vſu liberi arbitrij. nõ aũt in paruulo. ¶ Ad ſextũ dicẽdũ
ꝙ ad hoc poteſt tripliciter reſpõderi. vno modo vt dica
tur ꝙ ſomnus ille in quo Salomoni fuit ſapiẽtia infuſa.
nõ fuit ſomnus naturalis. ſed ſomnus ꝓphecie de q̃ habe
tur Numeri. xij. Si q̃s fuerit inter vos ꝓpheta dñi in vi
ſione apparebo ei vl' ꝑ ſomniũ loq̃r ad eũ. In h̃ aũt ſomno
vſus liberi arbitrij nõ ligatur. Alio mõ poteſt dici. ꝙ
ſicut ad infuſionẽ iuſtitie req̃ritur ꝙ voluntas q̃ eſt eius
ſubiectũ conuertat ad deũ. ita in infuſione ſapiẽtie requi
ritur ꝙ intellectus ad deũ ↄuertatur. In ſomno aũt põt
intellectus ↄuerti ad deum. nõ aũt liberũ arbitriũ vel vo/
luntas. Cuius ratio eſt. q: ad intellectum duo ꝑtinent.
ſcȝ ꝑcipere ⁊ iudicare de ꝑceptis. Intellectus aũt in dor
miendo nõ impeditur quin aliq̃d ꝑcipiat. vel de his que
prius ↄſiderauit. vt quãdo homo ſillogiſat dormiendo.
vel ex illuſtratione alicuius ſuꝑioris ſubſtãtie. ad cuius
ꝑceptionẽ intellectus dormiẽtis ẽ etiã habilior ꝓpt quie/
tem ab actibꝫ ſenſuuȝ. ⁊ precipue fantaſmatibꝫ quietatis
Vñ Job. xxxiij. ꝑ ſomniũ in viſione nocturna qñ irruit ſo
por ſuꝑ homines ⁊ dormiunt in lectulo ſuo tunc aperit
aures virorȝ ⁊ erudiens eos inſtruit diſciplina. ⁊ illa eſt
cauſa precipua quare in ſomniis ꝓuidẽtur futura. Sed ꝑ
fectum iudiciũ intellectus nõ poteſt eſſe in dormiẽdo. eo
ꝙ tunc ligatus ẽ ſenſus q̃ eſt principiũ ꝑimũ noſtre ↄgni
tionis. iudiciũ eñ fit ꝑ reſolutionẽ in ꝑncipia. vñ de om/
nibus oportet nos iudicare ſcđm id qđ de ſenſu accipi/
mus. vt dicitur in. iij. celi ⁊ mũ. vſus aũt liberi arbitrij ſe
quitur iudiciũ rationis. ⁊ ideo vſus liberi arbitrij ꝑ quẽ
volũtas ↄuertitur in deũ in dormiẽdo ſufficiens eſſe nõ
poteſt. quia ſi ſit aliq̃s motus volũtatis magis ſequitur
fantaſiam q̃ȝ iudiciũ cõpletum rationis. Et ideo homo
in dormiẽdo ꝑcipere poteſt ſapientiã. non aũt iuſtitiam.
Tertio modo põt dici ꝙ intellectus cogitur ab intel
ligibili. volũtas autẽ non poteſt cogi ab appetibili. ⁊ ideo
abſq; vſu liberi arbitrij poteſt ſapiẽtia infundi q̃ eſt recti/
tudo intellectus. non aũt iuſtitia q̃ eſt rectitudo volunta
tis. ¶ Ad ſeptimũ dicendũ. ꝙ motus liberi arbitrij qui
Ad 7 ꝑcedit in vigilãte nõ poteſt facere vt actus dormiẽtis ſit
meritorius vel demeritorius ſcđm ſe ↄſideratus. poteſt
tamẽ facere ꝙ habeat aliquã rationẽ bonitatis vel mali/
cie. inquantũ virtus act⁹ vigilantis relinq̃tur in operibꝫ
dormientiũ. ſicut virtus cauſe relinq̃tur in effectu. Et in
de eſt ꝙ virtuoſis naſcũtur in dormiendo meliora theo/
remata ꝙ alijs nõ virtuoſis vt dicitur in ꝑmo ethycorũ.
Et inde ẽ ꝙ nocturna pollutio interdũ culpabilis repu/
tatur. Et ſic etiã Salomon in vigilando potuit ſe diſpo
nere ad ſapientiã accipiendã in dormiẽdo ¶ Ad octauũ Ad 8
dicendũ. ꝙ ſacramentũ baptiſmi nõ eſt exhibenduȝ egro
to dum nõ eſt ſue mentis compos. etiamſi prius habuit
votũ baptiſmi. niſi quãdo timetur periculuȝ mortis. qđ
quidẽ de dormiẽte nõ timetur. vnde quantũ ad hoc ẽ diſ
ſimile. quantũ ad alia vero ſimile. ¶ Ad. ix. dicenduȝ. ꝙ Ad 9
aer ſcđm naturã ſue ſpeciei ẽ in vltima diſpoſitione ad lu
men recipiendũ ratione dyaphaneitatis. ⁊ ideo ſtatim ad
preſentiã illuminãtis illuminat. nec req̃ritur aliq̃ alia pre
paratio niſi forte remotio ꝓhibẽtis. Sȝ mẽs intellectua
lis nõ eſt in vltima diſpoſitione ad ſuſceptionẽ iuſtitie.
niſi cũ eſt actu volens. q: potẽtia cõpletur ꝑ actuȝ ꝑ quẽ
etiam determinat ad alteruȝ oppoſitoꝝ de ſe in potentia
exiſtẽs ad vtrũq;. ſicut materia in potẽtia exiſtẽs ad plures
formas ꝑ diſpoſitiões aptat ad vnã formã magis q̃ȝ ad
aliã. ¶ Ad. x. dicendũ. ꝙ deus infinita bonitate ſeipſuȝ
communicat creaturis ꝑ aliquã ſimilitudinẽ ſue bonita/ Ad 10
tis. quã eis largitur ex hoc ipſo ꝙ optimo nõ ſuam boni
tatem cõmunicat. ad quẽ modũ ꝑtinet vt ſcđm ſuaȝ ſa/
pientiaȝ dona largiatur. hoc eſt. vnicuiq; ſm̃ ſuam condi
tionem. ⁊ inde eſt ꝙ req̃ritur diſpoſitio vel ꝑparatio aliq̃
ex parte eoꝝ quibꝫ ſua dona largitur. Vel poteſt dici.
ꝙ obiectio illa ꝓcedit de ꝑparatione q̃ tꝑe ꝑcedit gratie
infuſionem ſine qua deus nũq; gratiam tribuit ſubito in
aliquo motum ↄtritionis operãs. ⁊ gratiã infundẽs. q:
vt dicitur Eccl. xi. Facile ẽ in oculis dei ſubito honeſta/
re pauperẽ. Nõ aũt ꝑ hoc excluditur vſus liberi arbitrij
qui eſt in ipſo inſtanti quo gratia infunditur. In hoc eñ
oſtẽditur ꝑfectior ↄmunicatio diuine bonitatis ꝙ ſimul
facit in homine habitũ ⁊ actum iuſtitie q̃ȝ ſi faceret habi
tum tantũ. ¶ Ad. xi. dicẽdum. ꝙ ſicut ſol eſt cauſa lumi
nis non ſolũ quantũ ad eſſe. ſed quantũ ad fieri. ita ⁊ de/ Ad 11
us eſt cauſa gratie quãtũ ad eẽ ⁊ q̃tum ad fieri. Aliquid
aũt req̃ritur ad fieri rei. qđ importat quandã immutatio
nem qđ non req̃ritur ad eſſe ipſius. ſicut cũ fit lumẽ in ae
re req̃ritur ꝙ aer ſe habeat in alio reſpectu ad ſolẽ q̃ȝ an
te. qđ fit ꝑ motũ ſolis ſine quo poſſet eſſe ↄtinuatio lumi
nis in aere ſole ſemꝑ preſente. Et ſimiliter ad fieri ipſius
gratie req̃ritur ꝙ volũtas alio modo ſe habeat ad deum
q̃ȝ prius ad quod req̃ritur immutatio voluntatis q̃ ſine
vſu liberi arbitrij non eſt in adultis vt dictum eſt. ¶ Ad Ad 12
xij. dicendũ. ꝙ aliqua diſpoſitio req̃ritur ad fieri rei q̃ nõ
req̃ritur ad eſſe. ſicut patet precipue in generatione aiali/
um ⁊ plantaꝝ. vnde nihil ꝓhibet talibꝫ diſpoſitionibꝫ ceſ
ſantibꝫ poſtq; res iam facta eſt. eam nihilominus in ſuo eẽ
conſeruari. ⁊ ſic ceſſante motu liberi arbitrij q̃ erat neceſ/
ſarius ad iuſtificationẽ poteſt iuſtitia habitualiter rema
nere. ¶ Ad. xiij. dicendũ. ꝙ nihil ꝓhibet naturaliter pri Ad 13
us non poſſe fieri ſine poſteriori. quod tamẽ ſine poſterio
ri eſſe poteſt. ſicut anima cũ ſit cauſa corporis formalis effi
ciens ⁊ finalis. vt dicitur in. ij. de anima. eſt naturalr̃ pri
or corpore. poteſt eſſe ſine corꝑe. cum tamẽ ſm̃ ordinem
nature non poſſit fieri niſi in corꝑe. Et ſimiliter ẽ de gra Ad 14
tia ⁊ vſu liberi arbitrij ¶ Ad. xiiij. dicendũ. ꝙ corpus in
ficit animã originali peccato. ex hoc ipſo ꝙ ei vnitur. hoc

aūt peccatū non reſpicit voluntatē ipſius qui inficit: ſed
naturam. ꝛ ideo nō eſt mirū ſi ad huiuſmodi infectionē
vſus liberi arbitrij nō requiratur. Similiter aūt aīa pue
ri gratiā ꝯſeqtur ex hoc ipſo ꝙ xp̄o per ſacramentum ba
Ad 15 ptiſmi vnitur abſqꝫ vſu liberi arbitrij In adultis vero re
quiritur vſus liberi arbitrij ratione iam dicta. ¶ Ad. xv.
dicendū. ꝙ ex hoc ꝙ dicitur deus pronior eſt ad miſeren
dum q̄ȝ ad puniendū. non excluditur aliqd bonū qd mi/
ſerendo in nobis deus operatur. nec aliqd malū qd de⁹
in nobis punit. qꝛ bonū ſꝫ Dyo. ꝯſiſtit ex vna ꝛ integra
cā. malum aūt ex ſingulis defectibꝫ. Sed ex hoc oſtendi
tur ꝙ deus miſeret ſm id qd ex eo eſt. punit autē ſm il
lud qd eſt ex nobis. qd tale eſt vt ordinatū eſſe nō poſſit
niſi per penā. vnde ex pn̄cipali intētione miſeret. ſꝫ punit
quaſi preter intētionē voluntatis antecedētis ſm volūta
tem ꝯſequentē. Et tamē ad ꝓpoſitū poteſt dici ꝙ infectō
ni peccati originalis q̄ aīa inficitur anteqꝫ vſum liberi ar
Ad 16 bitrij habeat reſpōdet ꝑ quandā ſimilitudinē iuſtificatō
puero ꝓ ante vſum liberi arbitrij ¶ Ad. xvi. dōm. ꝙ res
naturales ꝑ quandā violentiā poſſunt diſponi ad formā
vt ſcꝫ principiū diſponēs ſit extra. nihil ꝯferēte vim paſ/
ſo. vn̄ in eis diſpoſitio ad formā nō ē ab aliquo pn̄cipio
Ad. 17 intrinſeco. ſꝫ ab extra. volūtas aūt violentiā pati nō pōt
et ideo nō eſt ſimilis ratio. ¶ Ad. xvij. dōm. ꝙ deus in
Ad 18 nobis operat virtutes ſine nobis virtutes cauſantibꝫ. nō
tamen ſine nobis ꝯſentientibꝫ ¶ Ad. xviij. dōm. ꝙ act⁹
liberi arbitrij q̄ eſt in iuſtificatione impij alio mō ſe habet
ad habitū iuſtitie generalis. de qua dictū ē. ꝛ alio mō ſe
habet ad eius executionē ꝛ augmentū. Ad habitū q̄dē
ſe nō poteſt habere vt meritū. eo ꝙ in ipſo inſtāti iuſtitia
infundatur. q̄ eſt principiū merendi. ſed ſe habet vt diſpo
ſitio tm̄. Ad executionē vero iuſtitie ꝛ eius augmētum
ſe habet in ratione meriti: quia per primū actum gratia
informatum homo meretur diuinū auxilium in p̄dictis.
Sic ergo iuſtitia non redditur humanis operib⁹ quaſi
merces. ſed iuſtitie augmentū ꝛ ꝯtinuatio aliquo modo
habet rationē mercedis in ꝯparatione ad act⁹ meritorios
Ad 19 precedētes ¶ Ad. xix. dōm. ꝙ licet Paulus anteqꝫ iuſti
ficatus eſſet immediate gratiam fidei impugnaret. tū in
ipſo inſtāti iuſtificationis ſue. gratie ꝯſenſit ꝑ liberū arbi
triū diuina gratia cōmotū. motus eīm voluntatis gratui/
te in inſtāti poteſt alicui immitti ſine quo nō eſt iuſtifica
tio. ſed ſine preparatione p̄cedente poteſt eē iuſtificatio.
Ad 20 ¶ Ad. xx. dicendū. ꝙ illa diſpoſitio nō reqritur ꝓpter im
potentiā agentis. ſed ꝓpter recipientis diſpoſitionē. ſcꝫ
voluntatis que immutari nō poteſt ꝑ violentiā. ſed pro/
prio motu immutatur. Ille aūt motus liberi arbitrij nō
ſolum ſe habet ad gratiā vt diſpoſitio. ſed vt cōplemētum
operationes aūt ſunt quedā completiones habituū. vnde
ꝑfectioni agentis atteſtat ꝙ habitus inducat ſimul cum
ſua operatione. quia perfectio effectus demonſtrat ꝑfectio
nem cauſe.

## Quarto querit. quis

motus liberi arbitrij ad iuſtificationē reqratur.
1. vtꝝ ſcꝫ motus in deū requirat Et videt ꝙ nō Illud
eīm quod iuſtificationē ſeqtur nō reqritur ad iuſtificatio
nem. ſꝫ moueri in deū cū ſit ex gratia iuſtificationē ſequi/
tur. Vn̄ Tre. v. Cōuerte nos dn̄e ad te ꝛ ꝯuertemur. ergo
motus liberi arbitrij in deū nō eſt de his q̄ requiruntur ad
2. iuſtificationē. ¶ Pre. Motus liberi arbitrij reqritur ad
iuſtificationē vt diſpoſitio quedā ex pte liberi arbitrij. Il
lud aūt ad qd hoc trahi indiget nō ptinet ad liberū arbi
triū. cū ergo ad hoc ꝙ homo ꝯuertat in deū indigeat tra
hi. ſm illud Ioan. vi. Nemo pōt venire ad me niſi pater
meus qui miſit me traxerit eū. videt ꝙ motus liberi ar/
bitrij in deū non ſit de his q̄ ad iuſtificationem impij req
runtur ¶ Pre. Ad iuſtificationē ꝑuenit homo ꝑ viam ti/ 3
moris. nā qui ſine timore eſt nō poteſt iuſtificari vt dicit
Eccī primo. ſed ꝑ timorē homo non mouet in deum. ſed
magis in penas. ergo motus liberi arbitrij qui reqritur
ad iuſtificationē impij nō ē motus in deū. Si dicatur Solutio
ꝙ hoc eſt verū de timore ſeruili. nō aūt de filiali ¶ Cōtra
Omnis timor fugā in ſui ratione includit. ſed ꝑ fugaꝫ ali 4
quis recedit ab eo qd fugitur. nō aūt accedit ad ipſum. er
go ex hoc ꝙ homo timet deū nō mouetur in deū. ſꝫ ma/
gis a deo ¶ Pre. Si motus liberi arbitrij in deū ad iuſti 5
ficationē reqritur. precipue ille deberet requiri ꝑ quē ho/
mo in deū completiſſime mouetur. cōpletius aūt mouet
homo in deū per charitatē q̄ȝ ꝑ fidem. ſi ergo motus libe
ri arbitrij in deum ad iuſtificationē reqritur non deberet
attribui iuſtificatio fidei. ſed magis charitati cuius con/
trarium apparet Roma. v. iuſtificati ex fide. ¶ Pre. Mo 6
tus liberi arbitrij q̄ in iuſtificatione reqritur eſt ſicut vlti
ma diſpoſitio ad gratiā cū qua infunditur. diſpoſitio aūt
ad formā cum qua inducitur talis forma. eſt talis ꝙ ſine
forma eſſe nō poteſt cū ſit neceſſitas ad formā. cū igitur
motus fidei eē poſſit ſine gratia. videtur ꝙ iuſtificatio nō
debeat attribui motui fidei. ¶ Pre. Homo naturali ra/ 7
